sequatur adiuuando scz in bonū opus. quia dicit aug. de correctōe et gratia. Gratie dei ē quidquid boni agimus. Isa. xxvi. Omnia opera nostra opatus es nobis dñe. Johā. xv. Sine me nihil potestis facere. Idcirco ī omnibus agendis grā dei est inuocāda. Quia dicit san. tho. li. iij. cōtra gentiles. indiget homo diuine gratie auxilio ut pseueret in bono. Et hoc est quod dr ad philip. i. Qui cepit in vobis opus bonū pficiet. Et. i. Petri. vl. Deus autē omnis gratie qui vocauit vos in eternam gloriā suam in xpo hiesu modicū passos ipse pficiet cōfirmabit solidabitqz. hoc cōsiderans aplus dicit ad philip. iiij. Omnia possum in eo qui me cōfortat Quā quidem cōfortatōez in bono petiuit dauid in ps. lxx. Cū defecerit virtus mea ne derelinquas me scz p gratiam tuam. (y) Sed diceres. nō habeo talem gratiā et nunciū qui me excitaret et in bono cōfortaret. Rñdet Innocen. Gratiā pmereri nemo pt quia gratis dat. sed demereri qsqz pt. ideo non est imputandū homini si gratiam nō meretur. sed imputādū est ei si gratiam demeretur. Dicit em aug. in li. de spū et gratia. Semp psto est gratia si nō est repulsa. et si aliqst homini nō confert causa esse pōt. iniusta esse non pt. quia gratia pueniēs ut dicit August. nulli vnqz defuit qui dignus fuit. Sed diceres. tñ dictuz est qz nullus eā pmereri pt Respondet san. tho. hoc verū est qz nullus hō meretur grām de cōdigno sed bene de ꝯgruo. Tercio grā aīam vnit et deiformē efficit p sui vnionem. et notat ibi in ciuitatē. Ciuitas em dr quasi ciuiū vnitas. qz facit deificā vnitatē De qua dicit Linconien. sup. i. c. angelice gerarchie. in fine. Deiformitas est assimilatio q̄ fit p immediatā adhesionē ipi deo. De qua. j Corin. vi. Qui adheret deo vnus spiritus ē Quia sicut se habet receptibilitas nostra ad ipm deum. sic et ipe tribuit nobis in participādo eius participatōem. p hanc em deificamur et dij dicimur. ps. lxxxi. Ego dixi dij estis. Quia aūt illa vnio anime ad deū fit p amorē sed qz nihil amat et diligitur ut dicit Augu. nisi cognitum. ideo ad pfectā vnionē requirit cognitio dei et dilectio. Dyoni. Amor ē virtus vnitiua amantis cum amato. Nam duo sunt in hoīe quibus pt deo adherere scz intellectus et volūtas. p intellectum deū apphendit. p voluntatē in deo quiescit et eū diligit. et se ei assimilat. De quo hugo de archa noe c. v. dicit. Vlis amoris est ut talē te p amorē necesse est esse quale id est quod amas. et cui p affectum cōiungeris in ipius similitudinem trāsformeris. ꝛ ideo sic terrena amādo terrenꝰ efficieris. sic deū amando deiformis. Talis enim vnusquisqz est qualis ē sua dilectio. Jō anima est sicut cera flexibilis cui faciliter ymago sigilli imprimit. sicut dicit Auerrois sup de aīa. Hinc est qz grā amorosa dicit in canticis. v. c. Aīa mea liquefacta est scz ad suscipiēdum formā deificā vel deiformitatē. que deiformitas ut dicit Lincon. est renouatio spūs rōnalis et cōformitas ipius ad deū put ē possibile scz p amorē sciam et opatōnem. (3) Quarto mentē ad supna eleuat. et tangitur ibi galilee. nā galilea interptatur trāsmigratō scz p feruēs desiderium mentē eleuādo. Canti. iij. Que est ista que ascendit p desertum sic virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Spūaliter. p fumū intelligitur deuote mētis desideriū quod ab igne ascēdit. nam virgula gracilis et recta est. sic sanctum desideriū surgit ex intentōe recta. ex aromatibus mirre. id est mortificatōe carnis. et thuris. i. deuotōis intime. et vniuersi pulueris pigmentarij. id ē virtutū ꝯsummatōe. Et sic anima quasi fumꝰ p desertum ascēdit qñ ex hijs que in seipsa inuenit siue bonis siue malis affectum suū in celestis sponsi desideriū trahit. De quo Hugo in ꝯmēto angelice gerarchie ponit exemplū in re sensibili. sicut vas cū liquore circa ignēdum ponit calor ignis primo incipit illū liquorem ab imo ignire. postea nūc huc nūc illuc. nunc sursum nunc deorsum iactare et paulatī sursum attollere. et vsqz ad summū replere. tandem supius sic eleuatū ad foras cū quadā violentia euacuare et effundere. sic humana mēs diuini ignis desiderio accēsa sepe ī seipa contra seipam feruēs et fremēs et estuās sibi ipi irascens. seipam despiciēs summis inhiās p inferiorū cōtemptum ab infimis repellitur. et p supnorū desideriū ad supiora trahitur. ita ut et sup seipam oblita scz sui in extasi subleuata tota ad supna rapit. Hij sunt de quibus Isa. lx. Qui sunt isti qui ut nubes volāt et quasi columbe ad fenestras suas. Grego. Sepe gratia contemplantē aīm ita ad supna

eleuat. ut q̄ circa ip̄m sint ignoret. Et talis fu
it aplus. ij. ad Corin. xij. Scio hominē in xp̄o
siue in corpore siue extra corpus nescio raptū
hmōi vsq̄ ad terciū celum. (A) Quinto
gratia dei in mentē veniēs aīam fecundat. Et
innuit ibi nazareth. nam nazareth interp̄tat
flos. et sicut ex flore generat fructus. sic gr̄a
opatur fructuositatē bonorū op̄m. Sapiētie
iij. Bonorū em̄ laboꝝ gloriosus est fructus.
De quo fructu Cañ. ij. Fructus eius dulcis
gutturi meo. Et hic generatur ex dei gr̄a. Isi
dorus. Gratia est donū dei misericordie. p q̄d
fit expletio voluntatis diuine. Nā s̄m aug. de
lr̄a et sp̄ū. Gr̄a datur ut lex impleat. Sexto
gratia dei mentē purificat. et notatur ibi ad v̄
ginem scz purissimā. et sic gr̄a menti aduenīēs
reddit eam purā. ut testatur Richar. Quid
est q̄ purgat mentis intima nisi dei gr̄a. Qr
cum gratia sit res mūda nō stat in immundis
Et quia s̄m Dyo. Bonū potētius est in agē
do q̄ malū. Ideo ip̄a gratia omnia immun
da repta in anima aut conscientia expellit. ut
dicit Bern̄. Intra cordis habitaculū quod
possidz minimā paleā peccati non patitur resi
dere. sed sicut aqua pannū lauat a sordibus
ita diuina gratia mūdat aīam a labe peccatoꝝ
ꝓpter quod de ip̄a dicit Ezechiel. xxxvi. Ef
fundam sup̄ vos aquam mūdam. i. aduentus
mei gratiā. et mūdabimini ab omnibꝫ iniqui
namentis vr̄is. ꝓpter qnod dicit apl's ad ro.
v. Ubi abundauit delictum sup̄abundauit et
gratia scz ad repellendū delictum et ad resistē
dum peccatis. Jō dicit Bonauē. Gratia est
dei donū p̄ quod aīa efficit sp̄us sancti tēplū.
Septimo gratia dei in mentē veniens p̄seue
rantiam efficit. et notat ibi desponsatam viro
cui nomē ioseph. ad designandū q̄ gratia effi
cit virilem op̄ositatem. Unde p̄s. xxx. Viriliter
agite ut confortet cor vr̄m. nam aliquan
do homo ita viriliter op̄atur ex gratia q̄ nullo
mō posset facere ex natura. ut dicit apl's. j. ad
Corin. xv. Abundantius illis omnibꝫ labora
ui. Et subdit. Non ego sed gr̄a dei mecū. Jō
vir dicebatur ioseph quod interp̄tat augmē
tum. quia gratia menti aduenīēs augmentat
robur et fortitudinē cōtra humanā infirmita
tem. De quo apl'us ad ro. viij. Similiter au
tem et sp̄us adiuuat infirmitatē nostrā. Ido
dicit Aug. Sancti patres inspiratōe diuina
fecerunt difficilia q̄ nobis vident quodāmō
impossibilia. et hoc ex dei gratia. qr dicit gre.
in mora. Qui sup̄na degustat om̄ia inferiora
equanimiter portat et p̄seuerant. Quia dicit
hieronimus. nō incepisse sed p̄fecisse virtutis
est. nam dei gratia est alpha et o. id est princi
piū et finis. principiū p̄ p̄uenientē gratiam. fi
nis vero p̄ consummātem. Ideo de pe. di. ij.
c. apl'us. §. ꝓpter hmōi humilitatē secreti cre
dendum est quosdā de filijs p̄ditōis nō accē
pto dono p̄seuerādi vsq̄ in finem in fide que
p̄ dilectōem op̄atur incipe viuere et postea ca
dere. vbi euidenter innuitur p̄seuerantiā i bo
no esse donum dei. (B) Octauo gr̄a dei
menti aduenīēs peccatū exarcerbat. Et notat
ibi. nomen virginis maria. Nā maria interp̄
tatur mare amarū. ad designandū q̄ dei gr̄a ꝯ
fert amaritudinē de peccato. Grego. Quāto
maiorem gratiam q̄s recipit tāto magis se re
p̄hensibilē in peccatis cognoscit. Et gratia nō
solū causat amaritudinē peccati sed etiā mun
di. et eoꝝ que in mūdo sunt ut carnis oblecta
menta. Gre. Gustato sp̄ū desipit omnis caro
Nam gr̄a auertit desideriū a carne et a mūdo
et ponit in deo. Ideo nō habentes dei gr̄am
hijs desidiosum est audire de deo et de spiritu
alibus rebus. Gre. Mens visibilibus dedi
ta nō p̄t videre inuisibilia. Nam hijs dulce ē
in mundanis rebus qui nil gustauerūt de ce
lestibus. ideo tales quibꝫ mūdus sapit dei gra
tiam suscipe nequeūt. De quo Job. xiiij. quē
mundus nō p̄t cape. Aug. i. homo mūdanus
Quia dicit Criso. Si te delectat mund⁹ ad
gratiam dei es indispositus. Nono gratia in
mentē aduenīens cōsciam liberat vel libertat.
scz a peccato. iuxta illud. ij. Corin. iij. Ubi spi
ritus dn̄i ibi libertas. Et innuitur ibi. ingress⁹
angelus dixit Aue. Sicut enim angelus clau
sis ianuis ad mariā ingressus est. sic gr̄a dei o
cultis vijs accedit ad humanā mentē et incō
p̄hensibilib⁹. De quo Job. xxxviij. Per quā
viam spargitur lux. quasi diceret. nescit. sic et
nec via noscit p̄ quam gr̄a datur. Un̄ gilber
tus. Non p̄t dari certa regula qr nō est nosse
vr̄m tp̄a vel momenta. qr non ē industrie sed
gr̄e. nō inuestigatōis sed reuelatōis. De qua
Isido. dicit de summo bono. Gressus dei per
gr̄am scz sunt in corde hominis interioris. qr
bona desideria surgunt ut calcentur mala. Et

sicut angelus liberauit petrū a cathenis. Actuū xij. sic gratia dei liberat hominē a vicijs. De q̄ Bern̄. de libero arbitrio. Ubi gr̄a ingreditur potestas peccati minuit̄. De quo ⁊ apl'us ad Ro. viij. Spūs vite liberauit me a lege pctī. hoc est spūs sancti gr̄a conferēs vitā De qua Bern̄. sup̄ cantica. sermōe. vi. Gratia tumentia corda cōculcat. carnalia desideria cōprimit impiū iustificat. Ideo merito dicit̄ aue quia liberat a ve peccati. nā triplex ve homo incurrebat. scz ve culpe. ve pene. ve miserie et dānationis eterne. Apoca. viij. Ve ve ve habitantibus in terra. ve ꝓpter culpā quam cōmisim⁹. ve ꝓpter penā quā meruimus. ve ꝓpter miseriam quā incidimus. nam ex culpa cōmissa nō solū pena sed etiā miseria est subsecuta. ita ut et iusti miseria tp̄ali affliguntur. Job. x. Si impius fuero ve mihi est. et si iustus nō leuabo caput meū saturatus afflictōne et miseria. Sed hic p̄ gr̄am in statu merendi liberamur.

C Bern̄. in sermone. Intrauit ihūs in quoddā castellū dicit q̄ triplicē gr̄am diuinitus accepimus. Primo gr̄am cōuersionis cōtra ve culpe. qz ibi culpa dimittit̄ et ex cōtritione homo ad deū reuertit̄. Secūdo gr̄am adiutorij cōtra ve miserie. qz a miseria eripimur dum a deo adiuuamur. Tercio gr̄az remuneratōis cōtra ve eterne damnatōnis. qz de eterna pena liberat̄ qui remunerādus ad eternam gloriā dirigit̄. De qua gr̄a dicit apl's ad ephe seos. ij. Gratia enim estis saluati p̄ fidem. Et iterū. Cuius gratia saluati estis. qui conresuscitauit et cōsedere fecit vos in celestib⁹ in cristo hiesu. Et. ij. Corint. ix. Potens est deus omnē gratiā abundare facere in vobis. Decimo gratia animā pulcrificat. et tangit̄ ibi gr̄a plena. Dicit nanq̄ Aug. de vera innocentia. Sicut duo sunt officia medicine. vnū quo sanatur infirmitas. aliud quo custodiat̄ sanitas ita sunt duo dona gratie. scz peccata auferre. Isaie. xliij. Ego sum ip̄e qui deleo iniq̄tates tuas. Et tangit̄ ibi. aue. Et s̄m claritatē virtutis tribuere. et tangit̄. gratia plena. Undecimo gratia animā securat. et tangit̄ ibi. dn̄s tecum. Unde merito homo est secur⁹ in anima qui habet dei gratiā q̄ p̄t dicere cū p̄s. xxvi. Dn̄s ꝓtector vite mee a quo trepidabo. quasi diceret a nullo. Quia dicit apl'us ad Ro. viij. Si deus ꝓ nobis quis cōtra nos. q. di. nullus. Et iterū aīa in gr̄a existens p̄t dicere illud Hiere. xx. Dn̄s mecū est tanq̄ bellator fortis. vbi mgr̄ Jacobus scz de sancto victore in quodā sermone dicit. dn̄s tecū in consilio p̄ gratiam suā. tecū in defensionis auxilio tecum in cōscientie secreto. tecū in exilio. tecū in periculo. tecū in corde. tecū in ore. tecū in ope. tecum vbiq̄. ideoq̄ securus es dū es in gratia quodcūq̄ agere volueris Idcirco securitas hec figuratur in gedeone Judicum. vi. vbi venit angelus ad gedeon dicēs ei. dominus tecū virorū fortissime. extunc em̄ gedeon fuit victor potētissimus de hostib⁹ suis. sic cū gratia dei affuerit homini p̄ eius p̄ntiam assecuratur cōtra omniū hostiū maliciā. Un̄ gre. in sermone de apl'is. Fortes facti sunt. occidi possunt. flecti nequeūt. quō enim sustinuissēt si gratia dei eos nō solidasset.

D Duodecimo gratia dei adueniens menti reuerentialem timorē inducit. et innuitur ibi. audiens maria turbata est in sermone angeli. Sic hō p̄ aduenientē dei gratiā inducit̄ ad dei timorem. iuxta illud p̄s. xxxiij. Timete dn̄m om̄es sancti eius Ratio ecclesiastici. qz qui sine timore est non poterit iustificari. Ideo hortam̄ Canti. iij. Uniuscuiusq̄ ensis sup̄ femur suū ꝓpter timores nocturnos Grego. in morali. Nocturni timores sunt insidie et temptatōes occulte. ensis sup̄ femur est custodia puniens carnis illecebras. ad quam et p̄ quā gratia mētem roborat et ꝓtegit. Et quia sancti sp̄ sunt de spe certi sed de temptatōe suspecti. Ideo et illos deus aliqualiter in timore relinquit. qz et p̄ hoc magis placēt deo atq̄ illū plus sibi exorabilē atq̄ ꝓpiciū habebūt. ps. cxliiij. Uolūtatem timentiū se faciet scz filiali timore nō seruili. et dep̄catōem eorū exaudiet ⁊c. August. Christiani nō sunt serui sed liberi. i. nō seruilem timroē habere dn̄t sed filialem. Nā timor seruilis est ut canis timēs baculū. Aug⁹. Uiuit in hoīe peccādi volūtas et sequeret̄ quidē opus nisi esset impunitas. Nā qui a peccatis abstinuit qz gehennā metuit nō amauit. qz timor seruilis caret charitate. iuxta illud. j. Johan. iiij. Timor nō est in charitate sed p̄fecta charitas foras mittit timorē. Ideo aug. Abstinere a peccato rōe timoris pene nō liberat a morte. Ideo dei gratia nō inducit timorē seruilem sed reuerētialē et filialē. De quo Isaie

xi. Replebit eum spūs timoris dñi. Tredeci
mo gratia dei vitā eternā p̄stat. et innuit̄ ibi.
dabit illi dñs sedem dauid patris eius et re
gnabit in domo iacob in eternū. et regni eius
non erit finis scz in futura vita ad quam pdu
cit hominē dei gratia. iuxta illud ad Roma.
vi. Gratia autem dei vita eterna. De quo et
Bern̄. Non sunt talia merita ꝓpter que dat̄
vita eterna nisi ex dei gratia

De eadem dominica Sermo. xxiij

Preparate corda vestra dño. i. Reg.
vij. Uidemus nāqz vbi princeps
magnus nunciatur venturus tūc ho/
spes domus p̄parat camerā et cubile amenuz
sibi in habitaculū. ¶ E ¶ Spiritualiter. qz
rex regū princeps celi ⁊ terre venturus est per
gratiam ad nos. Idcirco si quereres in quo
habitaculo vult quiescere. Rn̄det ꝓpheta sa
muel in hominis corde dicens. p̄parate cor/
da vestra dño. De quo etiā habetur ꝓuerb.
xxiij. Fili p̄be cor tuū mihi. non dicit accōmo
da sed p̄be. ut nihil iuris de cetero habeas in
corde tuo. et ut nil velis nil sapias nisi ꝙ deū
velle cognoscis. Nā quidquid illi offerre vel̄
ex isto loculo ꝓcedere debet. Primo si offers
fidem tunc ex corde. ad ro. x. corde credit̄ ad
iusticiā. si penitentiā offers tūc ex corde. De
quo Iohelis. ij. Conuertimini ad me in toto
corde vr̄o. Si ei seruitiū exhibes tunc ex cor
de. Deutro. x. Seruias dño deo tuo ex toto
corde tuo. si obedientiā deo p̄stas tūc ex corde
Deutro. xxvi. Hodie dñs deus tuus p̄cepit
tibi ut facias mādata hec atqz iudicia ut custo
dias et impleas ex corde toto tuo Si orōem
effundis ad dñm tunc ex corde Iudith. iiij.
Ex toto corde suo om̄es orabāt deū israel ut
visitaret ꝓpl̄m suū. Et math. vi. Cū oraueris
intra in cubiculū tuum scz cordis. et clauso o/
stio ora patrē tuū in abscondito. Unde docet
hiero. et hēt̄ in ca. de ꝯse. di. v. Non medio/
criter nō enim verbis tantū sed corde orand⁹
est deus. nam s̄m aug. Quid ꝓdest strepit⁹
labioꝝ vbi cor est mutū. Si queris dei grati/
am tunc ex corde Hieremie. xxiij. Cū quesie
ritis me in toto corde vr̄o inueniar a vobis di
cit dñs. Si diligis deū tunc ex corde. Deu/
tro. vi. et Luce. x. Diliges dñm deum tuū ex
toto corde. Si cōfessionem facis tunc ex cor
de. iuxta illud p̄s. ix. Cōfitebor tibi dñe in to/
to corde meo. Idcirco hortat̄ nos Canti. viij
Pone me ut signaculū sup̄ cor tuū. Idcirco
requirit cor nostrū ut paremus in eo gr̄e dei
hospitiū dicens. p̄parate corda vr̄a domino.
scribitur loco vbi supra. ¶ F ¶ Pro quo sci
endum deus petit cor nostrū et nō aliud mē/
brum pluribus de causis. Primo qz est speci
ale hospicium dei in quo habitare cupit. ad e/
pheseos. iij. Det vobis xp̄m p̄ fidem habita/
re in cordibus vestris. ideo cor interp̄tat̄ qua
si camera omnipotētis regis. nā rex celestis de
lectatur habitare in corde hominis p̄ gratiam
ꝓuer. viij. Delicie mee esse cū filijs hominū.
Scdo ideo petit cor. qz est principiū omniū
membrorū. Unde aristo. xiij. li. animalium.
Cor est p̄ncipiū vite et omnis motus corp̄is
et sensus. Et consequenter hoīem totum petit
deus in hoc ꝙ cor petit. et merito totum homi
nē exigit qui totū corpus suū cū omnib⁹ mem
bris suis in passione sua ꝓ om̄ibus hom̄ibus
exposuit. Tercio ideo ꝙ cor plenū est sangui
ne. ergo p̄t petit ut et filius suus sanguinē suū
illuc ponat. nā s̄m aristo. viij. ethi. sil̄e applau
det suo simili. Unde q̄libet debet in corde suo
hiesum cū suis sanguineis vulneribꝰ locare.
meditando passionē eius. Unde Bern̄. in p̄
sona dñi in quodā sermone. O homo vide
que ꝓ te patior. non est dolor sicut quo cruci
or. ad te clamo qui ꝓ te morior. vide penas q̄
bus afficior. vide clauos quib⁹ confodior. et
cum sit dolor tantus exterior interior est plan
ctus grauior. cū tamen te ingratum experior.
Unde etiā hiero. ī epl̄a. conspui voluit ut nos
lauaret. velari voluit ut velamina culpe et ig
norantie a cordibus nr̄is auferret. in capite p̄
cuti ut caput nostrū ut est adam sanitati restitu
eret. colaphis cedi et verbis derideri. ut nos
ei labijs et manibus. i. verbis et op̄ibus ap/
plauderemus. Unde ꝙ deus vult cor sibi da
ri et non mutuari nec vendi declarat holgot
sup̄ librū sapiētie. Illi deo mutuāt sua corda
qui ꝓ tp̄ali ꝓsperitate deo seruiūt. Nam cum
ip̄a ꝓsperitas ip̄is subtrahitur tunc et ip̄i sub
trahunt deo corda sua qui ante ea sibi mutua
uerūt. Unde p̄s. xlviij. Confitebitur tibi cuz
benefeceris ei. Sed non est deo principaliter

seruiendū ꝓ tpali remuneratōe. Unde dicit̄
in decretis remuneratōem tpalem non debet
quis querere ꝓ bono quod egit. de pñia di. iij
§. Quanq̄ꝫ. dicit canon. et sunt verba greg.
in omelia. Cauendum nobis est ut si forte ali
quod bonū agimus in pñti seculo remunera/
tionem nō accipiam⁹. ne forte dicat̄ de nobis
Receperūt mercedē suā. Nisi eniꝫ diues iste
aliquid boni egisset vnde in pñti seculo remu
neratōem accepisset nequaq̄ꝫ abraham ei di/
ceret. Recepisti bona in vita tua. sed illi ven/
dunt qui deo seruiūt ꝓ mercede eterna q̄bus
etiaꝫ non est amor filialis sed mercēnarij. sed
illi dant corda sua deo qui ex sincera bonita/
te dei deo seruiūt. Et hoc desiderat ip̄e deus.
ꝓuer. xxiiij. Prebe fili cor tuum mihi. q. dice
ret ꝟm holgot. Fili mi ꝑ creatōnem. fili mi per
redemptōem p̄be mihi cor tuum ꝑ dilectōeꝫ
et deuotōnem. Criso. Merces tibi maior au
getur quādo nō spe mercedis oparis sed stu/
dio placendi. Unde ip̄e deus nō petit partē
cordis sed totū cor vult integraliter habere.
Math. xxij. Diliges dñm deum tuū ex toto
corde tuo. Nam falco auis generosa cum diu
volauerit ꝓ p̄da tunc cor ꝓ mercede req̄rit.
Falco est xp̄us qui ꝓ te volauit de celo in vte
rum virginis. de vtero in mundū. de mundo
ad crucem. de cruce ad limbū. et tandem ecō/
uerso de mūdo ad celū. Merito ergo sibi cor
vendicat. Idcirco thema dicit. p̄parate cor/
da vestra ꝛc. G Pro quo sciendum In
sacra scriptura septē inuenimus de exercitati/
one cordis admonitōes. Primo est deo pre
parandū. Scd̄o custodiendū. Tercio aperiē
dum. quarto stabiliendū. Quinto dandum.
Sexto ad deū eleuandū. septimo est scinden
dum. Hee septē exercitatōes ꝑ septem dona
sp̄us sancti mouent̄. Primo dixi cor nostrū
deo est p̄parandum. De quo thema. p̄parate
corda vestra deo scꝫ tanq̄ꝫ domū inhabitan/
dum. zacharie. ij. Lauda et letare filia syon. qꝛ
ecce ego venio et habitabo in medio tui ait do
minus. hoc est in corde quod est in medio aīa
lis. De qua habitatōe scribit Johan. Apoc.
xxi. Ecce tabernaculū dei cū hominibus et ha
bitabit cū eis. et erit eorū deus. Ut igit̄ dele
ctabilis sit habitatio oportꝫ primo ut mūdet̄.
Sapientie. i. Nō habitabit in corpe subdito
peccatis. p̄s. xcij. Domū tuam dñe decet san
ctitudo. Ideo hortat̄ nos Grego. in omelia.
Tergat sordes praui opis qui p̄parat deo do
mū mentis Quia dicit p̄s. xxi. Tu aūt in san
cto habitas. Dic igit̄ cū psal. lxxvi. Exercita
bar et scopebam sp̄m meū. Et hoc debet fieri
ꝑ donū timoris. Ecc̄i. ij. Qui timent dñm p̄
parabunt corda. et in cōspectu illi⁹ sanctificāt
animas suas. Ecc̄i. i. Timor dñi expellit pec/
catū. Secundo requirit̄ ut ornetur scꝫ vten/
silibus necessarijs. nō enim sufficit dom⁹ mū/
da si omnino repitur vacua Naꝫ domū vacā
tem q̄ꝫuis mundatā sp̄us immūdus p̄t inha
bitare. ut legitur Math. xij. et luce. xi. Quid
autem hospiti xp̄o p̄parandū sit figurat̄. iiij.
regū. iiij. vbi mulier sunamitis viro suo dixit
de helizeo ꝓpheta animaduerto ꝙ vir dei san/
ctus est iste qui transit ꝑ nos frequenter facia
mus ei cenaculū paruū et ponamus ei in eo le
ctulū et mensam et sellā et candelabrū. ut cū
venerit ad nos maneat ibi Sp̄ualiter. Sic si
verū helizeū. i. xp̄m velis hospitare in cordis
tui cenaculo debes ista quatuor ei p̄parare. pri
mo lectulū. i. quietam cōscientiā in quo quie
scat. p̄s. lxxv. In pace factus est locus eius.
cum enim tu cōscientiā tuā ponis in pace tunc
deū locas in cōscientiā tuā quasi in lectulum.
De quo canti. i. Lectulus nr̄ floridus scꝫ qui
ete cōscientie. Uidemus enim ꝙ in aqua tur
bida nō resultat ymago. sic cor ꝯturbatuꝫ nec
deum nec seip̄m p̄t cōtemplari. ad Hebr. xij.
Pacē sequimini cū omnibus et sanctimoniā
sine qua nemo videbit deū scꝫ in corde quie/
scentem. H Sed diceres Que ē tran
quilla cōscientia Rñdet Hugo in li. de bono
cōscientie. Cōscientia tranquilla est que omni
bus est dulcis. nulli grauis. vteus amico ad
gratiam. inimico ad patientiā. cūctis ad beni/
uolentiaꝫ. quibus p̄t ad benificentiā. seip̄a ad
iusticiā. Aug. Fac iusticiam et habebis pacem
et tunc habebis dei lectum Luce. x. In quam
cunq̄ꝫ domū intraueritis primū dicite pax hu
ic domui et si ibi fuerit filius pacis requiescꝫ
sup illum pax vr̄a. Secūdo sellam. i. humili/
tatem. Isa. vl. Sup humilē requiescet sp̄us
meus. Inquit enim. Ad quē aūt respiciā nisi
ad paupculum et contritū sp̄u et trementem
sermones meos. Bern̄. Humilitas diuine
gratie est familiaris. Origenes. Si humilis
non fueris gratiam sp̄us sancti non habebis.

Eccī.vij. Humilia valde spiritum tuū. Bernardus. Si maria vltra omnes se nō humiliasset vltra omnes exaltata et benedicta nō fuisset. Tercio mensa est ponenda et hec est pñia Eccī.xxix. Transi hospes et orna mensam scz penitētie. ꝑ mensale cibū et potū. mensale est recta intentio. Beda. Thesaurus cordis est intentio. cibus est dei voluntas. Johan.iiij. Meus cibus est ut faciam voluntatē eius q̄ misit me. sed potus lacrime. Ambro. Domīe da mihi lacrimas potū. ps.lxxix. Potū dabis nobis in lacrimis. Bern. Lacrime penitentium sunt vinū angelorū Hec lacrimarū ꝓfusio regem manassen ad regnū restituit. ij. palipo.xxxiij. Niniuitas a subuersione liberauit. Jone.iij. Ezechie ter quinos annos addidit.iiij. Regum.xx. Si cayn et iudas virtutes lacrimarū sciuissent desperare non debuissent. Bernardus. Neqꝫ mūdus diluuio perisset si ad lacrimas cōfugisset. o q̄ꝫ forte lacrimarum vinū. Bern. O humilis lacrima tua est potentia. tuū est regnū. vincis inuincibilē ligas omnipotentē. Ille est ornatus mense penitentie. De qua ambro. in li. de pñia. O q̄ꝫ felix est pñia que dei ad se trahit clementiam et ligat omnipotentiā. Quarto candelabrum debes locare. i. tuipsius ꝓpriam cognitōnem habere Bern. Scio neminē dignū saluatiōe sine ꝓpria ꝯgnitōe. qꝛ qui seipm nō noscit nil bene noscit. Ideo hugo. multe sūt scientie hominū sed nulla melioꝛq̄ꝫ qua homo ꝯgnoscit seipm. Et illā cognitōem ꝓpriam cōmendat Bern. dicens Melius est cognoscere seipm q̄ꝫ scire cursum siderū. naturā lapidū. omniūq̄ꝫ virtutē herbarū. Aug. Bonū est scire propriam infirmitatē ꝙ quidquid aliūde habes et imꝑfecte habes ⁊ amittere potes. hec ꝯgnitio et ꝑparatio ad gratiā ꝓuenit ex dono timoris. Eccī.ij. Qui timēt deum inquirunt que beneplacita sunt ei. (J) Secūdo cor ꝑparatum est fideliter custodiendū. ꝓuer.iiij. Omni custodia serua cor tuū. qm̄ ex ipo vita ꝓcedit. Nam om̄is status vite nr̄e siue bonus siue malus ex corde iudicat. De quo. i. Regum.xvi. Homo videt que parēt. deus autē intuetur cor. et Math.xv. Que de corde exeunt ea coinquināt hoīes. De corde em̄ exeūt male cogitatōnes ⁊c. Bern. A corde tanq̄ꝫ a radice ꝓcedunt bona et mala. et ergo valde ē custodiēdū Eccī.xxxvi. Vbi nō est sepes diripitur possessio. sic vbi nō est custodia cordis ꝑdetur virtus. ⁊ hec custodia fit ꝑ donū scientie que docet bonū agere et malū vitare. sine quo dono cor nō bene custoditur Sapie.xiij Vani sunt omnes hoīes in quibus nō subest scientia dei. Tercio cor ꝑparatum et custoditum est deo aperiendū. De quo.ij. Macha.i. Adaperiet dn̄s cor vr̄m in lege sua et in ꝑceptis suis. Quam aperitōem postulat dn̄s Canti.v. Aperi mihi soror mea amica mea. quia ipe desiderat ingressū habere in cor nostrū. Apocal.iij. Ecce sto ad ostiū et pulso. si quis aperuerit mihi ianuā introibo ad illuz. Cordis etiam nr̄i dispositio figurat dispositionem ad deū. Nam cor supius est latū et inferius strictum. sic cor nostrū q̄ꝫtum ad affectus desideria et amorē ad inferiora debet esse strictum et acutū. sed dilatatum quo ad supiora. dicendo cū ps. Viā mādatorū tuorū cucurri cum dilatasti cor meū. (K) Item sic cor est triangulare. sic mens nr̄a debet esse disposita ad tria. Primo ad mandatorū intelligentiam. Eccī.iij. Que ꝑcepit tibi deus illa cogita semꝑ. Secūdo ad exequendorū diligētiā de q̄.ij. palipo.xix. Cum diligētia cūcta facite Et aplus ad Coloceñ.iij. Quodcūq̄ꝫ facitis ex animo oꝑamini. Tercio ad diuinoꝝ donorum effluentiā. De quo Trenoꝝ.iij. Bonuz est ꝑstolari cum silentio salutare dn̄i scz ut vigilet cor nostrū in desiderio et expectatōne diuine consolatōis. ut aperiamus qn̄ veniat per gratiā Luce.xij. Beati serui illi quos cū venerit dn̄s inuenerit vigilantes ut cōfestim aperiant ei. et hec apertio fit ꝑ donum pietatis. q̄ ad omnia vtilis est. i. ad Thimotheū.iiij. ad deum ut habeamus reuerentiā. Bernardus Pietas est dei cultus. memoria et fiducia de dei misericordia et gratia Et est vtilis ad nos ut habeamus serenā cōscientiam. Est etiam vtilis quo ad ꝓximū vt ei exhibeamus spiritualem misericordiā. De quibus omnibꝫ dicit ad Thitū.ij. Sobrie iuste et pie viuamus in hoc seculo. sobrie quo ad nos. iuste quo ad ꝓximos. pie quo ad deum (L) Quarto cor ꝑparatum custoditū et apertū est deo stabiliēdum. Ecclesiastes.xi. In bono sit cor tuū scz in dei volūtate amore et bona oꝑatōe ut a via dei nulla occasione retrahatur. Ecclesiastici

ij. Fili accedens ad seruitutē dei sta ī iusticia et
timore ⁊ p̄para animā tuā ad tentatōnem. de
prime cor tuū et sustine scz temptatōes. quia
dr ad Hebre. xiij. Optimū est gratia stabili
re cor. Bern. Nullū vnq̄ seruum dei dies et
hora inueniat sine exercicij labore vel studio
ꝓficiēdi. vel sine expientie dulcedine vel sine
fruendi gaudio. Hiero. Semp aliquid opis
facito ne te dyabolus inueniat ociosum. et in
via dei obiciat petrā scandali et offensionis.
Ecclesiastici. v. Esto firmus in via dei. Que
quidē firmitas et stabilitas fit p quartū donū
spūs sancti scz donū fortitudinis. De q̄ gre.
Fortitudo spūs est carnis delectatōnem vin
cere. ꝓspera mūdi spernere. ꝓprijs voluntati
bus cōtradicere. et dei voluntatē fortiter ꝑfi
cere. Quinto cor nostrū est deo dandum. ꝓ
uer. xxiij. Prebe fili mi cor tuum mihi. Reue
ra dignū et iustū est qr creator tuus est. Ido
Aug. Quis obiudicat figulo q̄ finxit se. sic
et deus creauit cor tuū. Hiere. xviij. Ecce
sicut lutum in manibus figuli sic vos domus
israel in manu mea. Item qr emptor tuus est
j. Corint. vi. Empti enim estis p̄cio magno.
Etiam quia amator tuus est. i. Johā. iiij. In
hoc est charitas nō quasi nos dilexerimus de
um sz qm̄ ip̄e prior dilexit nos. et in ꝑpetua
dilectōe cor suū dedit nobis. ita q̄ mirat̄ iob
c. vij. Quid est homo qr magnificas eū. aut
quid apponis erga euz cor tuū. Bern. Scio
dn̄e vbi cor tuū ibi et thesaurus. sed cor tuū
est circa nos. idcirco thesaurus tuus sumus.
et merito cor nostrū tibi dare debemus. Tho
bie. xij. Quid illi ad hec poterimus dignum
dare. q. d. quā mercedē dare poterimus. aut
quid dignū poterit esse beneficijs q̄ me du
xit et reduxit et a deuoratōne piscis eripuit et
om̄ibꝫ bonis p eū repleti sumus. nūquid vero
maiora illis fecit nobis dn̄s. ergo merito cor
nostrū illi p̄beam⁹. Cant. viij. Pone me sic
signaculū sup cor tuū. Et hec donatio cordis
debet fieri p donū cōsilij. Gre. Donū cōsilij ē
habitus a deo infusus quo mouemur ad opa
tōes bonas et quo nō est determinata via. Et
sic consiliū ꝓut est donū spūs sancti docz nos
cor nostrū a terrenis retrahere et celestibꝫ in
herere ut dixit dn̄s adolescētulo. Math. xix.
Vende omnia que habes et da pauperibus. et
habebis thesaurū ī celo. et veni et sequere me

Aug. Consiliū spūs sancti est ut tp̄alia contē
nentes deo nō ꝓ terrenis sed celestibus serui
amus. Hijs enim appropinquat deus p grati
am qui cōsiliū spūs sancti sequunt̄. De q̄ pro
uer. viij. Ego sapientia habito in cōsilio et e
ruditis intersū cogitatōibus. Sexto
cor nostrū ad deū est leuandū. Trenorū. iij.
Leuemus corda nostra cū manibus ad dn̄m
in celū. i. affectum cū opatōibus. ut Isaias. c.
li. Eleuare eleuare cōsurge ihrlm. dicit bis e
leuare scz p intellectū et affectū. iuxta illud ad
Colocēses. iij. Que sursum sunt querite scz
p intellectū. vbi xp̄us est in dextra dei sedens
que sursum sunt sapite scz p charitatis affectū
nō que sup terrā. Bern. Impossibile est deū
vere cognoscere et nō diligere. Qua ꝓpter al
bertus sup illo verbo. sursuz corda. dicit leuā
dum est cor nostrū sursum intellectu veritatis
et affectu charitatis. Que quidē eleuatio fit
p donū intellectus. nā intellectus cognoscit
res non ut res in se sed sub rōne boni vel mali.
ut malū refutemus et cor ad bonū erigamus.
Hieremie. xxxi. Dirige cor tuum in viā rectā
in qua ambulasti. quia dicit Aug. de spiritu ⁊
aīa. Intellectus est vis aīe qua inuisibilia p
cipit et celestia archana cognoscit. j. Corint.
ij. Nobis reuelauit deus p spiritum suuz. i. p
donum spūs sancti quod est intellectus. ps.
xxxi. Intellectū tibi dabo et instruā te in via
⁊c. scz cor ad deū eleuare et a terrenis retrahe
re. Septimo cor nostrū est ꝓpter de
um scindendū. Johelis. ij. Scindite corda
vr̄a et non vestimenta. Est aūt duplex scissio.
vna p contritōnem. alia est separatio ab affectu
carnaliū et terrenorū. et illa fit p donū sapien
tie. i. sapide scientie. Bern. Inuenisti sapienti
am si singula tibi sapiūt ꝓut sunt scz deus vt
deus. terra ut terra. caro ut caro virtus ut vir
tus. Nam de hoc dono sapientie dicit Isido.
Sapiētia tm̄ speculat̄ eterna. et in illis soluz
iocundatur dicēs cū beato augustino. Om̄is
copia q̄ nō deus meus est mihi penuria. hoc
etiam ꝑpendens be. Bern. dicit Si quis cor
de gustauerit que sit illa dulcedo celestiū p̄
miorū tunc omne aliud dulce amarū. om̄e de
corum fedū. omnis leticia tristicia videbitur.
Qua ꝓpter bene est scindendū et separandū ab
amaris fedis et tristibus et applicandū ad ve
ra dulcia decora et amena. Bernar. O amor

castus et sanctus. o dulcis affectio et amabil' o pura voluntatis intentio. eo est purior quo de ꝓprio nihil relinquit'. eo suauior et dulcior quo totū diuinū est quod sentitur. Et hec scissio est quādo cor separatur a malis affectōnibus. ratio a malis delectatōibus. memoria a cōtagiosis inquinatōibus. voluntas a malis inclinatōibus. anima ab inordinatis moribꝫ. cogitatōes a vanis et inutilibus imaginatōibus. corpus a minus necessarijs occupatōnibus. sensus ab indisciplinatis discursibus. Sed hec omnia in deū directa et suspensa ut expectent beneplacitū dñi in hora bñplaciti eius cū audiuerint vocem spūs spirātis cōcurrent cōtinue ⁊ cooperabunt' sibi in bono ut cor acquirat deuotōem. ratio erpientie suauitatē voluntas desideriū. memoria stabilitatē fidelem. cogitatōibus in deū collectis et sensibus dormientibus tunc erit ꝓmptitudo dei seruiminis ita ut dicet anīa fidelis. Canti. v. Ego dormio et cor meū vigilat. et cū apl'o ad Galatas. ij. Viuo aūt iam non ego viuit vero in me xp̄us. et. i. Coloceñ. iij. Mortui estis et vita vr̄a abscondita est cū christo in deo.

Dominica quarta aduentus Sermo vicesimusquartus.

Dirigite viā dñi. Johānis. i. Ex quo in ista dominica peragit' aduentus ad mortē. et qꝛ omnibus hoībus cōstitutū est semel mori ⁊ post erit iudiciū. ad Hebre. ix. O Ideo summe necessaria est vie ad mortē p̄paratio tribus de causis. Primo ꝓpter hore mortis incertitudinē. Bern̄. in meditatōibus. Certū est ꝙ moriemur incertū est vbi quō et quādo mors vbiqꝫ te expectat. si prudens es vbiqꝫ expecta eā. Dicit nanqꝫ Isido. Nihil in rebꝫ humanis certius morte. nihil incertius hora mortis. Gre. In via sumus qua ad patriam pgimus nescim⁹ aūt horā exitus. Qua ꝓpter Luce. xij. Estote parati. qꝛ qua hora nō putatis filius hominis veniet. Secūdo ꝓpter iudicij examen. Grego. xxv. di. qualis. Qualis hinc quisqꝫ egreditur talis in iudicio p̄ñtatur Eccī. xviij. Ante iudiciū para iusticiā. Et non debemus expectare quousqꝫ iudex pulset per egritudinē. qꝛ qui tp̄us senectutis expectat timendū est dū sperat misericordiā ꝙ inueniat iusticiā. hec gre. Et Aug. Latet vna dies ut timeatur omnis dies. Tercio debemus parare viā dñi ad mortē ꝓpter demonis temptatōeꝫ qui frequenter nos tēptat ita ut etiam nomē inde habeat Math. iiij. Et accedens tēptator. Nam de insidijs eius dicit'. i. Petri. v. Sobrij estote et vigilate qꝛ aduer. vr̄ dya. tanqꝫ leo rugiens circuit q̄rēs quē deuoret. signanter in agone. p̄s. Ip̄i calcaneū meū obseruabunt. quod est vltimū hominis. P Sed diceres. quare demones tēptant hoīes sic in agone mortis. Respondet' ꝙ ꝓpter tria primo qꝛ demonibꝫ cōstat ꝙ vnusquisqꝫ hominū naturaliter appetit in fine bonum. De quo bohetius. iij. de cōsolatu ꝓsa. ij. Om̄s homines q̄uis diuerso calle incedāt ad vnū tn̄ bea titudinis finē nituntur ꝑuenire. Est enim mētibus hoīm naturaliter veri boni inserta cupiditas sed ad falsa deuius error abducit. Et ethicorū. i. Oīa bonū appetūt. Et hoc demones libenter vellēt impedire ne homo bono fine decederet. Secūdo ideo. qꝛ si homo ibi euadit potestatē demonū. amplius nūqꝫ timebit eos. sed secure et libere dicere p̄t ill'd p̄s. cxxij. Bñdictus dñs q̄ nō dedit nos ī captōꝫ dentibus eorū. g̃ dyabol⁹ q̄ habuit aliq̄s ꝑ mltos ānos in sua ptāte. in fine eos nō libenter derelinquit. Tercio si obtenuerit eū in agone amplius nūqꝫ p̄t eum ꝑdere. in p̄ñti vero nō est sic. qꝛ si hodie lucrat' aliquē cras p̄t eum ꝑdere. Si quem aūt vicerit in agone ille ad salutē nunqꝫ redibit. Job. vij. Qui descenderit ad inferos nō ascendet nec reuertetur vltra in domū suā. nec cognoscꝫ eū amplius locus eius. qꝛ in inferno nulla est redemptio. Ideo vt parati simus ꝯtra eius tēptationes monem̄ Eccī. ij. Fili p̄para animā tuā ad temptatōem. Unde quinqꝫ sunt temptatōes per quas dyabolus hominē nitit' in salute sua impedire. Prima temptatio est de fide. nam sicut in fine mūdi tp̄e antixp̄i maxima erit persecutio fidei. sic in fine homīs qui d̄r microcosmus erit maxima temptatio fidei. Rō aug. qꝛ fides ē bonorū omniū fundamentū et hūane

salutis initiū. Hebre. xi. Sine fide impossibi
le est placere deo. qꝛ corde credit̄ ad iusticiaꝫ.
ad ro. x. Ideo qui fundamentū destruerēt edi
ficatōem totam salutis impedirēt. Ideo vti
le est corā infirmis dicere simbolū ut infirm⁹
admoneat̄ et sit stabilis et firmus in fide. tho
bie. ij. Filij sanctorū sumus et vitā illam expe
ctamus quā dn̄s daturus est hijs qui fidē su
am nunq̄ꝫ mutāt ab eo. ¶ Q ¶ Secūda tē
ptatio est desperatio. cū em̄ infirmus cruciat̄
doloribus in carne. tunc dyabolus supaddit
dolorē dolori. obijciēdo homī peccata sua. ut
sic eū ad desperatōem inducat. Nā dyabolus
ad memoriā reducit homī in agōe omnia pec
cata sua et districti iudicis venturā iram ut vl̄
sic terrore et horrore correptus citi⁹ desperet.
Unde s̄m Inno. in li. de vilitate hūane con
ditōnis. Quilibet tā bonus q̄ꝫ malus anteq̄ꝫ
egrediat̄ de corpe videbit xp̄m in cruce posi
tum. boni ad cōsolatōnem. mali vero ad cōfu
sionem. ut erubescāt se nō esse participes fru
ctus redemptōis et effusionis sanguinis xp̄i.
Apoca. i. Videbit euꝫ oīs oculus et q̄ eū pu
pugerūt scꝫ peccatis. Insup dyabolus repn̄
tat agonisanti quecunq̄ꝫ vel cogitatōe vel lo
cutōne vel opatōne inique gessit. scꝫ in super
bia gula et auaricia. et si qua habet iniuste ac
q̄sita et quotiēs inebriatus ē. et sic de alijs ut
in despatōꝫ inducere possit. Et nōnunq̄ꝫ for
tassis etiam bona opa nō ut de hijs consoletur
sed p complacentiā et inanē gloriā de hijs in
aniter p̄sumens in supbia cor eius eleuet̄. et
sic peat. Idcirco ad temptatōnem illā p̄para
animā tuam scꝫ faciēdo plura opa bona cū hu
militate. ut cū opa bona et mala in statera illi⁹
posita fuerint bona p̄ponderent malis. Eccle
siastes. ix. Quodcūq̄ꝫ p̄t facere manus tua in
stanter opare. ad gala. vi. Dū tpus habem⁹
opemur bonū. Aug. Nō ē putāda mala mors
dū p̄cesserit bona vita. Et sic hō dū puenerit
ad agonē habeat p̄ oculis dei misericordiā et
nō desperet. nā si mille milia peccata mortalia
ppetrasset que omnino oblitus fuisset. et oīa
in agone cognosceret. nec vnq̄ꝫ aliq̄d istorū
cōfessus fuisset nec pn̄iam egisset adhuc despe
rare nō deberet. Et si est tante fortitudinis ut
possit loqui cōfiteatur si habet sacerdotē si nō
ꝯmittat deo et doleat cōfiteat̄q̄ꝫ corde. p̄s. l.
Cor contritū et humiliatū de⁹ non despicies

Bern̄. Maior est dei pietas q̄ꝫ queuis iniq̄
tas. nam omnia nr̄a peccata respectu miseri
cordie dei sunt quasi vna gutta respectu ton⁹
maris. Isidorus. Nullū est peccatū quod nō
habeat veniā p̄ter solū desperatōis crimē. Au
gust. Mala p̄terita nō nocent si nō placēt
R ¶ Tercia temptatio. qꝛ tunc maximus do
lor accidit homī cū anima debet exire a corpe.
sic q̄ etiam homo pdit sensus. et q̄ p̄ amaritu
dine et dolore pdit vires suas. qꝛ sanguis vn
diq̄ꝫ ꝯfluit ad cor ut ip̄m conseruet. q̄d sicut
fuit primū viuēs. sic erit et vltimū moriens.
Ideo dicit arist. iij. ethicoꝝ. Terribilissimū
omniū terribiliū est mors. Tunc em̄ necessa
riū est ut homo sit patiēs. Jacobi. v. Patien
tes igit̄ estote et vos. et cōfirmate corda vr̄a
qm̄ aduentus dn̄i appropinquabit. Luce. xxi.
In patientia vestra possidebitis animas vr̄as
Et sicut aīa in patiētia custoditur. sic in impa
tientia et in murmure pdit̄. Exemplū legitur
de clerico infirmante quattuor ānis qui in im
patiētia ait. deus accepisti mihi corpus recipe
et aīam. et cū deus eum nō liberauit tandē im
patientia victus miser dixit. Accipe dyabole
animā meaꝫ. et sic mortuus de eo quid aliud
sperandū q̄ꝫ q̄ p malo voto suo eterne dāna
tionis effectū consecutus sit. Idcirco p̄para
ad temptatōnem animā tuā p patientiā. nā in
firmitas ante mortē habet se quodammodo
ut purgatoriū si tolerat̄ ut oportet. Sed dice
res quō infirmitates et tribulatōes tolerant̄
ut oportet. Rn̄det Henricus de hassia super
Gene. Tribulatōes pn̄tis vite toleramus ut
oportꝫ. cū dolores ponderamus ad pctā et co
gitamus q̄ et grauiora ppeti demeruimus p
peccata. et sic in hoc deū laudamus q̄ ita mise
ricorditer agit. nā quos hic punit et nō in ba
ratro debent deo regratiari q̄ hic infirmant̄
et patiunt̄ et purgatoriū habent. Dicit nāq̄ꝫ
Grego. Diuina dispensatōe agit̄ ut plixiori
vicio plixior existat egritudo. Idcirco quili
bet infirmus cogitare debet dicēs. Ecce cum
isto corpe cum istis mēbris offendisti deū. et
bene maiorē dolorē meruisti. Et cuꝫ b. Aug.
Hic seca hic vre ut parcas in futuro. Grego.
Misericorditer adhibet deus tpalem seueri
tatem ne inferat eternā vltōem. Exemplū de
illo qui rogauit deū ut tolleret euꝫ de isto mū
do. Venit angelus dn̄i dicens. missus suꝫ ad

te elige quod vis. aut duobus diebus in purgatorio patieris aut duobus adhuc annis infirmitatē tuā sustinebis. Qui cū elegisset duos dies in purgatorio mortuus ꝓ voto suo illic ꝑuenit. Post horā vero illi angelus apparens quomodo haberet fideliter requisiuit. Ipe aūt angelū nō agnoscēs quis esset interrogauit. Et cum audisset qꝛ angelus esset respondit. Nō es angelus dei qꝛ angeli dei non mentiunt̄. tu aūt mentitus es mihi dicēs ꝙ solū ꝑ duos dies in purgatorio essem. nunc aūt hic fui ꝑ multos annos. Rñdit angelus. scias ꝙ nōdum plene ad vnius hore spacium interfueris. tūc ille. rogo te ut reducas me ad seculū. ꝑatus sum em̄ sustinere infirmitatem quādiu deo placuerit solū ꝙ huc nō reuertar qđ et factum est dispensatōe diuina qui post ea patienter ꝓ diffinito tꝑe infirmitatē suam sustinuit atqꝫ tandem feliciter mortuus in pace requieuit. ¶ S ¶ Quarta temptatio est cōplacentia suiip̄ius. nā cū dyabolus non p̄t inducere hominē ad errorē fidei ad desperationē vel impatientiā. tūc querit hoīem inducere ad complacentiā suiip̄ius et vanā gloriā. cōsiderando q̄ꝫ firmus sit in fide et patiēs in tribulatōe infirmitatis. Unde Isi. inuehit ꝯ illos dicens. nō te iactes. nō te exaltes. nil de te p̄sumas. nil tibi tribuas. quāto quis maior est in oculis suis. tāto despectior in oculis dī Idcirco homo debet esse cautus. cū enim dyabolus eū temptat ꝑ arrogantiā recogitet homo sua peccata. et cū dyabolus temptat ꝑ desperatōem erigat cor cōsiderādo dei misericordiam. et incarnatōis atqꝫ passionis xp̄i merita. et sic nō desperet. sicut legitur de beato anthonio ꝙ dyabolus ad eū dixit. tu vicisti me cū te volo exaltare tūc teip̄m deprimis. et cū te volo deprimere tu teip̄m exaltas. nullatenus tñ homo de ꝓprijs suis meritis confidat aut p̄sumat. qꝛ ꝓpria cōplacentia est multum nociua. ¶ T ¶ Quinta tēptatio cū qua plures decipit est occupatio tꝑalium. et est malū signū. nam sicut puluis iniectus oculis corporalib⁹ facit hominē deprimere visū ⁊ qđāmō cecutire. sic occupatio tꝑalium impedit ne homo oculos mētis sue ad deum eleuare queat Et ideo homo debet illā deponere in agone. Unde Scotus sup. iiij. sententiarū. Cum se infirmus videt moriendum tunc plene consentire debet in mortem ac si per se mortē elegisset. penā mortis sic patienter sustinēdo. nā illa pena satisfactio quedā est ꝓ venialib⁹ presertim et ꝓ aliquibus mortalib⁹ que vel oblitus fuit vel que nondū satisfactōibus p̄missis ad plenū expurgauit. et cogitare debet ꝙ ꝓ tēporali bono habebit vitā eternā. ꝓ amicis beatorum atqꝫ sanctorū cōsortiū. Sed diceres est ne malū signū cū aliquis inuitus moritur. Respondetur. Si homo sentit se ad mortem nō dispositū. qꝛ adhuc habet ꝑua merita ido libenter diutius viuere vellet ut se ad mortē melius disponeret. sic nō est malū. Sed si iō inuitus morit̄ eo ꝙ debet separi a voluptatibus carnis et a gaudijs mūdi. et ideo vellet libenter diutius viuere. ut posset in illis amplius delectari. hoc est malū et rep̄hensibile signum. Ideo valde rep̄hensibiles sunt illi q̄bus si quādo in infirmitate dicitur ꝙ debēt se p̄parare ad mortē scꝫ ꝑ confessionē et sacramentorū ꝑceptōem. qui respōdent. ego spero me non moriturū. et stet hoc ꝙ extūc nō moriaris. nūquid nō debes penitere et te deo recōciliari. Et nescis forsitan ꝙ ista infirmitas sit tibi ex demerito peccati. sicut ille. de quo Johannis. v. qui. xxxviij. annis iacuit circa piscinā. cui dixit dñs. vade noli amplius peccare ne deterius tibi cōtingat. et si nullū scis graue cōmissum tunc forsitan ꝑ bonū obmissum nō nunq̄ꝫ grauiter deliquisti. quod nūc in te deꝰ animaduertit et punit. nā cū asinus flagellat̄ elicit vel ꝙ male iuerit et sinistre vel nimis tarde. Et sic cum te deus flagellat in infirmitate tūc cogita vel ꝙ male egisti. vel tardus ⁊ negligens in bonis opibus et deo ingratus de beneficijs suis fuisti. Nā et sic infirmabatur Ezechias. iiij. Regum. xx. ex eo ꝙ nō cecinit canticū dño cū liberauit eū de manib⁹ inimicorū Isaie. xxxviij. Sed heu nūc cū infirmi aliqñ de sacramentis ꝑcipiendis adhortantur p̄sertim de sacra vnctōe dicūt. nō possum habere vnctōem. quia tunc habebo temptationē. hoc est hereticū sentire. cū dixit Jacob⁹. v. c. in canonica. Infirmat̄ quis ex vobis inducat p̄sbiteros ecclesie. et orēt sup̄ eum vngentes eū oleo in noīe dñi. et oratio fidei saluabit infirmū et alleuiabit eum dñs. et si in peccatis est dimittentur ei. Unde san. Tho. sup. iiij. sententiarū. di. xxiij. q. i. ar. ij. ¶ U ¶ Quadru-

plex est effectus vnctõis. Primus et principalis est sanatio spũalis ꝯtra debilitatẽ que ĩ nobis relinquit̃ ex pctõ. ꝯtra quã homo roborat̃ ꝑ hoc sacramentũ. qꝛ ibi confert̃ gratia ex qua homo roborat̃. Secũdus est sanitas corporis. hanc tñ nõ inducit nisi ſm ꝙ expedit et ordinatõem habet ad finẽ principalẽ scꝫ spũalem sanatõem. Tercius effectus est ad deuotionem exequendã. et quartus ad feliciorẽ trãsitum in celũ. vnde sicut vita xp̃i dꝫ esse exemplar nr̃e vite. ita mors nostre mortis. Aug⁹. Oĩs xp̃i actio nr̃a est instructio. xp̃us em̃ quĩqꝫ fecit in cruce moriẽdo. Primo orauit illũ psalmũ. deus de⁹ meus respice in me vsqꝫ ad illum. In te dñe sperani et vsqꝫ ad illum versum. In manus tuas dñe cõmendo spm̃ meũ Sic et nos. si nõ ore tamẽ corde. ut dic̃ Isido. de summo bono. Melius est orare corde sine sono vocis. qm̃ ore sine intuitu mẽtis. Secũdo clamauit sic ꝙ terra tremuit. petre scisse sunt. et sic nos corde. i. desiderio. Gre. Anime verba sunt desideria ad deũ clamãtia. Et hoc est quod dñs ad moysen ait Exodi. xiiij. Quid clamas ad me dicẽdo cũ apl̃o phil̃. i. Cupio dissolui et esse cũ xp̃o. Tercio xp̃us in cruce cũ lacrimis plorauit. et sic nos flere debemus ꝓ peccatis. Augus. Qui lacrimis miserum se confitetur illi deus miseret̃. (x) Primo enim lacrime mũdant. Isi. Penitentis lacrime apud deũ reputant̃ ꝓ baptismate Aug. Lacrime sunt testes doloris et penitẽtie Scdo impetrãt. Cris. Nemo ad deũ flens accessit qui nõ impetrauit qd̃ postulauit. Tercio angelos letificant. Berñ. sup Cantica. Lacrime penitentiũ angelos letificant. Quarto homines saluãt. Amb. in exameron. O dñe da mihi lacrimas petri et nõ leticiã peccatorum. Nam lacrima regẽ manassen ad regnũ restituit. ij. paralipo. xxxiij. niniuitas a subuersiõe liberauit Jone. iij. Ezechie ter quinos annos adiecit. iiij. Regũ. xx. Si cayn et iudas virtutẽ lacrimarũ sciuissent desp̃are nõ debuissẽt. Bernardus. Neqꝫ mũdus diluuio p̃isset si ad lacrimas ꝯfugisset. Quarto xp̃us in cruce pro inimicis orauit Lu. xxiij. sic et nos inimicis nostris et in nos delinquẽtibꝫ. Luc. vi. Dimittite et dimittemini. Et iterũ. Diligite ĩimicos vr̃os. benefacite hijs qui vos oderũt. Mat. vi Si aũt nõ dimiseritis hoĩbꝫ peccata eoꝝ nec pr̃ vr̃ dimittet vobis pctã vr̃a. Aug. Vnusqꝫ talem indulgentiã accipiet a deo qualẽ faciet ꝓximo Math. vij. Marci. iiij. Eadẽ mensura qua mẽsi fueritis ꝛc. Ambro. Indignũ est illi deum esse ꝓpiciũ qui crudelis est in proximũ. Quinto xp̃us testamentũ cõdidit. quia matrẽ discipulo ꝯmẽdauit. vestimẽta crucifixoribus. et nobis suũ corpus. et sic nos. Vñ aug. de cõi vita clericorũ sermone. ij. ꝛ habet̃ xiij. q. ij. si quis. Si quis habet vnũ filiuꝫ putet xp̃m alterũ. Si duos habet putet xp̃m terciũ. si decem vndecimũ xp̃m faciat. Sexto in cruce spm̃ tradidit. ꝛ sic nos. ideo crucis signũ iugiter in vsu et memoria habere debemus. meditando xp̃m crucifixũ ꝓ nobis peccatoribus. Quia dicit Eusebius. Nulla est salus corp̃is et aĩe nisi in felicissima xp̃i passione. iõ Berñ. Deficiẽte mihi sanitate et iusticia succurrit mihi passio tua.

De eadem dominica Sermo. xxv.

Cuius ego nõ sum dignus ut soluã eius corrigiã calciamenti. Johan. i. Dicit arist. in li. de aĩalibꝫ. Auis habens multas plumas cũ se eleuat in aere non mouet eas. (y) Spũaliter. Sic homo in virtute ꝑfectus eleuatus in altitudine dignitatis nõ mutat alas humilitatis sed fixus ẽ. De quo dicit Greg. Perfectus nescit de oblata laude gaudere. sed plus tristat̃. nã hec est ꝓprietas vere hũilitatis. Criso. Qui corde est hũilis indigniorẽ se reputat alijs. Berñ. Humilitas est virtus qua homo verissima cognitione sibiip̃i vilescit. Talis fuit Dauid. ij. reg. vi. q̃ derisus fuit ab vxore sua micol. et h̃ paruipendens dauid dixit. Vilior fiam q̃ factus sum. et ero humilis in oculis meis. O q̃ pauci sunt tales. de quibus Berñ. in epl̃a ad eugeniũ papã. Bona et recta facere et inutilẽ se reputare apud paucos inuenit̃. Et idẽ supermissus est dicit. Nõ est magnũ humilem esse in deiectõe. sꝫ magna et rara virtus ẽ honorata hũilitas q̃ fuit in iohãne baptista. Nam in dei attribuebãt sibi honorẽ estimãtes ꝙ esset xp̃us. ip̃e aũt seip̃m vilificauit qd̃ est magnũ ymo maximũ humilitatis signũ. De quo dic̃ Richar. de mistico somno. Humilis est qui

iij. Derelinquam in medio tui ꝓplm̄ pauperē
⁊ egenū ⁊ sperabūt in nomine dn̄i. qm̄ ip̄i pa
scent̄ et accubabunt et nō erit qui exterreat.
Tercio die mendicauit toti mundo in reme
dium ut sua inopia faceret nos eternarū diui
tiarum heredes. ij. Corin. viij. Scitis gratiā
dn̄i nostri hiesu xp̄i quoniam ꝓpter vos ege-
nus factus est cum esset diues vt illius inopia
vos diuites essetis. Ubi glosa. diuites sunt
omnes in xp̄m pauꝑem credentes thesaurus
in regno celorū. id ē visio dei abscondita erat

in agro corpis xpi. quasi sub terra hūanitatis latens deus. Isaie. xlv. Vere tu es deus absconditus deus israhel saluator. Ipse enim est archiminerarius qui ad nos ad modū ignobilis montani fossoris puta erarij vel metallarij thezaurū hunc nobilissimū ⁊ pciosissimum tulit inuolutū terra et ad modū mercatoris in habitu paupis p terras piculosas. Sed ista minera purificata fuit igne passionis in cruce cū aptus fuit nobis iste thezaurus diuine visionis. saccū enī plenū misericordia ⁊ antidotis spūalibus misit deus pater in incarnatōne scindendum in passione. Sed diceres tamen habetur oppositum Deutro. xv. Omnino indigens et mendicus nō erit inter vos. Item August. sup ps. cviij. Persecutus est hominem inopem ⁊ mendicū. dicit nūqz se legisse christū mendicasse. Et de augustino dicit volusianus legi dei deesse quod cōtingit augustinum ignorare. nec ambrosius nec gregorius alicubi hoc dicunt. Et hieronimus. locus ab autoritate negatiue in sacra scriptura tenet. et dic. qdqd nō aucte sacre scpture pbat ea d leuitate contemnit qua pbatur. Et salomon puer. xxx. Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi. tribue tantū victui meo necessaria. qui tamen loquit ex instinctu spūs sancti. similiter ecclesia sancta instituit nullū debere promoueri in sacerdotem nisi fuerit puisus in tēporalibus propter euitare mendicitatē. de pben. et digni. c. nō liceat. et. c. epus. ⁊ de eta. ⁊ quali. in or. pfici. c. accepimus. Item mendicitas generat inuidiā ⁊ discordiā vt videtur inter paupes Ad oīa ista et ad plura alia argumēta respondet sanctus tho. soluens illa vnica respōsione in li. iij. cōtra gentiles. xxvi. vij. viij. ix. et. xxx. capi. dicēs. Illa omnia sunt vba de paupertate coacta verecunda et scandalosa nō autez voluntaria. Sed voluntaria paupertas est bona ducens ad pfectionē ⁊ ab ecclesia cōfirmata et religiones desup fundate. et illam paupertatem et mendicitatē xpus in hoc triduo ptulit et exhibuit. D Secundo doluit beata virgo in triduo propter seipaz. timebat enim ne pamplius forsitan digna fuisset tanti regis aspectu gratioso et alloquio sicut prius tactuz est ex sermone Bernardi qui incipit Signuz magnum. vbi dicit q beata virgo maiorē delectatōnem habuit ex eius intuitu qz habuerunt primi parentes ex amenitate paradisi. quoniam fructus huius virginis excessit omnes fructus paradisi. quia dicit alexander sup cātica. et pie credēdū ē q mater hiesu pluries ē admissa contēplari intuitiue diuinitatem filij. quia diuinitas redundabat et resplēdebat in carne et qz timuit q talem leticiam amisit doluit. Tercio dolebat omnem populū quem p xpm liberādū audiuerat et saluandū. iuxta dictum angelicū Math. i. Ipe enim saluū faciet populum suū a peccatis eorum. Criso. Ipa putabat q ad celos ascendisset. vnde compatiens virgo humano generi potuit dicere illd Trenorū. iij. Diuisiōes aquarū deduxit oculus meus in contritōne filie populi mei. E Tercio beata virgo ponitur nobis in exemplū soliciti operis. cum dicitur. querebamus te. Unde beata virgo quesiuit puerū festinanter quia statim nobis in exēplū vt nō tardarem⁹. Isaie. lv. Querite dnm dum inueniri pt inuocate eum dum ppe est scz in pnti tpe nō expectando vsqz ad senium vel vsqz ad mortem ne claudatur vobis ianua ut fatuis virginibus Mat. xxv. Nouissime vero venerunt et reliq virgines dicētes. dne dne aperi nobis. At ille scz sponsus respondēs ait. Amē dico vobis nescio vos. nā qui querit florem in hyeme siue in nocte nō inuenit. sic et qui deū gratiā et misericordiam post mortez. puer. v. Qui mane vigilauerit ad me inueniēt me. Ciprianus de duodecim abusionibus. Sicut fructus nō inuenitur vbi flos nō apparuerit. sic nec post hanc vitam quod in presenti nō quesisti. patz illud Luce. xvi. de diuite qui quesiuit misericordiam post hanc vitam dicēs. pater abrahā miserere mei et mitte lasarum ut intingat extremū digiti sui in aquaz ut refrigeret linguā meam. quia crucior ī hac flama. sed misericordiam non inuenit. qz hic nō quesiuit. Iudicium enim sine misericordia illi qui nō facit misericordiam. Jacobi. ij. ad galathas vi. Que enim seminauerit homo hec ⁊ metet. Restat igitur ut qualis quisqz in futuro esse velit ⁊ debebeat talem in pnti se exhibeat Et si in futuro velis esse circa deū quere hic eum. Bernardus sup Cantica. Attende tres esse causas quibus querentes frustrari solent. Cum aut nō in tpe

querunt. aut non modo quo oportet aut non
vbi oportet. Unde Isaie. lv. Querite dñm
dum inueniri potest. Erit enim absq; dubio
tempus cum inueniri nõ poterit. Gregorius
xviij. moraliũ. c. xx. Clamorem eius angustie
tempore dñs non audit qui tranquillitatis tẽ
pore in p̃ceptis suis clamantem dominũ non
audiunt. Et. ca. xxi. Hinc etenim ꝓpheta ait.
Querite dominũ dum inueniri potest. inuo/
cate eum dum ꝓpe est. Modo enim non vi/
detur dominus et ꝓpe est. tunc videbit̃ et ꝓ/
pe non erit. nec dum in iudicio apparuit. et si
queritur inuenitur. Nam miro modo cũ in iu
dicio apparuerit et videri potest et non inueni
ri. Presens ergo tempus est in quo eũ que/
rere debemus et inuenire possumus. ij. Corin
the. vi. Ecce nunc tp̃us acceptabile ecce nunc
dies salutis. De quo ad Galathas vi. Ergo
dum tp̃us habemus opemur bonuz. Post h̃
enim erit tempus in quo opari non possumus
Apoca. x. Iurauit angelus ꝑ viuentẽ in secu/
la seculorũ ꝛc. quia tempus non erit amplius
scz misericordie sed iusticie. F Secun/
do quesiuit eum diligenter inter cognatos et
notos. et viceuersa pergens in hierusalẽ iterũ
et iterum querens eum. Sic et nos et primo
quidem sicut diligenter querit fontẽ cui⁹ do/
mus ardet Amos. v. Querite dominũ et vi
uite ne forte comburatur ut ignis domus io/
seph. i. cor peccatoris. quod igne dyaboli ac/
cenditur. Michee. vi. Adhuc ignis in domo
impij. O q̃ horribilis incendiarius est dyabo
lus. nam prunas ardere facit anhelitus eius.
Job. xli. Halitus eius prunas ardere facit.
et flama de ore eius egreditur. Qui hunc
ignem extinguere vult querat fontem miseri
cordie scz xp̃m dicendo cum p̃s. xli. Sitiuit
anima mea ad deum fontem viuũ. Secundo
q̃ramus diligenter ut famelicus panẽ. Johã
nis. vi. Ego sum panis vite. panis enim dei ẽ
qui de celo descendit et dat vitam mundo.
Iste confortat nos in via qua ad patriam per
gimus. ut figuratur. iij. Regum. xix. Helyas
confortatus pane subcinericio ambulauit in
fortitudine cibi illius quadraginta diebus et
quadraginta noctibus vsq; ad montem dei o
reb. hunc panem debemus hic querere ne in
via moriamur fame. Marci. viij. Si dimise/
ro eos ieiunos in domũ suam deficient in via
psal. ciij. Panis cor hominis confirmet. Ter
cio diligenter ut moriendus vitã. Johannis
xiiij. Ego sum via veritas et vita. Et qui hac
vita carz morti appropinquat. De quo. ij. pu
ralipo. xv. Si quis non quesierit dñm deum
israel moriatur a minimo vsq; ad maximum.
a viro vsq; ad mulierem. Ideo psal. lxviij.
Querite dominũ ⁊ viuet anima vestra. berñ.
Nil dignius ad querendum. nil dulcius ad
inueniendum. nec vtilius ad habendũ q̃ do/
minum hiesum Sapientie. ij. Venerũt mihi
omnia bona pariter cum illa scz sapientia diui
na. Trenorũ. iij. Bonus est dñs sperantibus
in eum anime querẽti illũ. G Ideo dili
genter debemus querere pede manu oculo et
ore. Primo pede. i. affectu. ij. paralip. xv. In
tota voluntate quesierunt eũ et inuenerunt.
Grego. Qui ꝑfecte deum desiderat illũ ha/
bet quem amat. Secundo manu. id est opera
tione. psal. lxxvi. Deum exquisiui manibus
meis Quia dicit ambro. in libro de officijs. ⁊
habetur. lxxxv. dist. non satis. Non satis ẽ be
ne velle nisi assit bene facere. neq; satis est iterũ
benefacere nisi ex bono fõte ꝓcedat. hoc est ex
bona voluntate ꝓficiscat̃. Tercio debemus q̃/
rere oculo inspiciẽdo scripturas et vitas patrũ
Johannis. v. Scrutamini scripturas q̃ vos
putatis in ip̃is vitam eternã habere et ille sunt
que testimonium ꝑhibent de me. ij. Thimo.
iij. Omnis scriptura diuinitus inspirata vti/
lis est ad docendum ad arguendũ ad corripiẽ
dum ad erudiendũ in iusticia ut ꝑfectus sit
homo ad omne opus bonũ instructus. Quar
to debemus xp̃m querere cũ maria ore ⁊ pru
denter. quia in templo nõ in theatro nõ in co/
rea nec mundiali solacio. quia ut elicit̃ ex iob
xxviij. vbi quis inuenit̃ ibi est locus eius. Et
ibidem. Sapientia vbi inuenit̃. et quis est
locus intelligentie. Subdit. non inuenit̃ in
terra suauiter viuentium. ut quesiuit eũ spou/
sa Canticorũ. iij. In lectulo meo ꝑ noctẽ que
siui quem diligit anima mea quesiui et nõ in/
ueni. Ecce dicit in lectulo mundane scz ⁊ ma
le delectatõnis. et subdit. et ꝑ noctem praue ⁊
et vane concupiscentie non inueni. H
Quinto cum humilitate et reuerenter. quia
superbis inueniendũ se nõ prebet sed resistit

et abscondit se. Resistit Jacobi. iiij. Deus superbis resistit. humilibus autē dat gratiā. Abscondit. Math. xi. Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. imo et illos coadesse secū non admittit. Job xxviij. Mare loquit̄. nō est mecū. id est mens superba que intumescit ut mare. Isaie. lvij. Impij quasi mare feruens quod quiescere nō potest. et ideo sup̄bi non inueniūt eum Judit ix. Nec superbi ab initio placuerunt tibi. Sapiētie. i. In simplicitate cordis querite illuz Subdit Job. xxviij. Abyssus dicit nō est in me. id est auaricia que est quasi sine fundamēto. Ecclesiastes. v. Auarus non implebit̄ pecunia. Et tales similiter nō inueniunt eum. Ad epheseos. v. Auarus quod est ydolorum seruitus nō habet hereditatē in regno christi ⁊ dei. Ecclesiastici. x. Auaro nihil est scelestius Que enim participatio iusticie cū iniquitate ij. Corinthe. vi. Scribitur enim. xlvij. dist. sicut hij. Mens auari semel vinculis cupiditatis astricta semp̄ aurū semp̄ argentum videt. semp̄ redditus computat. gratius intuetur aurum q̄ꝫ solē. et p̄ consequens plus querit aurum q̄ꝫ deū. quia subditur ibidē. Ip̄a eius oratio ⁊ supplicatio ad deum aurū querit. Sed vbi queritur humiliter et reuerēter ibi inuenitur scilicet in tēplo. i. hominis corde p̄ deuotā et humilem oratōnem. August. Si oratō pura et humilis fuerit nō vacua redibit sed impetrat quod postulat et inuenit quod querit. psal. x. Dominus in templo sancto suo. nam ibi inuenit eum mater eius in medio doctorū Et sequitur Stupebant autem omnes qui eū audiebant sup̄ prudentia et responsis ei⁹. Audiebant dico scz ita sublimia loquentē. De q̄ Sapientie. viij. Iuuenis et acutus inueniar in iudicio et in cōspectu potētum admirabilis ero. et facies principum mirabunt̄ in me. Tacentem me sustinebunt loquētem me respicient. et sermocionantem me plura manus ori suo imponent. Beda. Diuina lingua prudētiam prodebat sed infirmitatē humanitas p̄tendebat. Tunc subdit. Et videntes scz mater et ioseph mirati sunt (I) Sed diceres tamen sciuerūt eum deū quō tunc mirati sunt de prudentia eius. Respondet̄. q̄ de prudētia et potentia eius minime dubitauerunt. sz nesciebant quando vel qua etate suam sapientiam esset ostensurus. eo q̄ scriptum est Job xij. In antiquis est sapientia et in multo tēpore prudentia. Et sic quia de tēpore ostensionis sue prudentie nō erant instructi. ideo mirabātur dicentes. Fili quid fecisti nobis vt remaneres nobis ignorantibus. Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes querebamus te. Symon d̄ cassia. Anxia erat mater de filio sed cum reperit eum alta agētem in templo in doctorū medio sedentē stupebat et exultabat. Et non impediuit verba doctorum suis sermonibus sed filio p̄buit auditum. Finitisq̄ verbis eum primo alloquit̄.

De eadem dominica Sermo. xxxij

Fili quid fecisti nobis pater tuus et ego dolentes querebamus te ⁊c̄. Luce. ij. In residuo textu huius euangelij duo innuūtur. Primo matris cōmendatio de maternali clementia. Secundo filij collaudatio de filiali obedientia. Primū ibi. Fili quid fecisti nobis. secundū ibi. descendit cum illis (K) Dixi primo ꝯmēdatur maria de maternali clementia. cum dicit fili. Filius em̄ dicitur a filos grece quod ē amor latine. Symon de cassia. Ip̄a videns et audiens tantaz sapiētiā et prudentiā sedentis in medio doctorum non potuit amplius ꝯtinere affectū quin in verba excessiui amoris ꝓrumperet et fortassis non solū ex auditu sapientie et prudentie eius sed et ex amore quo nihil efficacius ad ꝓuocandum materna viscera q̄ꝫ verbum filij dicens. Fili quid fecisti nobis. pie interrogans animum sue māsionis. quid. id est ꝓpter quid quia sciebat q̄ sine causa non remansit. fecisti nobis. quasi diceret. nos non fecimus. quia non fuit nostra negligentia. sed tua voluntas et ꝓuidentia. Et ait ad illos. quid est q̄ me q̄rebatis. Non est verbum indignantis sed humiliter se excusantis. Symon de cassia. quasi diceret creditis me errare an non potius q̄ venerim homines saluare. nunquid tu mater audisti ab angelo. Ecce concipies in vtero et paries filium et vocabis nomē eius hiesus. hic

erit magnus et filius altissimi vocabitur. nun
quid tu Joseph angelica oracula accepisti.
quod in ea natum est de spiritu sancto est. Si
igitur hominem purum me creditis. non mi/
rum ꝙ me queritis. quia faciliter omnis ho/
mo errat nisi deus eum dirigat. Si autem
me deum creditis et queritis humanitate ve
stitum quid doletis querendo. deus errare
non potest. nec sine ratõne aliquid etiam mini
mum facit. Quid ergo est ꝙ me querebatis
nesciebatis quia in his que patris mei sũt o/
portet me esse. quasi diceret. Descendi de ce
lo non ut faciã volũtatem meam. sed eius qui
misit me patris. quasi diceret. Potius debeo
respicere eum cuius sum eternus filius scdm
naturam diuinam q̃ te cuius sum filius tem
poralis. scdm naturam humanã. Nobis in ex
emplum ꝙ oportz deo magis obedire q̃ homi
nibus. Actuũ. v. Et Augustinus. Amãdus
est genitor sed p̃ponendus creator. Et ipi nõ
intellexerunt verbum quod locutus est ad eos
Ratio bede. quia non fuerũt attenti ex quo de
sua loquebatur diuinitate. tum quia prius nõ
consueti. tum quia ita vehementer erant gaui
si de inuentõne ꝙ nõ ꝑceperunt mente verba
eius. tum quia ex vehementi admiratõe rei fa
cti erant quasi extra se rapti ꝙ illa verba con/
siderare non valuerũt. (L) Elicitur ergo
ex illo textu euangelij quomodo se parentes
debeant habere erga filios eorum. Primo te/
nentur eos inducere ad dei seruitiũ et ad eius
cognitõnem. Ecclesiastici. vij. Filij tibi sunt.
erudi illos scilicz bona salutaria docendo p̃ser
tim pater noster. symbolũ et dei mandata vt
seruent illa. quia sine eis adulto non est salus
Mathei. xix. Si vis ad vitam ingredi serua
mandata. Et ut libenter visitent ecclesiã et ver
bum dei audiant exemplo xp̃i qui cum esset
xij. annorum ibat tempore festiuitatũ consue/
to cum parentibus in hierusalẽ. quia sm Gre
gorium. Cibus anime est verbũ veritatis. et
non dumtaxat debent eos inducere ad bonum
faciendum. sed etiam ad malum vitandum.
vt habeant deum pre oculis et timeant eum.
ut dixit Thobias filio suo Thobie. iiij. Fili
omnibus diebus vite tue in mente habeto de
um. Et caue ne aliquando peccato cõsentias
et p̃termittas p̃cepta dei nostri. Sed diceres

quando pueri tenent̃ ad obseruatõem p̃cep/
torum et ad sciendũ ea et quãdo possunt pec
care mortaliter. Respondetur qñ habent vsũ
ratõnis ꝙ possunt discernere bonũ et malum
et ꝙ possunt intelligere quid sit in p̃ceptis ꝓ
hibitum. De quo August. Cum homo inci/
pit doli esse capax et p̃ceptorum dei habere in
tellectum. tunc et incipit posse peccare. Sed
quãdiu ratõnis vsum non habet secure viuit
quia nullo modo potest peccare mortaliter. et
perdere vitam eternã saltem baptisatus ante
vsum ratõnis. Unde Bernardus. Nihil est
qd̃ timeamus dum ratõnis facultatẽ et volun
tatem liberi arbitrij nõ habeamus saltem in re
natis qui anteq̃ renascerent̃ egent subuentõe
christi. Similiter est intelligendũ de natura/
liter stultis qui nunq̃ vsum ratõis habuerũt
tales omnes si moriuntur habent vitam eter
nam ex meritis christi (M) Sed diceres
tamen dicit Augustinus. Nullũ malum im/
punitum. quis tunc ista mala opa lugebit que
isti pueri et naturaliter stulti cõmittunt. Re/
spondetur ꝙ illi qui sciẽter occasionem dant
eis ad talia opera. verbi gratia. sicut qui scien/
ter ꝓuocant stultũ ad iram vel inebriant ex ꝓ
posito vt maledicat. vel qui iubet eum maledi
cere vel male facere reus erit. Similiter qui
iubet puerũ maledicere qui nõ intelligit reus
est. sed quando incipit vsum ratõnis habere
et bonum a malo discernere tunc incipit pec/
care. et sic vnꝰ citius q̃ alter. ⁊ quãdo incipit
peccare tunc peccat primo venialiter. De quo
Isidorus de summo bono. Quẽadmodũ ad
culmen tendentes non a summis incho̅at sed
a modicis ut ad altiora ꝑtingant. ita qui dela/
buntur ad vicia. Unde Gregorius in moral.
In vnoquoq̃ lapsu a minimis semꝑ incipit̃
et succrescẽtibus defectibus ad grauiora ꝑue/
nitur. (N) Secundo debent parentes in/
formare pueros quomodo se debẽt habere ad
ꝓximos. Et sunt duo que debent exhibere ꝓxi
mo. scz pietatem et fidelitatem. Primo pieta
tem. ut sint pauperibꝰ misericordes. Luce. vi.
Estote misericordes sicut et pater vester mise
ricors est. Et ad ephe. iiij. Estote autẽ inuicẽ
benigni et misericordes donãtes inuicem sicut
et deus in xp̃o donauit vobis. Ratio Hiero/
nimi ad nepocia. Nõ inueni legisse me aliquẽ

mala morte morituū qui in operibus misericor
die se exhibuit sedulum. Propter quod do/
cuit Thobias filium suum. Thobie. iiij. Ex
substantia tua fac elemosinam. et noli auerte/
re faciem ab vllo paupere. ita enim fiet ut nō
a te auertatur facies domini. Et cum hoc etiā
informent eos vt non videant pauperes. et
vt cecis ducatum pstent. Prouerbiorū. xxv
iij. Qui dat pauperi nō indigebit. qui despi/
cit deprecantem sustinebit penuriā. Sic tho/
bias docuit filium suū Thobie. iiij. Quomo
do poteris ita esto misericors. si multum tibi
fuerit abundanter tribue. si exiguū. etiam libē
ter impartiri stude. premiū enim tibi bonum
thesaurisas in die necessitatis. quoniā elemosi
na ab omni peccato et a morte liberat. et non
patietur animā ire in tenebras. fiducia magna
erit coram summo deo elemosina omnibo fa/
cientibus eam. (D) Tercio doceant pa
rentes filios quomodo se debeāt habere ad se/
ipos scilicet caste pie et sobrie viuēdo. ad Ti
tum. ij. Sobrie et iuste et pie viuamus in hoc
do fidelitatem. Et ponet ad membrum prius
dictum q̄ videlicet informent eos ut sint fi/
deles proximis non inferentes damna in re
bus neq̄ in fama. Primo in rebus. Exodi
xx. Non furtum facies. quia tenetur ad resti/
tutionem. etiam si alicui reciperet manum ple
nam cum graminibus contra voluntatem su
am vel si in pecoribus depasceret. simile est
de fructibus et pomis. Augustinus. Pecca/
tum non dimittitur nisi ablatum restituatur.
Nec vnq̄ veram potes agere penitentiā nisi
restituas si habes. xiij. q. vi. Si res. Si res
aliena, ppter quam peccatum est reddi possit et
nō redditur. penitentia nō agitur sed simulat̄
Si autem veraciter agitur non remittitur pec
catum nisi restituatur ablatū. Et sunt verba
Augustini in epla ad macedonium. Secun/
do non in fama. vi. q. i. deteriores. inquit ana
clemus papa. Deteriores sunt qui doctorum
vitam moresq̄ corrumpunt q̄ qui substanti/
as aliorum prediaq̄ diripiunt. Ipi enim ea
que extra nos sunt licet nostra sint auferunt.
Nostri quoq̄ detractores et morum corrupto
res siue qui aduersum nos armātur. ppter nos
ipos decipiunt. et ideo iuste infames sunt. et
merito ab ecclesia extorres fiunt. Et in. ca. se/
quenti dicit Alexander. Summa iniquitas
est detrahere. Vnde scriptum est. Omis qui
detrahit fratri suo homicida est. et omnis ho/
micida non habet partē in regno christi et dei
Secundo iuste quo ad seipm vt cōtinenter et 2°
caste viuant et innocentiā suam deo offerant.
quia habetur in canone. xxxiij. q. v. Tunc sal/
uabitur. Parentibus cedet ad salutē ut mo/
neant filios ad seruandā virginitatem. ut q̄
non habent in seipis diligant in filijs. Inquit
enim ibi Hieronimus. Tunc saluabitur muli
er si illos genuerit filios qui pmansuri sūt vir
gines si quod ipa pdidit acquirat in liberis et
damnū radicis et carnem in flore compenset
et pomis. Et carnem. glosa. id est corruptiōez
sue carnis. flore et pomis. id est filijs qui di/
cūtur flos et poma sicut mater radix. Et sic tho
bias docuit filium suum. c. iiij. Attēde tibi fili
mi ab omni fornicatōe. Ratio ad ephesios. vi.
Omnis fornicator et immūdus nō habet he
reditatem in regno xpi et dei. et. i. Corinthe.
vi. Adulteri et fornicatores regnū dei nō pos
sidebunt. Item informent eos ut pie viuant
i. Thimoth. iiij. Pietas ad omnia vtilis est
maxime ad promissionē vite eterne. ut subdit̄
Promissionem habens vite que nunc est et
future. Item ut sobrij sint. ad Titum. ij. Ju
uenes similiter exhortare ut sobrij sint. Ratō 3°
quia dicit Seneca. Ebrius est omnū vicio
rū seruus. Et apostolus ad Ephesios. v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. August.
Ebrietas est omnū viciorū mater. genitrix
omniū culparū et radix criminū. Ideo Isaie
v. Ve qui potentes estis ad bibendum vinū
et viri fortes ad sectādā ebrietatē. q̄ ebrietas
excecat conscientiā et repellit ratōnem. xv. q.
i. sane. Et sunt verba ambrosij in li. de patriar
chis. Sane diximus vitandā ebrietatem per
quā crimina cauere nō possumus. Nam que
sobrij cauemus p ebrietatē ignorantes pmit
timus. nesciūt quid loquant̄ qui nimio vino
indulgēt. iacent sepulti. (P) Quarto te p 4°.
nent̄ eis pbere bonū exemplū. ad Titum. ij.
In omnibus teipm pbe exemplū bonorū ope
rū. q̄ dicit Cesarius. Quāta exempla humilitatis
et virtutis ostendis tanta paterna bona in ce
lis possidebis. Sz heu iā multi informāt eos

potius chorisare supbire vestes p̄ciosas illis ad elatōem emunt ut cum pompa ornatiores ad choreas accedāt. De quibus ꝛ vilhelmus lugd̄. Qui filias suas ornāt vt eas ad choreas mittāt quasi festucā vngūt ut melius ardeat Et Ouidius. Decipimur cultu auro gēmis q̄ tegunt̄. Pars minima est ipsa puella sui. Aliqui vo sunt pentes qui filios suos inebriant et crapulose viuendo malū exemplū eis p̄bent. De talibus dicit gregori⁹ Tot est dignus mortibus quot mala exempla transmittit. (Q) Quinto tenent̄ pentes filios suos corrigere. quia non sufficit q̄ informent eos in bono. sed oportz etiā vt corrigant eos virgis de malo si excedant. Prouerbioꝝ. xiij Qui parcit virge odit filiū suum. qui autē diligit illū instant[illegible]it. Et ecclesiastici. xxx. Qui diligit fili[illegible]duat ei flagella vt letet̄ in nouissimo suo Nam omnia peccata que filij ꝑpetrant sub obedientia parentū de his parentes reddent ratōnem. Aduertant igit̄ parentes qui licet bone vite sint quo ad se. ob negligentiam tamen discipline erga filios suos nonnunq̄ demereri et offensam dei incurrere possunt. Ad Romanos. i. Digni sunt morte non solum qui ea faciūt sed etiam qui ꝯsentiunt facientibus. verbi gratia. si mater et pater non peccassent mortaliter. sed ꝑmittunt filiuz ꝛ filiam quos adhuc in potestate habēt peccare mortaliter et non corrigūt. et si sic sine penitentia moriuntur eternaliter damnātur. ut etiam habet̄ de hereticis. c. qui alios. Qui alios ab errore ñ reuocat dū potest seip̄m errare demonstrat. ut factum est de hely sacerdote. i. Regum. ij. qui audiuit q̄ filij sui inhoneste se habebant in templo et quomodo dormiebant cū mulieribus que obseruabāt ad ostia templi. sed lente corripuit eos dicens. Nō est bona fama quam audio ut transgredi faciatis populum dñi. Unde dicit Ruptus holgot. sup librum sapiētie. Hely sacerdos ꝓpter negligentiam castigandi filios suos damnatus est. Cui consonat Beda. Hely filios delinquentes ferire noluit. ideo seip̄m apud deuz crudeli damnatōne ꝑcussit. Sed dicunt aliqui. ego diligo eos tenerrime. nec rigescere possum ut q̄tumlibet parum disciplinarē illos. respondeo tibi. hoc nō est charitas sed infirmitas. ut habetur in canone. xxiij. q. v. non putes. Et est Aug. Non putes te tunc amare seruum tuum quando eum non cedis. aut tūc amare filium tuū quando ei non das disciplinam. aut tunc amare vicinū tuum quādo eū non corrigis. Non est ista charitas sed languor. Ferueat charitas ad emendandū. ad corrigendū. si sunt boni mores delectent. si autez sint mali emendent̄. Idem ad lothariū ibidē in. c. Qui vicijs nutriendis parcit et fauet ne contristet peccantiū voluntates. tam non est miseri cors q̄ qui nō vult cultrum rape puero ne audiat plorātem. et non timet ne vulneratum doleat vel extinctum. et ibidem. q. iiij. c. debet homo. §. mali. dicit august. ad donatum presbiterū. Mali sunt ꝓhibendi a malo et cogendi ad bonum. Et in. c. si ea. inquit idē. Si ea quibus deus vehementer offendit̄ insequi vel vlcisci differimus ad irascendū vtiq̄ diuinitatis patientiā ꝓuocamus. et in. c. q̄d crudele. Nō est vere dilectōis signum vbi dimittitur peccatum impunitum. Exemplo moysi q̄ ꝓ ydolatris ex dilectōne orauit. et tamē ex zelo dei peccatū in nōnullis gladio puniuit. Exodi. xxxij. Et in. c. ip̄a pietas aug. ait Bonifacio. Molestus est medicus furenti frenetico ꝛ pater indisciplinato filio. ille ligando. iste cedēdo. sed ābo diligēdo. Si autem illos negligant et ꝑire ꝑmittant ista potius falsa mansuetudo est crudelitas. (R) Sed diceres. q̄ modo pueri sunt corrigēdi. Respondetur q̄ sunt in duplici differentia. Primi sunt boni. et peccant quandoq̄ ex fragilitate. Ecc̄iastes vij. Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet. scilicz venialiter. tales sunt cum benignitate corrigendi exemplo marie. Luce. ij. Fili quid fecisti nobis. Secūdi vero sunt praui et obstinati. et correctio mitis non ꝓficit in eis. Ideo tales sunt corrigēdi cum aspera virga Prouerbiorū. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinam. si enim percusseris eum virga nō morie t̄. tu virga percuties eum et animā eius de inferno liberabis. Ergo quando audis puerū tuum iurare blasfemare debes eum cum aspera virga bene disciplinare. in hoc enim letificabis deū et matrem eius. et omnes sanctos. et tibi mereberis coronā vtie. Sz dicūt aliqui adhuc insipiens est

Audi quid dicit Salomon ꝓuerbiorũ. xxij. Stulticia colligata est in corde pueri. et virga discipline fugabit eam. Nam ex correctõe sentit se male egisse et postea cauebit. Sin aũt rides tunc estimabit se bene fecisse et assuescz. Ideo Eccẽs. vij. Melior est ira risu quia ꝑ tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis. Nam oportet ꝙ pueri corrigant̃ qꝛ natura humana est infecta ꝑ originale peccatum et inclinata ad malũ. Genes. viij. Sensus eniz et cogitatio humani cordis in malũ ꝓna sunt ab adolescentia sua. Et quando puer agit ꝑm inclinatõem nature tunc assuescit et solidabit̃ ex cõsuetudine in malis quam postmodũ vix ꝑt deponere. Prouerbiorũ. xxij. Adolescens iuxta viam suam. etiam cum senuerit non recedet ab ea. verbi gratia. cũ aliquis semel irascitur et postmodũ iterũ atqꝫ iterũ. sic tandem assuescit. et fit homo iracũdus. similiter si mẽtitur crebrius vel furatur assuescit ⁊ fit mẽdax et fur. Cui etiam si ꝑmiseris ꝓpriã voluntatez fit vag⁹ ⁊ indomitus. iõ Eccĩ. xxx. Equ⁹ indomitus euadet dur⁹ et filius remissus euadet ꝑceps. curua ceruicem eius et tunde latera eꝰ dum infans est. quasi dicerz. noli expectare senium. Et hoc est contra illos qui blãdicijs lactant et deliniũt illos colludunt et ꝓ quibussibet ĩsolentijs arridẽt dicẽtes ah quid hoc. puer est. De quibus in [illegible]uer. vbi supra. Lacta filium tu[illegible] pauentẽ te faciet. Lude cum eo. et cõstribabit te. Non corrideas illi ne doleas et in nouissimo o[illegible]pescent dentes tui. Non enim sic relinquendi sunt sue voluntati vt ocio et vanitatibus torpescãt. sed rigide ꝓ viribus et capacitate ad opera duriora exercendi Ibidem. Non des illi potestatẽ in iuuentute. et ne despicias cogitatus illius. Doce filiũ tuum et oꝑare in illo ne in turpitudinẽ illius offendas. Item sunt alij stolidi seuiores bestijs qui pueros pedibus calcant trudũt ad caput ꝑcutiunt et fatuos nonnũqꝫ faciunt quibꝫ et plerũqꝫ horrisonis verbis maledicũt in hoc deum grauiter offendentes. Contra quos Ro. xij. Benedicite et nolite maledicere. Ratio apl̃i. i. Thimoth. iiij. Omnis creatura dei bona. ꝓpter quod nec irratõnali creature dei licz maledicere ⁊ multominus hoĩbꝫ vel parentes filijs. qꝛ apl̃s. i. Corin. vi. Enumeratis plerisqꝫ alijs etiam de maledicis dicit regnũ dei nõ possidebũt. Scribit nãqꝫ Cesarius exemplũ de quodam puero quem dyabolus cũ corpore abstulit ꝓpter maledictõem parentũ ꝙ amplius parentes illũ nunqꝫ viderunt. et hoc deus ꝑmisit in terrorẽ aliorũ parentum ne pueris maledicãt. (S) Sexto parẽtes tenentur filijs in hereditatẽ res iustas relinquere. ps. xxxvi. Melius est modicũ iusto sup̃ diuitias peccatorũ multas. Sz heu iã plures mẽtiuntur ⁊ fallunt emendo et vendendo et iniuste cõgregando et acquirẽdo quod relinquãt filijs in hereditatẽ se damnãtes et filios saltẽ sciẽtes. qꝛ facientes et cõsentientes pari pena constringant̃. ut habetur de offi. iudi. dele. c. i. lxxxvi. di. c. facientis. xxvij. q. i. c. viduas. et xvij. q. iiij. c. omnes. Cui cõsonat apl̃us Ro. i. Non solũ qui ea faciũt sed etiã qui consentiunt facientibus digni sunt morte. ⁊ fiet tunc vna ꝑpetua altercatio in inferno inter eos vt verificetur illd̃ Eccĩ. xl[illegible] De patre impio querunt̃ filij quoniã ꝓpter illũ sunt in opprobriũ. De quo legit̃ exemplũ. Quidam vsurarius habuit duos filios quorũ vnus compũctus ex quodam sermone dixit patri. pater si moreremur in ista vita moriemur vtiqꝫ in corp[illegible] et aĩa. ergo redde vnicuiqꝫ q̃d debes. Cui pater et alius frater. vis tu esse ꝯfessor noster [illegible]de si mori volueris ⁊ nos ꝑmanebimus in bonis nr̃is qui tacuit et heremũ intrauit ⁊ omnia reliquit illis et pauꝑem vitam duxit. tandem pater moriebat̃ et post aliquot dies frater. Intelligens autẽ heremita eorũ mortẽ voluit scire eorum statũ et petijt deum vt sibi reuelaretur Cui vna dierũ in oratõe constituto aꝑparuit angelus dñi dicens ei. veni et ostendam tibi eos. et duxit eũ in montem dicẽs. si vis videre patrem et fratrẽ tuum ostendã tibi eos At ille. volo. et vidit vallem mõtis fumigantẽ et foueã valde ꝓfundã et igneã. in qua primo vidit patrẽ suũ bulientem in igne sicut pisuz in vna olla magna clamantẽ. ve ve maledicta hora in qua natus sum. Quẽ cũ audisset heremita tremuit et dixit. Pater mi es tu hic. Qui respondit sum. sed bñ tibi ꝙ timuisti deũ et cauisti illam speluncam ⁊ penam. ⁊ interim ꝙ loquebatur cum patre venit frater natãdo in igne sursum sicut pisum in olla. et cepit frater

maledicere patri dicēs. maledicte tu quia iniuste acquisita sup me hereditasti. ecōuerso pater maledictus es tu qz ꝓpter te feci acquirendo et tenendo hec bona iniusta et eterno bono me priuasti. a quibus interrogauit heremita si aliqua suffragia possent eis ꝓdesse qui dixerunt non. quia in inferno nulla est redemptio Et sic cum magno eiulatu recesserūt ad penā infernalem. heremita vero penitentiā maiorē egit in conspectu dñi cꝫ prius. et sic saluatus est a pena. Ideo Ecclesiastici. v. Noli anxius esse in diuitijs iniquis. nihil enim ꝓderint in die obductōis et vindicte. Fac igitur sicut ille pater fecit qui etiam multa bona acquisiuit ꝑ phas et nephas mendacia et decepciones. Cum audisset semel pdicare illud dictū augustini. Si tenes obolū minus iuste acquisitum teneris a dyabolo. at ille compunctus ꝓpendens mente cepit hereditates vendere et vsuras receptas restituere. his quos sciuit. ꝓ ignorātis vero cepit elemosinas pbere pauperibus. hoc videns eius filius qꝫ pater ita dispergeret patrimoniū. cepit alloqui patrem quid faceret an vellet euz priuare hereditate paterna. Respondit pater. Fili diligis me. respondit filius imo. Respondit pater. pone digitū in ignem. cui filius. quare hoc. cui pater. fac i signū dilectōnis mee. Et ille applicuit digitum ad ignem sed cito retraxit. cui pater adhuc semel pone digitū in ignem. cui filius. et quid ꝓdesset vobis qꝫ ego comburerem digitum meum. Cui pater. Si non vis cōburere digitum ꝓpter me et quare tunc ego debeo tradere corpus t animam in ignē eternum ꝓpter te. si dimisero tibi hereditates male acqsitas male mihi.

De eadem dominica Sermo. xxxiij

ERat subditus illis. Luce. ij. Istud ē secundum membrum predicte diuisionis. in quo dixi innuitur filij collaudatio de filiali obedientia. De quo subdit in terra. descendit cum illis ꝛc. ¶ Unde descensus potest capi dupliciter. Uno modo quo ad situm et rem gestam. Alio modo quo ad misticum intellectū. Primus est descēsus corporalis. quia nazareth situm est in valle respectu hierusalem. Secūdus est misticus et spiritualis. scz descēsus vere humilitatis. De quo dicit Bernardus in sermone de ascensione. Si ascendere desideras necesse est ut descendas. id est te veraciter būilies Ymō de cassia Nisi animus hominis ad yma descenderit ab altitudine sui cordis et ab arce elatōnis et ꝓprie reputatōnis non habebit virtutē vere humiliatōuis. quia scōm Gregoriū. Nulla militas est virtus qua homo veracissima cognitione sibūpi vilescit. Ideo Crisost. Descēdit cum quibus prius ascenderat scz cum ioseph et maria. Ymon de cassia. Ex hoc magna virginitas vgibz est orta qꝫ xps duabz virginibz ē subditus scz marie et ioseph. ad ostendendum qꝫ xpus illis obediuit. et illorū complebat desideria. qui se puritati et mundicie tradiderunt. et illis vult esse familiaris. sicut amicus amico. Prouerbiorū. xxij. Qui diligit cordis mundiciam ꝓpter gratiam labiorū suorum habebit amicū regem. ¶ Sed dicetur. quo descēdit. Respondeꝫ qꝫ in nazareth. Ymon de cassia. Ecce nazareth est monasterium et cenobiū xpi. vbi christus dei filius ab omni mundo visibili segregatus quasi monachus obedientiam prestitit. Et merito in nazareth. quia interpretat flos. ¶ Ut ¶ Unde florida in moribus florida in aspectibus debet esse obedientia. Nā sicut flos est in medio inter germen et fructum. quia germen precedit fructū et florē sequitur fructus. Spiritualiter. Sic germen est bona volūtas vel desiderium et ordinate vite initium. Unde Hieronimus in epistolā contra rufinum. et habetur. lvi. dist. in. c. nasci. Non in seminibus sed in voluntate nascentis causa viciorū est atqꝫ virtutum. Voluntas enim hominis est uniuū vicij et virtutis. Bona voluntas est origo virtutis. sed mala est origo vicij. Et post germen sequitur flos. id ē. post voluntatem sequitur obediēna operationis bone. Unde. lxxxvi. dist. c. non satis. Et est ambrosius. in libro de officijs. Non satis est bene velle. sed et benefacere. nec qꝫ satis ē iterū būfacere. nisi id ex bono fonte ꝓcedat. Bē ex bona volūtate ꝓficiscat. Post

Gregorius. Obedientia est clauis paradisi. via celi. Hanc christus nobis demonstrauit. cum subdit in textu. Et erat subditus illis. Bernhardus. quis quibus. deus hominibꝰ. hiesus marie et ioseph. Idem. Disce ergo homo obedire. disce terra subdi. disce puluis obtꝑare parẽtibus ⁊ superioribus tuis. Ro. xiij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est em̃ potestas nisi a deo Ideo. i. Regum. xv. Nunquid vult deus holocausta aut victimas. ⁊ non potius ut obediatur voci domini. Melior est enim obediẽtia q̃ victima. Ratio gregorij In victima aliena caro. in obedientia vero ꝓpria volũtas mactat̃ quia dicit Hugo. Obediẽtia est virtus qua homo ꝓpria voluntate postposita omnino amplectitur iniuncta opera adimplere. Et Ambrosius. Inductio obedientie debet esse obedientia hiesu xp̃i. quia non solum deo patri ꝑ omnia obediuit dicens. Johãnis. viij. Que beneplacita sunt ei facio semꝑ. Et Math. xxvi. Fiat voluntas tua. Et iterum. Verũtamẽ non sicut ego volo sed sicut tu. Sed etiã obediuit hominibus scꝫ marie et ioseph. Basilius in libro religionũ dicit ꝙ laborẽ corporeum a parentibus sibi iniunctũ humiliter et reuerẽter sustinuit. sic et nos p̃latis et parẽtibus nostris obedire debemus in ordine ad deuꝫ. Romano. xiij. Non est potestas nisi a deo. que autem sunt a deo ordinata sunt. Itaq̃ qui resistit potestati dei ordinatõi resistit. (x) Vñde obedientia loq̃ndo considerare debemus. primo formalitatẽ. secundo eius vtilitatem. Primo formalitatem. scꝫ in qua forma debemus obedire. et circa eam septem nobis necessarie obseruanda occurrũt. Prima ꝙ obedientia debet esse voluntaria. ut dicamus cũ paulo Actuum. ix. Dñe quid me vis facere. et nõ cum m̃mure. ut qd̃ iubemur inuite faciamus August. Nemo inuitus bene facit nec potest esse bonum quod facit. Ideo sanctus benedictus in regula. Tunc obedientia est acceptabilis deo et hominibꝰ quãdo si quid iubet̃ non cum murmure sed voluntarie ꝑficitur. Secũdo debet esse pura scꝫ ꝓpter deũ. Berñ. Intẽde in deum et ꝓpter deum. Inquit enim super Cañ. Intendere nõ in deum sed in seculũ secularis anime est. Intendere quasi in deum ⁊ nõ ꝓpter deum ypocrite est. intẽdere in aliud q̃ in deum. sed ꝓpter deũ. non marie sed marthe opus est. Intendere aũt in deum ꝓpter solum deũ hoc plane est marie nõ intentõis biꝑtite. sed habere faciẽ pulcerrimã sicut turturis pudica em̃ auis est. et cõuersatio eius nõ cum multis sed solitaria sedet et gemit. nam intentio est oculus anime. Math. vi. Si oculus tuus. i. intentio simplex fuerit totum corpus lucidũ erit. id ẽ opus. Ideo scribit̃. i. Petri ij. Subiecti estote omni humane creature ꝓpter deũ. siue regi sicut p̃cellenti. siue ducibꝰ tanq̃ ab eo missis. Tercio iocunda. ut nõ ex tristicia aut necessitate obediat sicut symõ Cireneus in angaria xp̃i crucem portet. sed gaudens cum sancto andrea crucem suscipiat. ij. Chorinthe. ix. Hilarem datorẽ diligit deus. Unde legit̃ in vitispatrũ. Quidam volẽs intrare religionem quesiuit a quodã patre quõ se deberet habere. Et respondit tu ⁊ asinus vnũ estote. sicut asinus indifferẽter quodcunq̃ onus recipit pacifice. sic vir religiosus onera sibi imposita portare debet et imponẽda nõ renuere. (y) Quarto debet esse simplex non discutiendo voluntatẽ p̃latorũ nec inquirendo cur et quare aut ad quid vnũquodq̃ fieri debeat. De quo Berñ. Multos inquit videmus multas facere questiões quare hoc ⁊ vñ venerit. quis hoc ꝯsilium dederit inde murmuratio excusatio impassibilitas simultatio ⁊ amicorum ꝯuocatio oritur. Ideo Math. x. Estote simplices sicut columbe et nõ duplices. Iacobi. i. Vir duplex animo incõstans est in oĩbus vijs suis. Quinto debet esse recta scꝫ ꝙ nõ sit contra deũ. Actuũ. v. Magis obedire oportet deo q̃ hominibꝰ. Sexto debet esse festina. Aug. Pauendũ est ne mora transiẽs ꝑiculum cõtrahat. Velociter enim currit sermo dei. et velocem desiderat auditorẽ. Nec dubium est quin ampliorẽ mereatur gratiã qui se paratum exhibet ante mandatũ. q̃ qui post mandatum satagit obedire. Idem. Hic vere obedit qui mox ut quid imperatum fuerit adimplere studeat. nã verꝰ obediẽs mandatum non ꝓcrastinat. sed parat aures auditui. manꝰ operi pedes itineri. et se totum intus colligit ut mandatũ ꝑagat dicens cum psal. lvi. Paratum cor meũ deus ꝑatum cor meũ Ubi dic̃ berñ. in quodã sermõe in capite ieiunij. Paratũ ad aspa. ꝑatũ ad hũilia. ꝑatũ ad aduersa

paratum ad sublimia paratū ad vniuersa que
cunq; p̄ceperis. Septimo debet esse firma. i. p̄
seuerās. Eccl. v. Esto firm⁹ in via dñi Bern.
ad verā obedientiam exigitur ut sit patiens in
corde et p̄seuerans in opere. Mathei. x. Qui
p̄seuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Et
sic xp̄us incepit obedire in iuuētute et p̄seue-
rauit vsq; ad mortē. ad philip. ij. Hūiliauit
semetip̄m factus obediēs vsq; ad mortē mor
tē aūt crucis. Ubi bern. Memētote fr̄es xp̄s
ne p̄deret obedientiā p̄didit vitā. sic et q̄libet
religiosus p̄lato suo obediat loco dei. Luc. x.
Qui vos audit me audit. et qui vos spernit
me spernit. Bern. Quidquid vice dei p̄cipit
homo quod tamen non sit certum displicere
deo haud secus omnino accipiendū est q̄ si
p̄ciperet deus. Ergo religiosi gaudēt a c. p̄m
pte obedire debent suis p̄latis. nā obediētia re
plet hoīem virtutibus. Greg. Obedientia so
la ē virtus que ceteras virtutes menti inserit
insertasq; custodit et p̄fectas facit. Augusti⁹
Obedientia est in creatura rationali sub po-
testate dei degenti verissima virtus. mater
quoq; custosq; v̄tutū (3) Scd̄o debem⁹
ꝯsiderare obedientie vtilitatē. Et prima ē q̄
obedientia inducit operū melioratōnem. ver-
bi gratia. Si p̄poneres maius bonum facere
et ex obedientia p̄ceptoris faceres minus illd̄
minus est plus meritoriū. et illud maius nil
valeret contra obedientiā. De quo Augusti-
nus. Melior est vna obedientia q̄ virtutes
omnes. quia omnia opera virtutum sine obe-
dientia sunt vicia. Cui consonat Bernar-
dus de noua militia. Nec studium bone actio
nis nec ocium sancte contemplatōis nec peni
tentis lacrima valet sine obedientia. Jō bern.
collaudat vere obedientē dicens. Ille optim⁹
est qui p̄ viribus ī omnibus licitis obedit et
non contradicit suis sup̄ioribus. Secunda
vtilitas obedientie est q̄ causat oratōis exau-
ditionem. De quo Gregorius. Si obedien
tes fuerimus p̄positis nostris. deus obediet o
ratōibus nostris. Exemplū. Senex misit pu
erum nouiciū ad hauriendū aquam. at ille iu
uenis ex obedientia accelerauit ad fontem. et
oblitus est funiculi cū quo hauriret. anxiatus
q; in seip̄o non audens reuerti sine aqua. et p̄
cipiens aque dixit. Ascende ut de te haurire
valeam ne inueniar filius inobediētie. et subi
to aqua ascēdit. ⁊ ille hausit. et ex obedientia
apportauit. Ideo august. inquit. Citius audi
tur vna oratio obedientis q̄ decē milia cōtem
ptoris (A) Tercia vtilitas obedientie est
q̄ facit miraculorū operatōnem. De quo scri
bit Grego. in dyalogo. q̄ sanctus benedictus
videns in spiritu placidū puerū submersurū
mandauit mauro monacho ut cito currerz ad
subueniendū. at ille p̄ceptis abbatis benedi-
cti obtemperās et cito currens p̄rexit super a-
quas sicut sup̄ terram. et per capillos extraxit
puerum. Ideo August. Obedientia est ori-
go omnis boni atq; p̄fectio. Item aliud exem
plum in vitispatrū. Johannes qui fuit abba-
tis pauli discipulus vir magne obedientie fuit
Erat autem in quodam loco nemoroso vbi ⁊
leena pessima habitauit. Videns autem circa
ip̄m locum senex stercora ip̄ius leene dixit io-
hanni. Vade et affer stercora illa. Et ille di-
xit ei. Et q̄d faciā abba p̄pter leenā illā. Se-
nex autem subridens dixit ei. Si venerit cō
tra te liga eam ⁊ affer huc. Perrexit ergo fra
ter illuc vespere. et ecce venit leena super ip̄m
Ille autem scd̄m verbum senis impetum fe-
cit super eam vt teneret eam. Fugit aūt leena
et sequebatur eam ille dicens. Expecta quia
abbas meus dixit ut ligem te. et tenēs eā alli
gauit. Senex autem expectādo eum diutius
sedebat. et tribulatōne affligebatur magna. ⁊
ecce tarde venit. et habebat leenam illam liga
tam. quod cum vidisset senex admiratus est.
Volens autem humiliare illum cecidit eum
et dixit. Stulte canem fatuū adduxisti mihi
soluit autem eam statim senex. et dimisit redi
re ad locum suum. Quarto operatur merito-
rum augmentatōnem et accumulatōem. quia
frequenter meretur. quia si surgit dormit ta-
cet vel loquitur ex obedientia semp̄ meretur.
De quo Anshelmus in libro de similitudini-
bus. Talis non priuatur mercede sed quoti-
die ad bona stimulatur. (B) Sed dice
res. hoc fit ex necessitate que non habet meri
tum. quia dicit Augustinus. Operū nostro-
rum repromissor non vult in ope suo tepidū
despicit fastidiosum. et recusat coactum. Re-
spondet idem. felix necessitas que ad meliora
compellit. Et subdit ibidem. Non te peniteat
imo gaudere debes tibi non licere quod cū de-
trimento licuisset scz cū detrimento meriti.

Quia dicit idē. Illū diem te vixisse cōputa in quo voluntatem ꝓpriā abnegasti et desiderijs tuis restitisti qm̄ illū sine trāsgressiōe ꝑduxisti. vñ legit̄ exēplū in vitispr̄m ꝙ venerunt quattuor fratres de scithi vestiti pelliceis tunicis ad abbatem pambo. et narrauerūt vnusq̄sq̄ virtutē alteri⁹ nō pñte eo de quo loq̄bat̄ Primꝰ ex eis multū ieiunauit. Scd̄s mltū orauit. tercius nil possedit. quartus in. xxij. annis nunq̄ fecit suam voluntatē sed semꝑ sub obedientia senioris fuit. Respondit aūt eis abbas pambo. quarta virtus maior est omnibꝰ. quia quilibet aliorū ꝓpriam voluntatē retinuit. hic autem volūtatē suam abscidit. et aliene voluntatis se seruū fecit. ergo maiꝰ fecit. Anshelmus in li. de similitudinibꝰ. sicut qui dat arborem cū fructu plus dat q̄ qui dat fructū solum. sic qui renūciat ꝓprie voluntati et facit opus ex obedientia p̄lati plus dat deo q̄ si faceret ex ꝓprio arbitrio. Quinto obedientia cooperatur ad regni dei ingressionem. Gregoriꝰ Obedientia est clauis ꝑadisi. via celi. Sicut enim per inobedientiā eiecti sumus de ꝑadiso sic ꝑ obedientiam reingredi merebimur. Vñ sicut tres magi Math. ij. ꝑ aliam viam reuersi sunt in regionem suā. sic nos ꝑ obedientie viam. August. sup psal. Sola obedientia tenet palmā sicut obedientia ruinam. Idem. obedientia est origo omnis boni atq̄ ꝑfectio. econuerso inobedientia est origo omnis mali. Augustinus. O q̄ detestabile est viciū inobediētie. quia ꝑ inobedientiā angelus de celo homo de ꝑadiso cecidit. Saul regnum perdidit. populus israel regnum et gentem amisit. qualis autem obedientia esse debeat dicit Grego. et habetur. xi. q. iij. ca. quid ergo. Sciendum est ꝙ nunq̄ ꝑ obedientiam malū fieri debet. Aliquādo aūt debet ꝑ obediētiaꝫ bonū quod agitur intermitti. Neq̄ enim mala in paradiso arbor extitit quam deus homini ne cōtingeret interdixit. sed ut melius homo ꝑ obediētie meritum bene cōditus cresceret. dignuꝫ fuerat ut etiam a bono ꝓhiberetur. quatinus tanto verius hoc quod ageret virtus esset quanto ⁊ a bono cessans autori suo se subditū et humilem exhiberet. Cui cōsonat august. dicens Sic tenendus est modus obediētie ut malis in malo nō consentias et bonis in bono nō cōtradicas. Idcirco capiamꝰ xp̄m in exēplū. qꝛ dicit aug. Non solum xp̄i verba nobis sunt ī documentum sed et opa. nam si xp̄us erat obediens parentibus multomagis nos. Johā. xiij. Exemplum dedi vobis ut et vos ita faciatis. scꝫ obedientiam exhibendo parentibus.

(C) Sciendum pueri tenent̄ parētibꝰ sex. Primo tenētur eis corꝑaliter seruire. scꝫ ducendo portando. leuando si indigent. si vicꝫ defectuosi vel infirmi sunt. Ecc̄i. iij. Qui timꝫ deum honorat parentes. et quasi dominis seruiet hijs qui se genuerunt. Nam et ip̄i seruierunt tibi cum eras imbecillis portando ducēdo et eleuando. Ideo Ecclesiastici. vij. Memento quoniā nisi ꝑ illos natus nō fuisses et retribue illis quō et illi tibi. Nec vnq̄ tamen potes ad condignū satisfacere illis. De quo Aristo. ix. ethicorū. Dijs magistris et parentibus non potest reddi equiualens. deo q̄ nos creauit. magistris qui nos docuerunt. parentibus qui nos genuerunt condignā recompensationem facere non possumus. ergo quilibet nostrū debet recordare quanto labore educatus est. Thobie. iiij. Honorē habebis matri tue omnibus diebus vite tue. memor enim esse debes que et quanta pericula ꝑpessa sit propter te in vtero suo. Propter quod adamantinus sup ꝓuerbia dicit. Maior iniquitas est offendisse matreꝫ q̄ patrē. quia maiora obsequia exhibuit et ꝑicula tulit. Ecclesiastici. vij Honora patreꝫ tuum et gemitus matris ne obliuiscaris. Secundo tenentur eos in corde diligere. quia habent ab illis esse. Ecclesiastici. vij. Memento quoniā nisi ꝑ illos natus non fuisses. Hiero. Memorare parentū sub quorum manibus suscepisti incrementū. sit tibi vita ip̄orum quasi tua. Contra hoc faciunt qui parentes odiunt. et optant eis mortem ut haberent hereditatē aut vt sine rep̄hēsione ꝑm suam voluntatem viuerent. quod est valde rep̄hensibile et grande peccatū. Rō quia dicitur in canonica. i. Johānis. iij. Qui non diligit fratrem manet in morte. Per fratrem intelligitur quilibet ꝓximus. Nūnquid et amplius parentes nostros diligere tenemur. Ideo Basilius dicit. Parentes nr̄os ut ꝓpria viscera diligere debemus. (D) Tercio tenent̄ eis dulciter rn̄dere et reuerēter. qꝛ ab illis habēt documentū. Eccl̄ia. iij. In opē et sermone et omni pacīa honora p̄reꝫ

tuum ut supueniat tibi bñdictio a deo. ⁊ benē
dictio illius in nouissimo manet. nā bñdictio
patris firmat domus filiorū. maledictio autez
matris eradicat fundamenta. Sed heu sunt
aliqui q ui inhoneste et inuerecūde respondēt
pentibꝫ. Et ut scribit Math. v. Qui dixerit
fratri suo racha reus erit concilio Qui autem
dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Quid
aūt de hijs qui pentes fatuisant et verbis mo
lestant. De quibus Ecci. iij. Male fame est
qui derelinquit patrē et est maledictus a deo
quiera spat matrē Et de hijs qui aliqñ subsā
natiue loquuntur parentibꝫ. ꝓuer. xxx. Oculū
qui subsannat patrē et qui despicit partū ma/
tris sue suffodiant eum corui de torrentibꝫ et
comedant eum filij aquile. Ecci. iij. Ne glori
eris in contumelia patris tui. nō enim est tibi
gloria sed cōfusio. Et subdit. Gloria enim ho
minis ex honore patris sui et dedecus filij pr̄
sine honore. Sed iam qd̄ deteriꝰ sunt et aliq̄
qui maledicūt pentibꝫ. Exo. xxi. Qui maledi
xerit patri suo vel matri morte moriat̄. Et ibi
dem quod detestabilissimū est. Qui pcusserit
pr̄ez suū aut mr̄ez morte moriat̄ (E) Quar
to tenēt̄ eis in tpalibꝫ subuenire ꝓpter corpo
rale nutrimentū quod acceperunt ab eis. Hie
ro. Foueatur pentū senectus et factis eorum
vicissitudo reddat̄. Propter quod dñs exp
brauit iudeis Math. xv. Quare vos trāsgre
dimini mandata dei ꝓpter traditionē vr̄am.
Nam deus dixit. honora patrē et matrē. Et
qui maledixerit patri vel mr̄i morte moriatur
Vos autem dicitis. Quicūqꝫ dixerit pr̄i vel
matri munus qd̄cunqꝫ est ex me ꝓderit tibi.
et nō honorificabit pr̄em suū aut matrē suam.
Et irritum fecistis mandatum dei ꝓpter tradi
tionem vestram. Ideo Ecci. iij. Qui honorat
patrem suū vita viuet longiori. Et exodi. xx.
Honora patrē tuū et matrē tuam ut sis lōge
uus sup terram. Sed diceres quare longi
tudo vite ꝓmittitur eis. Rñdet sanctus. tho.
secunda secūde. q. cxxi. ar. v. in responsis ad
quartum. quia gratus fuit beneficio vite. ideo
ꝓmittitur sibi longeuitas vite. Exemplum re
fert Valerius maximus li. v. de pietate erga
parentes dicēs Sāguinis ingenui mulierē
p̄tor apud tribunal suū capitali crimine dāna
tam triūuiro in carcere necandā tradidit quā
receptā is qui custodie p̄erat misericordia mo

tus nō ꝓtinus strāgulauit. aditū quoqꝫ ad eā
filie sue sed diligenter excusse ne quid cibi in
ferret dedit. existimās futurꝫ ut inedia cōsume
retur. Cū autem plures iam dies intercede
rent secum ipe querēs quidnā esset quo tam
diu sustentaret̄. Curiosius obseruata filia a/
nimaduertit illā exerto vbere famem matris
lactis sui subsidio lenientē. Que tā admirabi
lis spectaculi nouitas ab ipo ad triūuirū a tri
umuiro ad p̄torem a p̄tore ad consiliū iudicū
perlata remissionem pene mulieri impetrauit.
Quo ergo nō penetrat aut quid nō excogitat
pietas. que in carcere seruande genitricis no/
uā ratōem inuenit. Quid enim tā inusitatū.
quid tam inauditū q̄ꝫ matrē vberibus nate ali
tam. putaret aliquis hoc cōtra rep̄ naturam fa
ctum nisi diligere pentes prima nature lex es
set (F) Quinto tenēt̄ eis obedire in oībꝫ li
citis rebus signanter in his que ptinent ad sa
lutē scꝫ ad ecclesiam ire missam ⁊ verbū dei au
dire surgere maturius ⁊ citius ire dormitum.
De quo aplus ad ephe. vi. Filij obedite pen
tibus vestris in dño. i. in licitis. et nō in his q̄
sunt contra deum. Math. x. Qui amat pr̄em
aut matrē plus q̄ꝫ me nō est me dignus. aug.
Amandus est generator sed p̄ponēdus ē cre
ator. Et illud exemplū obediētie accipe debe
mus a xp̄o qui descēdit cū illis ⁊ erat subditus
eis. Sexto tenētur defunctis parētibꝫ subue
nire cū orationibꝫ et elemosinis. Ecci. iij. Ele
mosina pr̄is non erit in obliuiōe scꝫ corā deo
Nam subdit. nā ꝓ peccato matris restituetur
tibi bonū ⁊ in iusticia edificabit̄ tibi. ⁊ in die
tribulatōis ꝯmemorabitur tui. ⁊ sicut in sere
no glacies soluent̄ peccata tua. Sed iam qui
dam sunt qui obli[illegible]nt̄ parentum suorum
vt ⁊ illi coram deo [illegible]is cōquerunt̄. s̄m illd̄
Job. xix. Quare me psequimini sicut deus ⁊
carnibus meis saturamini. qꝛ de laboribꝫ pa
rētum laute viuūt ⁊ illorū non recordant̄. ps.
xxx. Obliuioni datus sum tanq̄ꝫ mortuus a
corde. nam tales non sunt viri xp̄iani qꝛ xp̄m
nō imitant̄ qui honorauit mr̄em in vita i mor
te ⁊ post mortē. in vita erat ei subditus ut hic
in morte cōmisit eam iohāni. Johannis. xix.
Ecce mater tua. post mortē recepit eam corpo
re ⁊ anima in celū. ps. cxxxi. Surge dñe in re
quiē tuam tu et arca sanctificatiōis tue. Ideo
de talibus dicit Augꝰ. de vita xp̄iana. Falsc

xp̄iani nomen sortitur qui xp̄m minime imitatur. quia dicit Johannes in canonica .i. sui .ij. Qui dicit se in xp̄o manere debet sicut ille ambulauit et ip̄e ambulare.

De eadem dominica Sermo .xxxiiij.

Remansit puer hiesus in hierusalem et nō cognouerūt parentes eius Luce .ij. In verbis p̄missis duo tangūtur. Primo pueri hiesu amissio lacrimabilis. ibi remansit puer hiesus. Secūdo eius reinuētio admirabilis. ibi. ingressi sunt ⁊c̄. De prīo dicit. remansit puer hiesus in hierusalē (G) Nota res aliqua solet amitti pluribꝰ de causis Primo ꝑ improuidentiā cum non diligenter ꝓspicitur. sicut cū improuide ostia domus siue cubiculi apti mittunt̄. Spūaliter ut sunt quinq̄ sensus nostri cum isti non clauduntur Naum .ij. porte fluuiorū .i. oculoꝝ apte sunt ⁊ miles captiuus abductus est .i. xp̄us ꝑditur ⁊ gratia eius. Hieremie .ix. Ascendit mors per fenestras nr̄as. Et hoc conquerit̄ Trenoꝝ .iij Oculus meus dep̄datus est animā meam. iō volenti conseruare xp̄m et gratiā eius cōsulit ꝓpheta Isaias .c. xxvi. Vade popule meus intra in cubicula tua claude ostia tua sup̄ te. De quo Grego. in mora. Ut mens sit mūda a cogitatōe deprimendi sunt oculi quasi raptores ad culpā. oculi enim sunt ꝓpria tela libidinis. aspectus enim oculorū mentē hominis et cor vulnerat. Job .xxxi. Pepigi fedus cuꝫ oculis meis vt ne cogitarē quidem de virgine Gre. Si eua lignū vetitum non intuita incaute respexisset neq̄ tetigisset. Jō p̄s .xviij. Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Et Eccī. ix. Auerte faciē tuam a muliere compta. et ne circūspicias spēm alienam. ꝓpter speciē mulieris multi perierūt. Gre. Gladius igneus species mulieris. ꝓuer .vij. Multos vulneratos deiecit. et fortissimi quiq̄ interfecti sunt ab ea ut Adam Sanson Dauid Salomō. Unde poeta Adam sansonem dauid regē et salomonē. Mulier decepit quis modo tutus erit. Ergo clause sint porte oculorū. Augus. in regula et de fide xp̄iana. Et habet̄ .xxxij. q. v. c. Nec solo. Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. (H) Secundo ꝑditur hiesus ꝑ vanā leticiā que cōiter exercet̄ in festiuitatibꝰ in quibus hoīes solēt laute viuere edendo bibendo corisando. Exo. xxxij. Sedit ꝓplus mā ducare ⁊ bibere et surrexerūt ludere. Et sic adhuc hodie fit in festiuitatibꝰ. plus enim respiciunt ad delicata fercula q̄ ad diuina officia. Isaie .v. Ve qui ꝯsurgitis mane ad ebrietatē sectandā ⁊ potandum vsq̄ ad vesp̄am ut vino estuetis. Cithara et lyra et tympanū et tybia in cōuiuijs vr̄is et opus dn̄i non respicitis. festiuitates em̄ sunt institute ad animarū salutē non ad crapulositatē ⁊ ad leticiarū vanitatem in quibus ꝑditur hiesus. Nā maria nō ꝑdidit hiesum in fuga in egiptū sed in festiuitatibus Sic et q̄ plures sunt hodie qui habuerūt hiesum ꝑ veram penitentiā portātes eū ad festiuitatem. sed tandē ꝑdiderūt eum ꝑ gulā ebrietatem et ludorū vanitatē. Et figuratur ꝑ natale festum herodis. Marci .vi. in quo iohannes decollatur .i. homo gratia priuat̄ Johānes em̄ interp̄tatur dn̄i gratia. De tali festiuitate scribitur Isaie .i. Solēnitates vestras odiuit aīa mea. (I) Nota sicut multa opa erāt inhibita iudeis in die festo. sic et nobis mistice Primo nō debuerūt onera portare Hieremie xvij. Nolite portare onera in die sabbati. id ē peccare mortaliter. Glo. onera portat qui cōscientiam suā peccatis mortalibus aggrauat. p̄s .xxxvij. Qm̄ iniquitates mee sup̄gresse sūt caput meum et sicut onus graue grauate sunt sup̄ me. Reuera peccatū est onus graue. Nā fortissima et firmissima nō potuerūt hoc onus portare. Primo nō celū. qꝛ dum angeli peccauerūt statim celū illos sufferre nō potuit sed decidere ꝑmisit Luce .x. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentē. Secundo firma est terra. p̄s .cxviij. Fundasti terram et ꝑmanet. Eccs .i. Generatio p̄terit et generatio aduenit. terra aūt in eternū stat. et tn̄ nō potuit peccatum sustinere sed dirupta est. et apiens os suum deuorauit dathan abyron ⁊ filios Chore. Numeri .xvi. Tercio fortissimus est deus. Job .ix. Si fortitudo querit̄ robustissimꝰ est et tamen nō potuit peccatum ac peccatores portare. Hieremie .xxiij. Vos estis onus. pleriq̄ textus habent. Ut quid vobis onꝰ ꝓijciā vos dicit dn̄s. Et Math .vij. Discedite a me oēs qui opamini iniquitatē. Et .xxv. Discedite a a me maledicti ī ignē eternū. Et peccatū mor

tale est maximū quod violat festiuitatē. quia homo ut dicit sanc. tho. scda scde. q. cxxij. ar. iiij. in rñsis ad terciū argumentū. plus impedit a rebus diuinis ꝑ opus peccati q̄ꝫ ꝑ aliud opus corporale quodcūq̄ꝫ. Propter quod dicit alexāder de halis. pte. iij. q. xxxij. mēbro. v ar. ij. Qui peccatū mortale in die festo cōmittit dupliciter peccat. Primo facit mortale. Secundo peccat contra obseruantiam festiuitatis. Et homo in mortali cōstitutus nō pōt deo digne seruire. Joh. viij. Omnis qui fac̄ peccatū seruus est peccati. Quis tunc est dñs eius nisi dyabolus. ij. Petri. ij. A quo q̄s superatus est huius et seruus est. Aug. Peccator tot demoniorū seruus est quot viciorꝫ. Idcirco qui violant festiuitatē diei dñice peccāt primo in patrem cuius potētia die dñico celū et terram et angelos creauit. Secundo in filiuꝫ cuius sapientia mūdus redemptus est. Quia dñico die homo natus est et dñico die resurrexit a mortuis. Ipi aūt dñico die peccando occidūt animas suas. Sapientie. xvi. Homo autez occidit quidē ꝑ maliciā animā suā Tercio peccant in spiritum sanctū. qꝛ tali die ī mūdum missus est. Et sic cōfeq̄nter ingrati sunt creatori redemptori et cōsolatori eorū. Idcirco onera peccati deponere debemus ꝑ contritionem et ꝯfessionē in die festo. (K) Secundo fuit eis inhibitū ne accēderent ignē. sic et nos spūaliter ignem rancoris et iracundie. Ad ephe. iiij. Sol nō occidat sup iracundiaꝫ vestrā. nam dñica dies dicit̄ quasi dies recōciliatōis. quō autē potes recōciliari deo si irasceris fratri tuo. nequaq̄ꝫ Math. v. Si offers munus tuum ad altare. et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuū añ altare et vade pri⁹ recōciliari fratri tuo. et tūc veniēs offeres munus tuum. Aug. Indignū enim est illi deū esse ꝓpiciū qui crudelis est in ꝓximū. Tercio fuit ꝓhibituꝫ nō colligere ligna die sabbati. Numeri. xv. Quidam collegit ligna die sabbati quē comp̄hensum obtulerūt moysi et aaron ⁊ vniuerse multitudini qui et nescierūt quid facere deberēt cū eo. ꝯsuluerūt aūt dñm. at dominus dixit. Morte moriat̄ homo iste. obruat eum lapidibꝫ omnis turba extra castra Spiritualiter. ligna in sabbato colligit qui īutilitates et vanitates in die festo exercet. Et hoc nō cōuenit xp̄iano. quia dicit Apollonius et habetur de conse. di. iij. c. ieiunia. Die dñico nihil aliud agendū est nisi deo vacandū. nulla opatio in illa die sancta agat̄. nisi tm̄ hymnis ⁊ psalmis et cāticis spūalibꝫ dies illa tr̄sigat̄ p̄s. xcix. In hymnis confitemini illi. Et ad colocen. iij. Psalmis hymnis et canticis spūalibus in gratia cantantes in cordibus vr̄is deo et non inutilia exercere ut serta facere et crinalia et choreas instituere. qꝛ in hijs de facili fit abusus et sunt incitamēta vanitatis ⁊ lasciuie Unde ex cōcilio tol. iiij. et habet̄ de cōse. di. iij. c. Irreligiosa cōsuetudo est quam vulg⁹ ꝑ sanctorū solēnitates agere cōsueuit. populi qui debent diuina officia attēdere saltatōibus turpibus inuigilāt. cātica nō solū mala canentes sed et religiosorū officijs ꝑstrepūt. Hec etenim ut ab omnibꝫ ꝓuincijs depellat̄ sacerdotum et iudicū a cōcilio sancto cure ꝯmittit̄ Tales enim hmōi lasciuijs et vanitatibus intenti cuꝫ inutili seruo mercedē accipiēt. De q̄ Math. xxv. Inutilē seruū eijcite in tenebras exteriores illic exit fletus et stridor dentium. Quarto ꝓhibitum fuit eis vuas et torcularia calcare in die festo. ut elicit̄ Neemie. xiij. Vidi in iuda calcantes torcularia in sabbato. voihel. Vuas calcat qui spūalia bona paruipendit. et hoc nō est faciendū in festiuitatibus sed magis spūalibus bonis insistēdū vti p̄dicatōnibꝫ virtutibus et regularibꝫ disciplinis. vt habetur de vita et hone. cle. cū decorē. vbi ꝓhibent̄ quidaꝫ ludi et ludibria que in ecc̄ia cū leuitate fieri consueuerunt et nōnunq̄ꝫ adhuc fiunt Quinto fuit eis ꝓhibitū nil emere et nō coquere. ⁊ vilhelmus. Cibos emit q̄ ad hoc vacat ut oculos et ventrē pascat. De quibus Isa. xxij. Ecce gaudiū et leticia occidere vitulos. iugulare arietes. ꝯmedere carnes et bibere vinū ꝯmedamus igit̄ et bibamus cras em̄ moriemur. ecce crapula et gulositas est eorum festiuitas ut dictū est supra vbi ꝑdit̄ hiesus. Ideo luce. xxi. Attendite vobis ne forte corda vestra grauent̄ crapula et ebrietate. Ecclesiastici. xxxvij. Propter crapulā multi obierunt. qui autē abstinens est adijciet vitā. (L) Sexto ꝓhibitum fuit eis debita repetere ⁊ vilhelm⁹. Debita repetit qui iniurias ad memoriam reuocat ad vindicādum Ecc̄i. xxviij. Qui vindicari vult a dño inueniet vindictā

et peccata illius seruans seruabit. Deutro. xxxij. Mea est vltio et ego retribuam eis in tpe Aug. Non attēde iniuriā sed remissiōis gratiam. De qua Ecci. xxviij. Relīque ꝓximo tuo nocenti te et tunc depcanti tibi peccata soluentur. Aug. Unusquisq; talē indulgentiā accipiet a dño qualē faciet ꝓximo. Septimo fuit ꝓhibitum vltra mille passus non currere. ꝛ vilhelmus. Ultra mille passus vadit qui illicitis actibus discurrit et exorbitat ut chorisantes. De quibus aug. in li. de decem cordis. Melius faceret vir q̄ vtiliter laboraret in agro q̄ q̄ existit sediciosus in theatro. ut allegat etiaꝫ sanctus tho. scda scde. q. cxxij. in respōsis ad terciū. Melius. i. minus malū esset capiendo compatiuum improprie q̄ filie eoꝝ lanā texerent q̄ tota die impudice saltarēt. qꝛ scribit in canōe de cōse. di. iij. Irreligiosa In festiuitatibꝫ ꝓhibendi sunt layci ꝑ sacerdotes a chorearum saltatōibꝫ. (M) Sed diceres. est chorea semꝑ peccatū. Rñdet albertus. iii. iiij. di. xvi. Chorea in se nō est mala sed etiam pōt bene et male fieri. Uñ triplici de causa p̄t male fieri. Primo si fiat ad ꝓuocandū libidinē vel aliquid hmōi. Secūdo si non conueniat ꝑsonis ut clericis ꝛ religiosis. Tercio si fit in tempore nō cōgruo vt tpe penitētie. Si vero fit chorea cā alicuius honeste leticie utputa ꝓpter aduentum dñi terre principis regis. vel nuptiarū rite celebratarū. vel ꝓpter triumphū contra inimicos reipublice et in tpe congruo et ꝑsonis debitis et alijs circūstantijs nō est illicitū. Attñ dicit sanc. tho. scda. ij. q. lxxxix. ar. ij. aliquid sm se est licitum qd̄ ꝑ accidens rōne eius qui abutitur fit illicitū ut iurare. sic et chorisare. qꝛ est causa multorū viciorū. Jō Hiero. Non credo viro si dicit se illesum euasisse a spectaculis mulierū. ut dauid. cui ex visu Bersabee orta est mala cōcupiscētia. ij. Regum. xi. Ideo de talibꝫ sinistre gaudentibꝫ in festiuitatibꝫ scribitur Amos. v. Odiui et proieci festiuitates vr̄as. quasi diceret. vestre sūt nō mee. (N) Tercio ꝑditur hiesus ꝑ occupatōem alienam. qꝛ dū ꝑentes eius recesserūt ab ihrlm immiscuerūt se turbis. tunc in turba ꝑdiderunt hiesū. et sic homo qñ recedit a trāquillitate cordis veniēs ad vulgū non timentem deum. similis efficitur illis. Ideo Ecci. xviij. Ne oblecteris ī turbis quia dicit Seneca. quo maior est cui cōmiscemur in tanto maiori periculo versamur. Et huius habemus figuram. Exodi. xvi. Filij israel nō receperunt māna in egipto sed in deserto. Spūaliter. sic et nos dulcedinē diuīe cōsolatōis ñ in occupatōne hominū sed in solitudine interne quietis et trāquillitatis. Simile habet. iij. Regū. xvij. Helyas in solitudine delicate pascebat mane et sero quia carne et pane que corui deferebant. sed cū fuit inter turbas vix habuit cyphum aque et buccellam panis Ex quo intelligi dat q̄ multotiēs dñs in secreto adest nobis ꝑ dulcedinē diuine pñtie quam nobis exhibet. quā continuo in publico nobis subtrahit. Seneca. Quotiens inter hoīes fui mīor homo redij. Nam dicit in epla. vij. Ego certe cōfiteor imbecillitatē meā. Nunq̄ mores q̄s extuli refero. aliquid ex eo quod composui turbatur. aliquid ex his que fugaui redijt. Inimica est multorū cōuersatio. nemo non aliqd̄ nobis viciū aut ꝯmodat aut imprimit aut nesciētibus allinit. Propter quod hortat seipsum Bern. O anima mea sola esto ut illi soli placere possis quē solū elegeris. (O) Quarto amittitur hiesus ꝑ vanā fiduciam ꝛ estimationem ꝓpriā. sic maria estimabat eum esse in comitatu virorū. et ioseph in comitatu mulierū sic et aliqui sunt nō habentes solicitū respectum ad salutē suā estimātes se omnino securos. Ecclesiastes. viij. Sunt impij qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Et subdit. sed hoc vanissimū iudico. Reuera vanuꝫ est. Aug. x. confes. Nemo securus in hac vita Job. vij. Militia est vita hominis sup terrā. Bernar. Ubiq; bella vndiq; temptamenta nunq̄ securitas. Idcirco debemus forē in timore. De quo Greg. in moralibus. Nil securius q̄ cū spe semꝑ timere dicendo cū ps. xxxi Firmabo sup te oculos meos. Quia dic gregorius. ij. mor. c. xciiij. Sepe quē temptatōis certamē supare non valuit securitas sua deterius ꝓstrauit. Nam dum lassum se quisq; in ocio remittit. dissolutam mentem corruptori prostituit. (P) Quinto amittitur hiesus ꝑ ignorantiā Et notat in hoc. et ñ cognouerūt ꝑentes eius. Spūaliter. sic sepe amittit homo hiesum ꝑ ignorantiā sue salutis. Isaie v. Propterea ꝓplus meus captiuus ductus est quia non habuit sciam. Nam sicut infirmi

tas est piculosa que ignorat. ut dicit Aug. super psal. xxviij. Nō est insanabilior eo qui sibi sanus videt et nō est. qr talis medicū non requirit. et sic qui est ignorans sue salutis. iō Grego. et habet in canone. xxxviij. di. q ea. Qui ea que dei sunt sapiunt a dño sapiūtur. et qui ea que dei sunt nesciunt a dño nesciunt Et aplus. i. ad Corint. xiiij. Si quis ignorat ignorabitur. Dicit nāqz sanctus tho. prima scde. q. lxvi. ar. iij. et. iiij. Ignorātia iuris nullum excusat saltem vincibilis. De quo aug. Non omnis ignorās immunis a pena. Ille ignorans potest excusari qui qd disceret nō inuenit. nō illi qui habentes a quo discerēt operā nō dederūt. Ideo gre. in. xxxij. mora. ca. lxv. Error dum virtus credit difficiliter emendatur. qr tanto tardius mens viciū suū defert qz to hoc quod ppetrat nō erubescit. et quāto p virtutis speciem decepta pmiorū etiā de eo retributōem querit. Ecce p ignorantiā hiesus amittitur. Dixi secundo innuitur eius reinuentio admirabilis. cū dicit. post triduū inuenerunt eū in templo. (P) Cū ihūs inuenit a quattuor generibꝫ hoīm. Primo a simpliciter viuētibꝫ. Scdo ab hūiliter penitētibus. Tercio a viriliter sustinentibꝫ. Quarto a dulciter diligentibꝫ. Dixi primo inuenit a simpliciter viuētibꝫ. Sapie. i. In simplicitate cordis querite eum. qm inuenit ab hijs qui nō temptant illū. Apparet aūt eis qui fidē habent in illū. Unde simplicitas cordis est puritas intentōis vbi nulla est duplicitas interius nec falsitas exterius sed totaliter cor cōuertit in deū nec reflectit in suū cōmodū vel fauorē hoīm. Hieremie. xxix. Queretis me et inuenietis cū quesieritis me in toto corde vr̄o inueniar a vobis. Et dicit in toto. i. integro non reflexo. ut sunt innocētes et simpliciter viuētes vt fuerunt pastores Luce. ij. Inuenerūt infātem in p̄sepio positū et reuersi sunt glorificantes et laudātes deū. Ideo pver. x. Qui ambulat simpliciter ambulat cōfidenter. Et mathei. x. Estote simplices sicut colūbe que sunt sine felle. et sic nos sine dolo. pver. iij. Cum simplicibus sermocinatio eius. (Q) Secūdo inuenit ab hūiliter penitētibꝫ. Cuius figura Gen. ij. ī terra euilath vbi inuenit bdelliū et nascit aurum optimū. Euilath interp̄tatur dolens. nā in animo contrito nascit aurum excellētis diuinitatis quod factū est p̄ciū nostre redemptōis. Bdelliū est arbor aromatica cuius lacrima lucida gustui amara boni odoris. sic et cōtritio et dolor de peccatis est suauis odor in ꝯspectu dñi. ps. l. Sacrificiū deo spūs contribulatus. et ibi inuenit hiesus. nā sicut p peccatū pditur et subtrahit se et abscōdit a nobis. ut habet Deutro. xxxij. Prouocauerūt eum filij sui et filie. et ait. abscondam faciem meam ab eis. ita p ꝯtritōem queri debꝫ Michee. iiij. Dole ⁊ satage filia syon quasi parturiens. sicut em̄ dolor parturiētis obliuisci facit totius mūdane iocūditatis suauitatē. sic amaritudo contritionis retrahit penitentē a voluptate carnis. Hiere. vi. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarū. Reuera amarus debet esse planctus. quia amisso hiesu amittit omne bonum. Aug. Qui deum habet omnia habet qui deo caret nihil habet. Om̄is enim dulcedo sine deo est amaritudo. Hieremie. ij. Scito quia malū et amarum est reliquisse te dñm deum tuum. ꝓpter quod cū dolore debet queri et tunc inuenit. Et sic inuenit eū mater eius maria dicens dolētes querebamus te. Bern. Nullus speret xp̄m inuenire gaudendo quem mater eius vix inuenit dolēdo. dic igit cū ps. lxviij. Ego sum paup et dolēs salus tua deꝰ suscepit me. Hugo de sancto victore. Tūc salus hominis incipit cū veraciter ꝓ peccatis ingemiscit. Et tunc etiā dñs hiesus inuenit. danielis. iij. In animo ꝯtrito et spū hūilitatis suscipiamur a te. (R) Tercio inuenitur a viriliter sustinentibus scz iugum dñi Math. xi. Tollite iugū meum sup vos et inuenietis requiē animabꝫ vestris. requies vbiqz queritur sed in solo deo inuenit et alias nullubi. nō in mundo. nō in purgatorio. sed solū in celo empirreo vbi est diuine faciei fruitio. August. in libro confes. Requiescite in deo et quieti eritis. non est enim hic requies vbi queritis eū Querite eum quem queritis. sed non est vbi queritis. beatā em̄ vitā queritis ī regiōe mortis sz non est illic. Idem. Domine fecisti nos ad te et inqetū ē cor nostrū donec requiescat in te. Et merito patienter sustineamus iugum laboris eius. quia post laborē sequitur requies Eccī. li. Modicū laboraui et inueni mihi multam requiem. modicū enim est quidquid hic sustinetur. respectu quietis eterne que sequit

Et isti scz patientes inuenient xp̄m cū regibꝫ in matris gremio. Math. ij. Inuenerūt puerum cum maria matre eius. quia magi patienter et volūtarie iugum dñi subierunt q̄rendo eum. et parati erant pati ꝓ eo. cōfitentes eum regem iudeorū coram herode crudelissimo rege ut detur nobis sustinēdi et patiēdi exēplū. Job. xxiij. Quis mihi tribuat ut cognoscam et inueniam illū. et veniā vsqꝫ ad solium eius i. crucem vel su ꝓpliciū vbi xp̄us suum ostēdit regnum. (S) Quarto inuenit̄ a dulciter diligentibus. ꝓuer. viij. Ego diligentes me diligo. et qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Ideo maria inuenit hiesum. qꝛ ex dilectōne nimia mane venit cum adhuc tenebre essent ad monumentū. Sic etiam inuenit euꝫ sponsa que similiter cū dilectōis feruore quesiuit eum. Cauticorū. iij. Num quem diligit anima mea vidistis. Paululū cum ꝑtransissem eos inueni quē diligit anima mea. Et sic maria Johan. xx. auersa ab angelis vidit ihm̄ quia anima diligēs reiectis creaturis ad creatorē cōuersa cum humilitate et deuotōe penetrat celū et inuenit hiesum. Isti scz sic diligētes cum sponsa inueniūt hiesum cū sodalibus in secreto colloquio. Canticoꝝ vlti. Quis mihi det te fratrē meū sugētē vbera mr̄is mee. vt inueniā te foris et deosculer et iam me nemo despiciet. Inuenit̄ enim ꝑ dilectōeꝫ. i. Joh. iiij. Deus charitas est et qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. et talem nemo despiciet. qꝛ dicit aug. Cū charitate nemo dānatur. sine charitate nemo saluatur. Idcirco habe charitatem verā et habebis deū. ad ephe seos. iij. In charitate radicati et fundati. Rō romanoꝝ. viij. Scimus qm̄ diligentibꝫ deū omnia cooꝑantur in bonū.

De eadem dominica Sermo. xxxv

Pater tuus et ego dolentes querebamus te. Luce. ij. (T) De quāto thesaurus dignior et p̄ciosior. tanto in eius ꝑditōe tristicia oritur maior. Spūaliter. sic gratia dei est magnus thesaurus sine q̄ non emitur regnū celorū. Math. xxv. Omni habenti dabitur et abundabit. Glo. habenti gratiam dabit̄ gloria. et abūdabit totius beatitudinis adeptōe. quia dicit aug. de natura ⁊ gratia. Sine gratia nec infantes nec etate grādes seruari possunt. Ideo si iste thesaurus perditur ꝑ peccatū magna debet esse hoīm tristicia De quo petrus de tharentasia. sup li. ij. sentētiarum. In voluntate mentis plus debet displicere peccatum q̄ꝫ amissio omnis rei tꝑalis. Et dicit in voluntate nō in sensualitate. quia euenit aliquando q̄ ꝓ tꝑali damno plus mouetur sensualitas. sed in voluntate debet esse talis dolor. Ratio. quia sicut deꝰ debet nobis sup omnia placere. sic amissio gratie eius sup omnia displicere. eo q̄ dicit aug. in enchiridion. Sola gratia discernit redemptos a ꝑditis Idcirco amissa dolenter requiri debet. sicut maria quesiuit filiū dicens. pater tuus et ego ⁊c̄ In summa euangelij duo tangunt̄. Primo pueri hiesu amissio dolorosa. Secūdo eꝰ reinuentio gaudiosa. Primū patet in principio. secundū ibi. factum est post triduū. De primo dicit. cum factus esset hiesus annorum duodecim. (U) Nota mistice. boni et ꝑfecti et cōtemplatiui homines cōceperunt hiesū ꝑ bonam voluntatē. et pepererūt ꝑ bonā operatōem. educauerunt ⁊ cibauerūt xp̄m ꝑ volūtatis diuine executōem. creuit et confortatus est ꝑ sustinentiā et patientie fortē toleratōem quousqꝫ factus est annorū duodecim. i. vsqꝫ cū ꝓfecerunt ad. xij. fructus spūs. De quibꝫ apl̄ns. ad Galathas. v. Fructus spūs sancti charitas scz dei. gaudium de puritate cōsciētie pax. i. concordia ꝓximorū. patientia scz in aduersis. longanimitas. id est ꝑseuerantia. bonitas. id est dulcedo mentis ad ꝓximū. benignitas ignita scz bonitas in largitōne bonorum. mansuetudo scz in verbis. fides. i. ut ꝓximus in eo confidat. modestia. i. ponere modum in factis et dictis. continentia scz ab illicitis. castitas. i. recte vti licitis. Hij sunt duodecim fructus. Apocalipsis vlti. in ligno vite. i. in homine contemplatiuo. Vel sic. xij. annorum hiesus est. cum habes ꝑfecte exercitatōem duodecim operū misericordie. scz sex corporaliuꝫ et sex spūalium. de quibus in canone. xlv. di. et sunt verba augu. Due sunt elemosine. vna cordis alia pecunie. Elemosina cordis multo maior est q̄ꝫ elemosina corꝑis. Charitatis elemosina sine terrena substātia sufficit. Illa vo

que corpaliter datur si sine benigno corde tri/
buitur omnino nõ sufficit. Elemosine siue mi
sericordie cordis habentur in hoc metro Con
sule castiga solare remitte fer ora et habẽtur se
cũda secũde. q. xxxij. ar. ij. Silr et corporalis
elemosine opera habent in hoc versu. Visi/
to cibo poto tego colligo condo. Attamen ele
mosina spũalis maior est q̃ corporalis. ut ĩ ca
none vbi supra. nisi in certo casu. ut tpe sum/
me necessitatis. De quo thomas loco quo su
pra. ar. iij. Puta magis esse pascendũ fame
morientẽ q̃ docendum. Ambro. Si non pa/
uisti occidisti. Et sic cum homo in illis pfectus
est tunc hiesus saluator duodecim annorũ ẽ.
et ascendit cum talibus cõtemplatiuis et pfe/
ctis in hierusalem. scz cum gustare eos facit in
contemplatõe hierarchicũ amorẽ. quia deus
est liberalis in suis bonis. nam his qui sibi fi/
deliter seruiũt nõ vult celare archana sue in/
terne dulcedinis quin velit eis aliqualiter cõ
municare. ut patet in moyse iacob et in abra/
ham cum aliqua bona pfecerunt statim conso
labantur diuina p̃sentia. Unde moyses visa
gloria dñi facies eius adeo resplenduit vt et
filij israel non possent intueri eum. qua ꝓpter
velamen posuit sup faciem suã. Exodi. xxxiiij.
Similiter et iacob. Gen̄. xxxij. dixit. vidi do/
minũ facie ad faciẽ. Unde damascen⁹. li. ij. c.
iiij. Quia deus bonus est et sup bonus nõ est
contentus contemplatõe sui ip̃ius. sed ex abũ
dantia bonitatis sue voluit nos facere pticipes
sui. qnos ex nõ esse ad esse ꝓduxit. Propter
quod exclamat Anshelmus dicẽs. O altitudo
bonitatis tue deus. videt vnde sis misericors
et non puidetur. cernitur vnde flumen ma/
nat sed nõ pspicitur. nam de plenitudine boni
tatis est. quia cũ peccatoribus pi⁹. et in altitu
dine bonitatis tue latet. qua ratõe hoc est. Id
circo gustemus suauitatẽ bonitatis eius. et as
cendamus in hierusalẽ de qua ad Galathas
iiij. Illa autem que sursum est hierusalẽ libe/
ra est que est mater nostra (x) Pro quo sci
endum q̃ sicut. xv. gradibus ascendebatur in
templũ materiale et corpale in hierusalem. sic
spũaliter. xv. sunt gradus quibus fit ascensus
in hierusalem celestẽ. p̃s. lxxxiij. Ascensiones
in corde suo disposuit in valle lacrimarum in
loco quem posuit. Primus gradus est nolle
peccare mortaliter. Eccl̃. xxi. Fili peccasti. non
adijcies iterũ. sed de pristinis dep̃care vt tibi
dimittant̃. quia mortaliter peccare nõ est ascẽ
dere in hierusalem. sed descẽdere in babilonẽ
i. in confusionem eternã. ij. Corin. vi. Que p/
ticipatio iusticie cũ iniquitate. aut que socie/
tas luci ad tenebras. que aũt cõuentio xp̃i ad
belial. quasi diceret nulla. Secundus gradus
est occasiones pccoꝝ vitare. ut locũ. tp̃us pso
nam. quia occasio nonnunq̃ facit furez. q̃ oc
casiones peccandi inducunt ad peccatũ. ut dis
solutõnes vanitates curiositates. Sed dice
res. quid est curiositas. Respondet Anshel/
mus in libro de similitudinibus. est diligentia
pscrutandi ea que scire nulla est vtilitas. Sic
dyna filia iacob egressa ut videret mulieres
regionis samarie. oppressa est a Sychen filio
Emor. Propter quod dixit zara q̃ vitasset
curiositates et leuitates. Thobie. iij. Tu scis
domine q̃ nunq̃ cum ludentibus miscui me.
neq̃ cum his qui in leuitatibus ambulãt par
ticipem me p̃bui. Nam licet leuitas vanitas
dissolutio et huiusmodi nõ iudicẽtur aliquan
do magnum peccatũ. tamen impedimento sũt
ꝓfectui et contẽplationi. Augustinus sup ca/
nonicam iohãnis omelia prima. Peccata le/
uia noli cõtemnere. sed cũ attendis ingemisce
Rationẽ ponit Bern̄. ĩ libro de p̃ceptis Pec
cata venialia licet nõ occidant animã tamẽ pu
stulis horrenda scabie deformant sicut musca
cibum. et sicut puluis impedit in visione cla/
ra ip̃m oculum. De quo Isidorus de summo
bono. Oculus quẽ puluis clauserit alta con
spicere non poterit. Sic et venialia etiam im
pediunt visionẽ diuinã nisi anima ab his pur
getur. Apoca. xxi. Nec intrabit in eã aliquid
coinquinatum. Mathei. v. Beati mũdo cor
de. De quo etiam habetur in ca. d̃ ꝯse. di. iiij
non potest. Et sunt verba Crisost. Nõ potest
quis vite celestis gratiã accipe nisi purgatus
fuerit ab omni sorde peccati scz mortali et ve/
niali. Anshelmus in oratõibus non reputas
paruũ quod exonerat deum. (y) Tercius
gradus est correctõnes libenter suscipe et cũ
amore etiam a minimo. Bern̄. Non est contẽ
nenda correctio. quia est anime sanitas. ⁊ via
dei ad animã. Propter quod dicit Criso. su
per Math. Increpatio discipline religiosũ
hominẽ facit religiosiorem Quartus malum
exemplũ non p̃bere. Criso. Omnia agamus

ne scandalisetur primus. et Math. xviij. Ve homini p quem scandalum venit. Symon de cassia. Ve in sacra scriptura est eterna damnatio. Propter quod hortatur ad phili ppen. ij Sitis sine reprehensione in medio natōnis prave et puerse. Et. i. petri. ij. Conuersatōem vestram inter gentes habentes bonā. sm doctrinā saluatoris. Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrū qui in celis est Dicit coram hominibus. quia non est pfectionis solum in occulto sed etiam in publico. Gregorius. Qui in occulto bene viuit carbo est. qui autē lumen sanctitatis demonstrat lāpas est. quia sibi ardet et alijs lucet. Nam sm Crisosto. Tantum lucere vanū est. tantū ardere parum est. sed lucere et ardere bonū et pfectum est. (3) Quintus gradus est vnicuiq misericordiā impendere cui potest. Thobie. iiij. Quomodo potueris ita esto misericors. Ratio puer. iij. Misericordia et veritas non te deserant circūda eas gutturi tuo et describe in tabulis cordis tui. et inueies gratiā et disciplinam bonam coram deo et hominibus Bern. Parum proficit qui alteri pdesse nō cupit. Sextus gradus est oblatos honores non diligere. nam honores non querere nec petere est incipientiū. sed non diligere cū offeruntur est pficientiū. Bernardus. Non est magnū gloriā mundi nō petere. sed est magnum cum offertur deliciose nō suscipere. sicut hester. c. xiiij. dixit. Tu scis necessitatem meā quia abominer signum superbie et glie mee. quod est sup caput meum scz corona regni Septimus gradus est deum p oculis semper habere. Thobie. iiij. Omnibus diebus vite tue in mente habeto deū. quia p hoc vitat malum et diligentius agit bonum. Nā vt inquit Bohetius de cōsolatu philosophico. Magna indicta est nobis necessitas pbitatis cum cuncta agamus ante oculos iudicis cūcta cernentis. quia ex hoc oritur timor eius qui retrahit a malo. Ecci. i. Timor dñi expellit peccatum. Prouer. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. Rationē dicit Bern. In veritate nil didici ita efficax ad gratiā dei pmerēdam nutriendā conseruandā sicut nō alta sapere sed timere. (A) Octauus gradus viliorem se omnibus reputare. sicut fecit apls prima Corin. xv. Ego sum minimus apostolorum. et nō sum dignus vocari apls. Crisostomus. Qui vero corde est humilis indignior reputat se alijs. Nam pfecti nō magnū estimant q seruiunt deo. sed hoc maxime reputant q deus dignatur eos optare in seruos. Et hoc facit hominē ascendere in hierusalem sursum. De quo Dyonisius de angelica gerarchia. Quāto quisq in se humilior tanto deo ppinquior. Nonus gradus est consolationes mūdi fugere. dicendo cū ps. lxxxvi. Rēnuit consolari anima mea memor fui dei et delectatus sū. Talis fuit Augustinus in soliloquio. petens et dicens. O summa veritas vnum pcor a te. ut in nullo me cōsolari pmittas q in te. peto ut omnia mihi amarescant et tu solus dulcescas. quia cōsolatio mundi aufert homini consolatōnem dei. De quo Augus. in libro confessionū. Gaudiū diuine dulcedīs non gustas si carnali ac mundiali cōsolationi consentias. Decimus gradus est nulli malū p malo reddere. puer. xx. Ne dicas reddam malū p malo expecta dñm et liberabit te. Nā ipe dixit Deutro. xxxij. Mea est vltio et ego retribuā. Idcirco scribitur Leuitici. xix. Non queras vltōnem nec memor eris iniurie. Ecclesiastici. xxviij. Qui vindicari vult a dño inueniet vindictā et peccata illius seruās seruabit. (B) Undecimus gradus odiētes diligere. Math. v. Diligite inimicos vros et benefacite hijs qui oderūt vos. Augustinus. Magnificentissime bonitatis est diligere inimicum. Ideo apls ad Ro. xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illū si sitit potum da illi. qz sm Remigiū. pfectio dilectōis vltra dilectionem inimicorū non pt se extendere. August. Dilige inimicos et eris dei amicus. et dicet tibi. amice ascende supius. Luce. xiiij. Et erit tibi gloria. Duodecimus gradus est tribulationem lete suscipe. Jacobi. i. Omne gaudiū fratres existimate cum in temptatōes varias incideritis. pbatio enim fidei vestre patientiam opatur. patientia aūt opus pfectum habz ut sitis pfecti et integri in nullo deficientes. Luce. xxi. In patientia vestra possidebitis animas vras scz in vita eterna. Grego. Tāto spes solidior surgit. quanto quis grauiora pertulit. Quod cognoscentes apli Actuum. v. Ibant gaudētes a conspectu concilij quoniaz

digni sunt habiti ꝓ nomine hiesu contumeli-
am pati. Tredecimus gradus est frequenter
oratōi insistere. quia inter omnia exercicia spi
ritualia nihil magis habilitat mentem ad as-
cendendum q̄ oratio. Dicit enim Dama-
scenus. Oratio est mentis in deum eleuatio
Augustinus. Deus spiritus est. et secundu3
spiritum ferimur in deum quod est in homine
supremum et optimum. Propter quod di-
cit Hieronimus. Sicut militi sine armis ad
bella procedere non cōuenit. sic nec christia-
no sine oratione. Lu. xviij. Qm̄ opt3 sp̄ ora
re et nō deficere dic̄ glo. Sp̄ orat q̄ nō cessat
benefacere. (C) Quartusdecimus gra-
dus est deum alte desiderare. dicēdo cū psal.
Domine ante te omne desiderium meū. nam
si verbis deficit orando. non tamen deficere
debet mente desiderando. Quia dicit Gre-
gorius in moralib. libro. ij. capitulo. xi. Ani-
marum verba sunt ip̄a desideria. Et scd̄m au
gustinum sup̄ psalmistā. Si lingua taceat q̄
desiderat corde clamat. sicut fecit Moyses cui
tacenti et desideranti dictum est. Exodi. xiiij.
Quid clamas ad me. psal. ix. Desideriū pau
perum exaudiuit domin⁹. Quintusdecimus
gradus est per mentis excessum gloriā dei cō
templari. psal. lxxxiij. Videbitur deus deorū
in syon. id est in contemplatōne diuine essen-
tie. Johannis. xvij. Hec ē vita eterna ut cog
noscant te solum verū deum et quem misisti
hiesum christum. Ideo quicunq3 ascendere
vult in hierusalem celestem in contemplatio-
ne nunc debet se exercitare. Quia dicit For
tunatus. Nequaq̄ se deus deuote anime ap-
plicat et inclinat nisi in p̄senti totam se erigat
Ideo dicitur deuotis animabus illud quod
dictum est filijs israel Numeri. xiij. Ascendi-
te per meridionalē plagam. id est per feruida3
dilectōnem. quia contemplatio includit in se
cognitōnem et dilectōnem. Richardus. Se
cundum mensurā dilectōnis dispensatur mo
dus manifestatōnis. Et sic per contemplati-
onem scilicz debemus explorare terrā celestis
hierusalem. Quia scribitur in figura Deutr.
xi. Terra autem ad quam ingredieris possi-
dendam non est sicut terra egipti. id est huius
mundi. sed fluit lacte et melle. quia ibi erit fru
itio diuinitatis et humanitatis. Bernardus

Plenum erit omni dulcedine videre homi-
nem et hominis conditorē. Idcirco ascenda
mus nunc. quia dicit Hugo. Quanto ma-
gis crescit mentis ascensio. tanto et dei cogni
tio. ibi etiam agitur leticia solennitatis eterne
psal. lxxv. Diem festum agent tibi. Hanc as
censionem cōtemplatōnis eterne debem⁹ hic
incipere in contemplatōne amenitatis spiritu
alis. Quia dicit Richardus libro. i. de con-
templatōne. Quid dulcius et iocundius q̄
gustare et videre quoniā suauis est dominus
(D) Subditur. Cōsummatis omnibus
redierunt. sic a contemplatōne celestium viri
sancti nōnunq̄ ad seip̄os redeunt et ad actus
corporales. nam amenitas contemplationis
non diu potest stare. Ratio prima. quia talis
gustus dulcedinis est merces laboris. et ergo
per quēdam gustū ostēditur amatoribus sed
non plene communicatur. quia hic est status
laboris. et nō quietis. q2 dicit Gre. Plerūq3
qui plus in cōtemplatōe rapit̄ cōtingit ut am
plius in temptatōibus fatiget̄. Sicut quibus
dā sepe bn̄ ꝓficiētibus cōtingere solz q̄rū mē
tem dū aut cōpunctio afficit. aut cōtemplatō
sup̄ semetip̄am rapit statim etiā tēptatio seq̄t̄
ne de his ad q̄ rapit̄ extollat̄. Ratio scd̄a. q2
si diu staret tunc exterior homo deficeret ⁊ mo
reretur. quia in tali gustu consolatōnis sp̄us
diuiditur ab anima. De quo Richardus. ni
hil in creaturis hac diuisione mirabilius cer-
nitur vbi illud quod essentialiter est vnū atq3
indiuiduum in seip̄m quadam p̄ticione secer-
nitur. Anima enim que quodāmodo quid a-
nimale est remanet. spiritus spirituale ⁊ ad sū
ma euolat. et si ibi diu staret animalitas defi-
ceret et corpus moreretur. Unde Gregori⁹
quinto moraliū. capl̄o. xcij. sup̄ illud Job. iiij.
Et cum spiritus me p̄sente transiret inquit.
Nobis p̄sentibus spiritus transit quando in-
uisibilia cognoscimus. et tamē hec non soli-
de sed raptim videmus. Neq3 enim in suaui-
tate contemplatōnis intime diu mens figit̄.
quia ad semetip̄am immensitate luminis re-
uerberata reuocatur. Cūq3 internam dulcedi
nem degustat amore estuat. ire sup̄ semetip̄a3
nititur. sed ad infirmitatis sue tenebras fracta
relabitur. et magna virtute ꝓficiēs videt quā
videre non possit hoc quod ardenter diligit.

nec tamen ardenter diligeret nisi aliquatinus videret. Non ergo stat sed transit spiritus. quia supernā lucem nostra nobis contemplatio et inbiantibus aperit et mox infirmantibus abscondit. Tercia ratio. quia continuatio talis gustus primum est beatis non viatoribus. Quia dicit Gregorius sup ezechielē. Cōtēplantes hic amoris diuini flamis aliquatenus ardemus. sed ibi plenarie ardebimus. vbi videbimus quē amamus. ignis enim ei? in syon. i. in speculatōe vel contemplatōe. sed caminus in hierusalē. i. in pacis visione. Hz recedentibus parentibus remansit puer ihesus in hierusalem. hoc fit cum de contemplatione quis descendit in actōnem. hijs etenim tunc vita et actio apparent esse laboriosa. Tales enā putant hiesuz esse in comitatu quātō post gustum celestium consūmant opera magis ardua. et intelligunt q̄ ex se non sufficiunt sine eius presentia et cooperatione. sicut magdalena que pondus corporis christi volebat portare. Johannis. xx. Si sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum. et ego eum tollam. Sed tunc primo q̄piunt se peccasse cum quando percipiunt difficultare in bono opere. (E) Quibus christus absentat se triplici de causa. Primo ut amor probetur. nam quanto a nobis deus dilectior est. tanto in amissione maior dolor. Secundo ut desiderium augeatur. Gregorius. Sancta desideria dilatōe crescunt. et animā capaciorem reddunt. Tercio ut gratia maiorem. Johannis. xvi. Expedit vobis vt ego vadā. quia alias mens tali dulcedine contenta que modica est ad futuram gloriam minus valis efficeretur. sicut Petrus Matthei decimosexto. Bonum est nos hic esse. nescies quid diceret. Sed quando subtrahit se tunc actio laboriosior constantior labor et deo gratior et desiderium feruentius erigitur. Sed hiesuz taliter perdidum tales sepe querunt inter cognatos et notos scilicz dum querunt satagere et sufficere sese credunt ad ardua opera per industriam proprie ratōnis vel confortatōes humane consolatōnis vel laute cibatōnis. sed hiesum minime inueniunt. dum sic recurrūt ad vana et transitoria subsidia. Job. xxviij. Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Bernardus. Delicata est diuina consolatio non datur admittentibus alienam. Nam sicut Petrus ambulans sup mare Matth. xiiij. cepit mergi. quia dubitauit. sic et xp̄us fideles suos temptationibus nonnunq̄z succumbere p̄mittit docendo q̄ omnem fiduciam in eo habeant et nihil de humane nature ratōne viribus consilio vel auxilio p̄sumant. sed reuertātur in hierusalē sicut maria et ioseph. Et hoc fit cum in difficultate arduorum totam spem in deum ponunt. dicendo cum psal. cxx. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. Crisostomus. Voluntas debz ad deum erigi et gratiam implorare. Nam sicut terra sine pluuia. sic homo sine dei gratia. (F) Et quesierunt post triduū. Primus dies est cognitio effectuum exterior scilicz in creaturis. et eum querere p̄ vestigia. De quo ad Romanos. i. Inuisibilia enim ipius a creatura mundi p̄ ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Nam clarus est sol clarior est eius factor. Si delectabilis est creatura multo magis creator. Sapiētie. xiij. Si virtutē et opera eorum mirati sunt. intelligāt ab illis. quoniam qui hec facit fortior est illis. A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Sed sic quesitus non inuenitur. quia omne quod creatum est potest hominē ad deum dirigere. sed non deū presentare. Augustinus quinto libro confessionū. Interrogaui mare celum solem lunā et stellas. responderunt. Non sumus deus ni?. ipe fecit nos et non ipi nos. Sunt enim quasi radij sui splendoris et bonitatis. De quo Bernardus sup cantica. Tanta formarū varietas in rebus creatis quasi quidā radij diuinitatis. Secundus dies in quo queritē est in uestigatio per scripturas Johannis. v. Scrutamini scripturas. quia vos putatis in ipsis vitam eternā habere. et ille sunt que testimonium phibent de me. Nam scriptura sacra est lux demonstrās nobis viam. Propter q̄d dicit Dyonisius li. i. celestis gerarchie. Impossibile est nobis lucere deum et lumen diuinū nisi sub velamine scripturarū. Ideo dicit Crisostomus sup Matthēū. sup illo verbo. Omnia parata sunt. in sacra scriptura reperiūt omnia salutez cōcernentia. ignorās inuenit q̄d discat. p̄tēp

quod timeat laborãs quod sperat. querẽs qđ desiderat. Et sic qui querit inuenit eum quez quesiuit in medio doctorũ. (G) Tercius dies in quo queritur est ymago sua et anima tua. quia dicit Augu. de spiritu et anima. Inter res a deo factas anima est deo ꝓxima. Et ergo in aĩa est querẽdus dicẽdo cũ sponsa canticorũ. iij. Surgam et circũibo ciuitatẽ. i. aĩaz ꝑ vicos et plateas querã quẽ diligit aĩa mea Per ciuitatem hoc fit quando seipam diligẽter inquirit quid sit ꝑ culpam. quid fuit ꝑ gratiam aut quid sit ꝑ negligẽtiam. quid ꝑ reparationis beneficentiã. Tunc autem querit ꝑ vicos et plateas dilectũ quem desiderat quãdo querit intra se quid afficiat suum affectum quid eius occupet intellectum. et sic querendo inuenit se in rebus vanis occupari. et illorum turpi dilectõne affici. et quem querit dilectum minime inuenit. Tunc sequit̃. inuenerunt me custodes ciuitatis. id est angeli. ps. xc. Angelis suis mandauit de te ut custodiãt te in om̃ibus vijs tuis. Illi inueniunt animã tali modo querentẽ quando suis ministerijs succurrũt. Percusserunt me. id est timorẽ diuinum incusserunt. Job. ix. Verebar om̃ia opera mea sciens ꝙ non parceres delinquenti Vulnerauerũt me scz iaculis compunctõnis. Tulerunt palliũ meum. id est faciũt me om̃ia temporalia respuere et cõtemnere. Ad philippenses. iij. Omnia detrimentũ feci et arbitror ut stercora ut xp̃m lucrifaciã. Quarta dies ẽ transitoria transcendere. Dyonisius. hoc fit cum ꝑ mentis excessuz homo ab omnibus terrenis absolutus sursum fertur ad diuini fulgoris supsubstantialẽ radium. et ibi inuenitur. Fortunatus. nequaq̃ deus deuote anime se applicat et inclinat. nisi totam se erigat in cõtemplatione. Ideo subditur in canticis. paululum cũ ꝑtransissem inueni quẽ diligit anima. Paululũ sunt omnia transitoria. que nihil sunt ad comparationẽ dei et eternorum. tunc inuenitur in medio doctorũ cum exultat animus clarescit intellectus. cor letificat̃ mẽs iocundatur. desideriũ bonum angmentatur. Hugo. Ille est dilectus anime qui visitauit te. venit inuisibilis ut te tangat te moueat. nõ vt totus se infundat. sed ut gaudiũ p̃beat. non ut desideriũ impleat. sed ut affectum trahat. et sic manet cum illis subditus eis. quando eos conseruat in gratia. et perficit voluntates eorum. ip̃is augendo virtutes continuando ut finaliter ꝑseuerent. Et tunc implebitur in deuota anima illud Richardi de sancto victore. Ad omnem laborẽ hilarescit laboratnec lassescit. festinat nec deficit. laceratur et nescit deridetur et non aduertit. qui talis hic hiesũ inuenit.

Dominica ~~di~~ sc̃ta post octauas Epiphanie. Sermo. xxxvi.

Manifestauit hiesus gloriã suam. scribitur Johannis. ij. caplo. Et legitur in p̃sentis dominice euangelio. (H) Dicit Aristotiles. ꝙ causa cognoscit̃ ꝑ effectum. Spiritualiter sic christus deus qui est causa omniũ bonorũ Johannis. i. Omnia ꝑ ip̃m facta sunt. et cognitus est per effectus operũ suorũ. Primo in eo ꝙ bonus est cognitus ꝑ effectum. Marci vij. Bene omnia fecit. Secundo ꝙ potens quia mirabilia fecit. Luce. v. Repleti sunt timore dicentes. quia vidimus mirabilia hodie. Tercio ꝙ deus est. quia fecit magnalia. et hominibus impossibilia. Johãnis. xv. Si opera non fecissem eis que nemo alius fecit. peccatum non haberẽt. Dicit enim sanctus thomas parte tercia. q. xliiij. articulo. iiij. Signa et miracula christi ordinabant̃ ad hoc ut virtus diuinitatis in ip̃o cognosceret̃ ad salutem Et. q. xliij. articulo. iij. Miracula facta sunt a christo ꝓpter confirmatõnem doctrine eius. et ad ostendendũ virtutẽ diuinã in ip̃o. Propter quod dicit Johannis. x. Si non facio opera patris mei nolite mihi credere. si autem facio et si mihi non vultis credere operibus credite ut cognoscatis et credatis. quia in me est pater et ego in patre. Et sic primo gloria diuinitatis cognoscebatur in christo per effectum mirabilẽ. quia conuertit aquam in vinum. De quo thema. Manifestauit hiesus gloriã suam (In summa euangelij duo innuuntur. Primo p̃paratio conuiuij nuptialis. Secundo vocatio conuiuarum salutaris. Primum ibi. nuptie facte sunt in chana

galilee. Secundū ibi. et erat mater hiesu ibi
De primo dicit. in illo tpe scz anno. xxxi. eta
tis xpi post annum baptismi postq̄ hiesus oñ
sus fuit testimonio Johannis dicēs. Ecce
agnus dei ſtatus cū duobus discipulis. qui
primo sequebantur statim post hiesum. et v̄
nus fuit andreas qui inueniens fratrē suū pe
trum dixit ei. Inuenimus messiam. quod est
interptatum christus et adduxit eum ad hie
sum. Joh. i. Post hoc secundo die xpus vo
cauit philippum dicens. sequere me. ⁊ statim
secutus est eum. ⁊ philippus adduxit nathana
el. Et sic tercia die quo dixerat iohānes bapti
sta. ecce agnus dei. tunc facte sunt nuptie in
chana galilee ¶ J ¶ Sed diceres. cu
ius fuerunt nuptie. Respondet Hieronimus
in plogo sup Johannē. q̄ iohānis euangeli
ste in hijs verbis hic est discipulus quē volē
tem nubere vocauit hiesus a nuptijs. Hoc si
militer testat ecclesia canendo et legendo. Jo
hānes hiesu xpi multum dilecte virgo. tu ei?
amore carnalē parētem reliquisti. Tu lene cō
iugis pectus respuisti messiam secutus. Ideo
dicit Ambro. Non videtur verisimile q̄ ma
ria fuisset ibi nisi multū attinuisset De sponsa
vero aliqui dicunt q̄ fuisset maria magdalena
⁊ diues. Johannes vero filius piscatoris et
paup. Et pauptas in defectu vini in nuptijs
ostenditur. Magdalena igitur cum fuit diues
et martha. quida non neglexissent q̄ vinū de
fecisset. Et ergo nō videtur q̄ fuerit magdale
na. attamē que fuerit euangelista obticuit. id
circo nobis de hoc q̄rere multū et sollicitos es
se non licet. Sed diceres. cū Ambro. dicit v
ginitas est integritas corpis cum ꝓposito con
tinentie mentis. quō tunc iohannes existens
virgo voluit nubere et cōsentire in actum car
nis. Respondet q̄ nullo modo cōsensit absq̄
xpi. Unde xpus vocauit iohannē ante copu
lam carnalem ad designandū id quod dic̄ ma
gister in. iiij. di. xxvij. q̄ vni psonarum licz ei
re ante copulam carnalē. ut refert Hieronim?
de machabeo. q̄ machabeus inter xpi bremi
tas ꝑcipuus. celebrato nuptiarū conuinio cū
vesperē thalamū esset ingressurus ex vrbe egre
dies transmarinā petijt et bremi solitudinez
sibi elegit. Beatus etiam alexius similiter et
nuptijs diuina gratia vocatus sponsam dese
ruit. Similiter legit̄ de fratre regis vngarie
cui apparuit beata virgo. ut legitur in miracul̄
de conceptōne beate virginis. Et hoc est verū
ante consūmatōnem matrimonij. Ratio quia
dicit sanctus thomas in quarto. dist. xxvij. q.
i. arti. iij. questiuncula. ij. in responso principa
li. Sicut duplex est coniunctio matrimonij.
scz spiritualis et carnalis. Spiritualis fit per
consensum animorū que matrimoniū incipit
et inchoat. carnalis p cōmixtionem sexuū que
matrimoniū consūmat. xxvij. q. ij. c. qua ꝓpter
Sic duplex est mors dissoluens hanc dupli
cem coniunctōnem scz spiritualis et carnalis.
Spiritualis qua homo moritur mundo. per
ingressum scz religionis. hec soluere potest cō
iunctōnem spiritualem que est in matrimonio
iniciato. Sed mors carnis soluit coniunctio
nem carnalem et matrimoniuz consummatū.
idcirco matrimoniū inchoatum pōt solui per
ingressum religionis vel p emissionē solennis
vōti castitatis in manus ꝑlati quasi astringen
do se alicui religioni. Illa vero ꝑsona que in
seculo manet pōt cōtrahere cum alia. ut dicit
sanct? tho. sup. iiij. vbi supra. questiūcula. iij.
in rñso principali. et habet̄ in canone. de con
uer. coniuga. c. vezū. ¶ R ¶ Item dicit ter
cia die nuptie facte sunt ad denotandū q̄ tres
speciales dies. i. conditōnes requirunt̄ ad di
gnam cōtractionem matrimonij. Primus di
es est publicatio coz̄ ecclesia ut habet̄ in ca
none. xxx. q. v. c. ij. null? fidelis cuiuscunq̄ cō
ditōnis sit occulte nuptias faciat. sed accepta
benedictōe a sacerdote publice nubat in dño
Et habetur de clādestina desponsatōe. c. cū in
hibitio. vbi dicit. Clam destina matrimonia
penitus inhibemus. ꝓhibentes etiā ne quis sa
cerdos talibus interesse ꝑsumat. Glosa. Clā
destinum matrimoniū est quod fit nōdū pre
missa denūciatiōe ꝓpter impedimentum. Et
alijs duobus modis. videlicet cū non haben
tur testes. et quando nō fit cum solēnitate. vi
de ibidem de cōiugijs tam clam cōtractis. vi
de. xxx. q. v. ca. si quis. §. hijs ita. vbi dicitur.
q̄ talia non negāntur esse coniugia. nec iubent̄
dissolui. verūtamen ꝓhibentur. et quare vide
ibidē. Secūs dies q̄ debet fieri p verba clara
et manifesta et de ꝑsenti. ut duco te in meam.

ledictus qui dormit cū vxore patris sui. Et ta
libus nō bene succedet. Unde omnes leges
dicunt adulteriū puniendū. Primo lex moy
si Deutro. xxij. Uterq; morte moriat. Ideo
Gen. xx. dñs cōminatus est abimelech mortē
ꝓpter vxorē abrahe. z. ij. regū. xij. Dauid di
cum est. nō recedat gladius de domo tua vs
q; i sempiternū. Secūdo lex euāgelica Mat.
xix. Dico aūt vobis. quia quicunq; dimiserit
vxorem suam nisi ob fornicatōem et aliā duxerit mechatur. z qui dimissaz duxerit mechatur. 3°
Tercio lex aplica. ad Hebre. xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit dñs. et dicetur eis illud Apoca. vl. Foris canes venefici et impudici. Dicit enim Richardus de media villa sup quarto senten. q; mulier adultera triplicit peccat. primo ꝓ furtū. in eo q; falsos heredes substituit et furatur viro et veris heredib⁹ hereditatē. Secūdo peccat ꝓ mendaciū quia frangit fidem ꝓmissam. Tercio cōtra omnem legē dei. vnde licet aliqñ ꝓpter multiplicatōz humani generis ad cultū dei dedicandū licitū fuit viro habere plures vxores. ut patet de abrahām et Jacob. nūq; tñ in lege diuina decuit vnā mulierē plures viros habere. Ideo Innocen. papa. et habet. xxxij. q. v. xpiana. Christiana religio adulteriū i vtroq; sexu pari ratōe condemnat sz q̄ꝫtum ad fractōez fidei sed mulier vltra q̄ꝫtum ad bonū ꝓlis. Idcirco adulteri magnā pēnā habebūt. ut patet in exēplo quod scribit Helynādus. Fuit quidā carbonarius paup sed religiose ac bene viuēs. et comiti dño suo multū familiaris. hic dū quadam nocte vigilādo custodiret fossam suā carbonificam ex toto incensam quedā mulier apparuit sibi nuda currēs. et post eam quidā in equo nigro equitās euaginato gladio ut fugientē apphenderet mulierē que dū fugiēs fossam circūiret pphensa est ab eo et gladio ptossa statim corruit quasi mortua. quā ille ꝓiecit in ignem et cōbustam rursum extraxit. et posuit ante se sup equum et abijt. hoc autem cum pluribus vicibus et noctibus ostensum illi esset ille tandem comiti p̄dicto rem ex ordine enarrauit. at comes vna cū carbonario ad p̄dictum locū venies quadā nocte. et sicut dictum illi erat totū videns apphenso equestro cū recedere vellet quesiuit quis esset. tunc ille inquit. ego sum vester miles. et hec vxor illius militis quem ꝓ meo amore interfecit vt eo liberius meo cōcubitu frueret. nunc ambo mortui sumus. et quia sero in ipa sz morte penituimus. nūc aūt tale tormentum patimur et peramplius ipa q; singulis noctibus a me interficit et cōburit. tantū enim dolorē patimur in ictu gladij quo eam ferio q̄ꝫtum vnq; aliqs in morte passus est. et maiorē inde cōbustionem. Ad hoc comes. quis ē equus ille sup quē sedes. rndit dyabolus ē qui nos torquet. Ut

Dolus aptatus

comes. posset ne vobis aliq̄s succurere. rñdit
imo ꝑ missas orões et elemosinas. Ecce quõ
simul peccantes simul puniuntur. Sapie. xi.
Per que quis peccat ꝑ hec et torquet̃ ¶ S
¶ Sexti qui damnantur sunt qui partum ne
cant. Et hoc dupliciter. scilicꝫ corꝑaliter vel
spiritualiter. Corꝑaliter quattuor modis. pri
mo cum sterilitatẽ ꝓcurant ꝓpter penam par
tus. De quibus Aug. de nuptijs et cõcupiscẽ
tijs. et habetur. xxxij. q. ij. ca. aliquando. et de
homici. c. si aliquis. Secundo dũ in vtero fe
tus nondũ viuificatus expellitur. non dico oc
ciditur. Quia dicit Aug. in libro q̃. ve. et no
ui testa. Et habet̃. xxxij. q. ij. c. moyses. et in li
bro questionũ exodi. et habet̃ vbi supra. ca.
quod vero. et magister in. iiij. di. xxxi. Infor
me puerperiũ animam non habet Unde pri
mum oportet domũ cõpaginari. et tunc habi
tatorem induci. Hiero. ad algasiã. et habetur
xxxij. q. ij. c. sicut semina. et magister vbi sup̃
Semina paulatim formant̃ in vtero. et tam
diu non reputat̃ homicidiũ donec elemẽta cõ
fecta suas ymagines membraqꝫ recipiũt. Un
de versus. Tres sunt in lacte dies bis sunt in
sanguine trini. bisseni carnẽ ter seni mẽbra fi
gurãt. Tercio cũ occiditur viuificatus vel de
lendo ꝑ aborsum. de quibus. ij. q. iiij. c. audi
uistis. et vide ibi glo. sup verbo aborsum. vel
iam natũ opprimendo et suffocãdo ex negligẽ
tia. c. quo supra. vel ex furoris malicia et ira. d̃
quibus extra de his qui fi. oc. ꝑ totum. ꝑterq̃
in vltimo. vbi de oppssis ꝑ negligentiã habet̃
Quarto cum in loco deponit̃ vbi moritur. de
quibus extra de infan. et languid. expositis ꝑ
totum. Unde nulla bestia simile facit imo pa
scunt alienos. ut scribit̃ Hieremie. xvij. Per
dix fouet que nõ peperit. imo ut legit̃ in histo
rijs. Cyrũ regem ꝑsarũ lupa lactauit. Ideo ꝯ
querit̃ Crisꝰ. dicẽs. Nulla in hoc mũdo bestia
peior muliere mala. Ecclesiastici. xxv. Breuis
oĩs malicia sup̃ maliciã mulieris ¶ T ¶ Se
cũdo aliqui occidũt partũ spiritualiter. Et hoc
multis modis. Primo cũ in baptismo negli
gũt. et tunc nõ erit eis salus. Joh. iij. Nisi q̃s
renatus fuerit ex aqua ⁊ spũ sancto nõ p̃t intro
ire in regnũ dei. Et habet̃ in canone de conse.
di. iiij. nulla. Et sunt verba aug. de bap. paruu
lorũ. Nulla p̃ter baptismũ salus ꝓmittitur in
fantibus. qꝛ infantes si ꝑ sacramentũ q̃d ad h̃

diuinitus est institutũ in credentiũ numeꝝ nõ
transeũt in tenebris manẽt. et p̃nt cõqueri il
lud Trenorũ vlti. Cecidit corona capitis nr̃i
ꝓpterea mestũ factum est in dolore cor nostrũ
Ideo cõtenebrati sunt oculi nr̃i. Secũdo cũ
filios et filias nõ corrigũt male faciẽtes sꝫ pla
cent eis verba mẽdosa scurrilia deceptoria. q̃
quando audiũt tacent. ⁊ ut habet̃ de p̃sump.
c. nonne. qui tacet cõsentire videt̃. Et faciens
et consentiẽs eadẽ pena cõstringunt̃. ut habet̃
de offi. delega. c. i. Et aplus ad Roma. i. Nõ
solũ qui agũt scꝫ male digni sunt morte. sꝫ eti
am qui cõsentiũt facientibꝫ vt ꝑentes. Et po
sito q̃ pater et mater nunq̃ꝫ ꝑ se peccassẽt mor
taliter si sciãt vel videant filiũ vel filiã peccare
mortaliter si nõ corrigant eternaliter damnan
tur nisi penituerint. et habet̃ de hereti. c. q̃ ali
os. Qui alios dum p̃t ab errore nõ reuocat se
ip̃m errare demõstrat. Tercio cũ malũ exem
plũ p̃bent ꝑ inhonestã cõuersatõem. Grego.
Tot mortibꝫ quis dignus est quot mala exẽ
pla ad posteros trãsmittit. ut ꝑ supbiam acci
diã chorisatõnem inebriatõem et impietatem
quo ad paupes. Hec etenim cernentes filij a
parentibꝫ sequunt̃ plerũqꝫ vestigia eorũ i hu
iusmodi criminibus. Et sic implebit̃ illud p̃s
cv. Imolauerũt filios et filias suas demonijs
Et deutro. xxxij. Imolauerũt demonijs et nõ
deo. Quarto occidũt pueros suos cũ iniusta
bona eis in hereditatem relinquũt. Marci. xiij
Tradet pater filiũ in mortẽ scꝫ cum filius sciẽ
ter possidet bona a patre male acquisita Aug.
Si tenes obolũ teneris a dyabolo. p̃s. xxxvi
Melius est modicũ iusto sup̃ diuitias pecca
torum multas. ⁊c. Quia tales parẽtes dam
nant seipsos et pueros. Eccl̃i. xli. De p̃re im
pio querunt̃ filij quoniã ꝓpter illũ sunt in ob
probrio. Exemplũ ponit arnoldus in li. narra
tionum. q̃ fuit quidam miles bone vite q̃ infir
matus obijt et alius quidã deuotus hõ raptꝰ
in extasi vidit eundẽ militẽ in quadã scala in
inferno stantẽ. et quesiuit ab eo. cur in talibus
penis staret cũ tamẽ nõ fuisset raptor sed libẽ
ter ieiunasset orasset et laudabile testamentuꝫ
post se reliquisset. rñdit miles q̃ solũ ꝓpter a
liqua bona que ab antiquis tꝑibus essent ab ec
clesia parrochiali alienata per suos antecesso
res. et quia illa bona ecclesie non restituit sed
ea scienter possedit ideo et decimus iam esset

in ordine in scala illa locatus. primus vero in infimo. et addidit quotquot de parētela mea illa bona scienter possident ad hāc scalaz pueni ent vbi nulla est redemptio sed eterna damnatio (U) Septimi qui in matrimonio ꝯstituti dānantur sunt qui in timore dei non viuunt Ecclesiastici. i. Qui sine timore est nō poterit iustificari. ut aliqui viuētes bestialiter in matrimonio et actibus eius sicut equus ⁊ mulus in impudicicia. Nā actus matrimonial' pt fieri sex modis. primo causa ꝓlis ꝓcreande ad cultū dei. hoc modo est opus pietatis et nullū peccatū sed magis meritoriū. August. Cōiugalis ꝯcubitus generādi gratia nō habet culpam. Secunda causa reddēdi debitū. hoc mō est actus iusticie. i. Corin. vij. Vxori vir debitum reddat. Similiter autē et vxor viro. Et sic iterū si fit ꝓpter debitū non peccat. Aug. de bono cōiugij Redde debitū et ꝓ sanctificatōe reputabitur tibi. ut habetur. xxxiij. q. v. c. Si dicat. Alias si ex contemptu dimitteret peccaret grauiter. Tercio fit causa fornicatōis vitāde non in se sed in ipa coniuge. et hic actus etiam est licitus et nullū peccatū. Quarto causa delectatōis satiande. et tunc distinguitur. vel illam delectatōem exercet affectu maritali aut fornicatorio. Si affectu maritali utpote ꝙ eaz nō cognosceret si vxor eius nō esset. sic solum peccat venialiter. Si autē affectu fornicatorio vtpote ꝙ etiā ꝯgnoscere vellet si vxor eius nō essz tunc peccat mortaliter. quia tunc istius delectatōis affectus p̄ponitur ipi deo vide. xxxij q. iiij. c. liberorum. Quinto cōmittitur impetuose ex sola libidine ꝓueniens. metas honestatis et ratōnis transgrediēs ut causa satiande libidinis ꝑ meretricias blādicies. et cum vtuntur calidis et incensiuis vt potētiores sint in actu. Et si quis nititur facere cū nō appetit neqz exigit tunc peccat credo mortaliter. Sexto cū cōtra naturā vel vsum naturalē cognoscit tūc mortalissime peccat. Aug. Valde detestabile est mulier accincta gladio vir fuso. Istud peccatum clamitat in celū ꝓpter enormitatē Et inter omnes species luxurie est pessima. nā quinqz sunt species luxurie scz fornicatio adulteriū stuprum incestus et peccatū cōtra naturā. vnde Gre. Grauissime peccant adulteri. sed grauius incestuosi. sed omnes trāscendūt cōtra naturam peccātes. quod est maius q̄z cū q̄s cū ꝓpria mr̄e delinqueret. Aug. de adulterinis cōiugijs. Et habet. xxxij. q. vij. c. adulterij. inquit. Adulterij malū vincit fornicatōem. vincitur autem ab incestu. Peius est enim cū matre q̄z cū aliena vxore cōcumbere. sed omniuz horū est pessimū quod cōtra naturam fit. Vide ibidem et alios tres canones sequentes.

(x) Item non solū sine dei timore viuūt ī opere sed etiam tpe. Nam quinqz sunt tempora in quibus ab actu matrimoniali abstinendum est. primū tpus quadragesimale. xxxiij. q iiij. c. nō oportet. Quia legit in capite ieiunij illud Johelis. ij. Egredieť sponsus de cubili suo et sponsa de thalamo suo. Nam sicut quis ieiunat a cibo corpali sic etiaz a delectatōe carnali. Secundum est tpus quattuor tpm et dies rogationum. Augustinus. tpe ꝓcessionis et ieiuniorum nō licet cōiugibus cōuenire. xxxiij. q. iiij. c. christiano. quia tunc abstinendū ē ab illicitis ut facilius impetret quod postulat Terciū est tempus sacrorū dierū et sacrarum noctiū. eadem. qua. s. c. q̄tiēscūqz. Exemplū ponit in dyalogo Gregorius. ꝙ quedā legitima a viro suo cognita sabbato in nocte ⁊ cum die dñico ꝓcessioni se iūgeret a dyabolo corā omni populo multū vexabat et torquebatur. Quartū est tpus infirmitatis feminarū. i. tēpore menstrui. Hiero. qz tunc cōcipiunt pueri leprosi. Ideo ꝓhibet dist. v. c. vlti. ad concubitum mulieris mēstruate accedere. Quintuz est tpus puerperij. c. eo. quo supra. Aug. ex hoc efficiuntur mulieres steriles. quia semen viri cū sanguine mortificatur. Et hoc maxime cōtingit infra. x. dies si cōueniūt. et hoc valde absurdū est cū bestie irratōnales obseruant tpus. Similiter etiā tpe impgnatōis et vicino partui. Sed diceres. an etiā tpe pregnatōnis potest reddi vel exigi debitum. Respondet Petrus de Tharentasia super quarto sententiarū. Si esse potest sine piculo aborsus reddi pt. et etiā sine peccato exigi quia vsus matrimonij nō est tantum in officiū sed etiam in remediū. Si vero piculum esset in puero existēti in vtero non debet exigi neqz reddi. quia matrimoniū principalius est institutum in officiū q̄z in remediū. Itez dicit aug. ꝙ tpe mēstrui pueri cōcepti efficiunt epilentici ceci claudi stulti et obsessi a demonibus. et tunc patebunt peccata parentum in pueris.

y (y) Sed diceres an peccāt cōiuges in red
dendo debitū in solēnitatibus et ieiunijs. Re
spondet̄ ꝑm Raymundū. exactus omni tēpo
re debet reddere nisi caute et sine ꝑiculo posset
differre et nō peccat. Sed qui exigit in festiui
tatibus cōcupiscentia ductus sine cōtemptu
tēporis vel ordinatōis ecclesie peccat veniali
ter. si vero ꝑtinaciter exigit peccat mortaliter.
sed nō illa ꝑsona que reddit. cū potius vellet
ob reuerentiā dei et sanctorū abstinere. ergo a
criter sunt arguendi isti obstinaces qui temere
exigunt debitū illis diebus sine timore dei. de
hoc etiā vide. xxxiij. q. iiij. per totum. De illis
scribitur Thobie. vi. Hi nāq; qui coniugiū
ita suscipiunt ut deū a se et a sua mente exclu
dant et sue libidini ita vacent sicut equus et
mulus in quibus nō est intellectus habet po
3 testatē demoniū sup eos. (3) Octaui vero
sunt qui matrimoniū contrahūt recta intenti
one et in dei amore et timore viuūt vt docuit
angelus raphael Thobiā iuniorē thobie. vi.
Tu aūt accipies virginē cū timore dñi amo
re filiorū magis q̄ libidine ductus ut in semi
ne abrahe benedictōem in filijs consequaris.
Sed illi qui male cōtrahūt et male viuūt si
ne dei timore et amore nō habebunt filios bo
nos. psal. xxxvi. Iniusti punient̄ et semen im
piorum ꝑibit Sap̄. iij. Ab iniquo thoro semē
exterminabit̄. Et. c. iiij. Ex iniquis omnes fi
lij qui nascent̄ testes sunt nequicie aduersus
parentes interrogatōe sua.

De eadem dominica. Sermo. xxxix

A Nuptie facte sunt in chana galilee Jo
hānis. ij. (A) Pro quo sciendū
quintuplices sunt nuptie. prime in
carnatōis. Secūde redemptōis. tercie dam
natōis. quarte spūalis vnionis. quinte eter
nalis glorificatōis. De quibus Math. xxij.
Simile est regnum celorū homini regi. i. deo
patri q̄ fecit nuptias filio suo. s. vniēdo sibi na
turam humanā. In quibus nuptijs filius dei
est sponsus. ps. xviij. Tanq̄ sponsus dñs. et
humana natura sponsa Isaie. lxi. Induit me
vestimentis salutis et indumēto iusticie circū
dedit me quasi sponsū decoratū corona scilicet
glorie ornatuz monilibus suis scz gratie. quia
magna gratia est facta humano generi q̄ deus
est homo factus. De quo Aug. In rebus per
tpus ortis illa summa est gratia q̄ deus homi
cōiunctus est in vnitate ꝑsone. Similiter et
magna gloria ita vt angeli se amplius ꝑm gre
goriū noluerūt ꝑmittere ab hominibꝰ adora
ri. Thalamus istarum nuptiarū fuit vterꝰ vir
ginalis. paranimphus angelus. Hee nuptie
iniciate sunt in patriarchis et ꝓphetis. In pa
triarchis p̄figurate ut in rubo moysi ardente.
Exodi. iij. In virga aaron frondenti. Nūeri
xvij. In ꝓphetis vero ratificate q̄ ꝑ scripturā
ꝓpheticā exp̄sse Isaie. vij. Ecce virgo concipi
et et pariet filiū. Fuerunt in vltimis tp̄ibꝰ cō
summate ꝑ incarnatōnem. dum virgo maria
p̄buit consensum ip̄i paranimpho angelo di
cens Luce. i. Fiat mihi scd̄m verbum tuum.
Item hee nuptie facte sunt in chana galilee.
quod interp̄tatur zelus. quia in zelo et dilecti
one dei. ad ephe. ij. Propter nimiā charitatē
suam qua dilexit nos deus filiū suum misit in
similitudinē carnis peccati. Ad romanos. viij.
quia licet verā carnem assumpsit tamē pecca
tum nō habuit. ideo eius caro fuit carni pecca
ti similis. Ideo aplus dicit in similitudinem
carnis. et dicit ex charitate. Quia dic̄ Aug.
de cathesisandis pueris. Que maior causa in
carnatōis q̄ ut oñderet dilectōem suaz in no
bis. Et subdit. Si amare pigeat saltē nō rea
mare. Et Orosius. Si homo nō peccasset ad
huc deus ex nimio amore hō factus fuisset. di
cit nanq; glo. sup Math. Sola charitas fe
cit xp̄m incarnari. Planum ergo est q̄ nō mi
nus animā dilexisset innocentē q̄ peccatricem
Ideo licet aliqui doctores dicāt q̄ nō fuisset
incarnatus. hoc intellige q̄ passibilē naturam
nō assumpsisset. adhuc tñ assumpsisset huma
nā naturā. q̄ matrē p̄ordinauit ab eterno. Ec
clesiastici. xxiiij. Ab ītio et ante secula creata
sum. Augustinus. Si deus peccatores non a
maret de celis ad terrā non descenderet Ecce
zelꝰ (B) Iste nuptie facte sunt tercia
die. id est in tercio tempore. Beda. Nō tēpo
re nature neq; tp̄e legis mosaice. sed ī tp̄e gr̄e
Huius figura habet̄ hester. i. Quia anno ter
cio regni sui fec̄ assuerꝰ rex grāde cōuiuiū. mi
stice sic et et xp̄us qñ despōsauit sibi humanā

naturam. De hoc tempe dicit aplus ad Galathas.iiij. At vbi venit plenitudo tpis misit deus filiū suum factū ex muliere ꝛc. Itē anulus subarratōnis quo subarrauit sponsam fuit dignificatō humane nature ex vnione ad diuinā. o q̄ntū ē dignificata ꝑ vnionē deitatꝫ q̄d ē cō nō immerito mirat̄ iob.vij. dicēs. q̄d ē hō q̄ mag. eū. Itē iocalia nuptiarū fuerūt gaudiū āgelorū et celestis exercitus. Luce.ij. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantiū et dicentium gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone volūtatis. Ecce pax nunciatur de celo hominibꝫ. quia ī nuptijs contrahit̄ amicicia ex parte vtriusq̄. et sic ꝑ incarnationē dei facti sumus amici dei. Bernardus. Puto q̄ me nō potest spernere xp̄us quia caro de carne mea et os de ossibus meis. Item iste nuptie facte sunt in chana galilee. Galilea enim interp̄tatur transmigratio et recte quia deus transmigrauit de celis ad terrā. Baruth.iij. Post hec in terris visus et cū hominibus conuersatus est Johānis.xvi. Exiui a patre et veni in mundū. In istis nuptijs fuit maria cōsentiens cōcipiens et pariens fuit et hiesus benedictus fructus ventris eius. et discipuli. id est chorus virtutum. scꝫ paupꝫtas humilitas castitas. Luce.ij. Innenietis infantem pannis inuolutū et positū in p̄sepio. Ibi fuerunt sex ydrie. id est sex etates. prima ab adam vsq̄ ad noe Secūda a noe vsq̄ ad abraham. Tercia ab abraham vsq̄ ad moysen. Quarta a moyse vsq̄ ad dauid Quinta a dauid vsq̄ ad xp̄m. Et in christo incepit sexta etas. In hijs ydrijs fuit aqua sacre scripture. Ecclesiastici.xv. Aqua sapiētie salutaris potabit illū. Ex hijs ydrijs purificauerunt se sꝫ nō plene. quia nihil ad perfectum adduxit lex. ad Hebreos.vij. Sed postq̄ venit xp̄us per incarnatōem ille adduxit ꝑfectōnem purificationis vt inquit Math.v. Nō veni soluere legē sed adimplere. Ip̄e enim mutauit aquā in vinum scꝫ cū verificauit figuram et in veritatem cōuertit. i. Corinth.x. Omnia in figura contingebant illis. Et sic aqua scripture erat insipida. q̄ figura. Sed nunc ꝑ xp̄m in gratia et veritate gustantibus facta est vinū. ut scribit̄ Johannis.i. Gratia et veritas ꝑ hiesum xp̄m facta est. Ideo dixit hiesus Mathei.iij. Sic enim decet nos adimplere omnē iusticiā.

(C) Dixi secūdo q̄ scd̄e nuptie sunt redemptōis. Apocalips.xix. Venerunt nuptie agni et vxor eius p̄parauit se. Hee sunt nuptie xp̄i et ecclesie militantis in quibus xp̄us despōsauit sibi ecclesiam catholicā ꝑ virtuosaꝫ redemptionem in die passionis Canticorū.iij. Egredimini filie syon venite et videte regem salomonem in diademate quo coronauit eū mater sua in die desponsatōis illius. mater sua fuit gens iudaica que coronauit eū corona spinea. isto die cū agnus dei imolatus est in cruce ibi xp̄us erat sponsus et ecclesia sponsa que dicere potuit illud Exodi.iiij. Sponsus sanguinū tu mihi es. qui acquisiuit eam suo sanguine. nā sicut de latere ade eua facta est. sic de latere xp̄i ecclesia. Et ecōuetso alloquit̄ eā cristus sponsus eius Canticorū.iiij. Quam pulcre sunt māme tue soror mea sponsa. māme ex quibus lac fluit nutriēs ꝑuulos est doctrina fidei catholice. Canticorū.iiij. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree. gemelli scꝫ vetus et nouuꝫ testamentū. i. Corin.iij. Tanq̄ paruulis in xp̄o lac vobis potum dedi. Thalamus istarū nuptiarū fuit lignum crucis in quo xp̄s requieuit. Philippē.ij. Exinaniuit semetip̄ꝫ formā serui accipiens factus obediēs vsq̄ ad mortē mortē aūt crucis. Paranimphus istarū nuptiarū p̄t esse quilibet p̄dicator annuncians redemptionē humani generis ꝑ passionē xp̄i cōpletam. Iste nuptie fuerunt iniciate in passione quādo sanguinem fudit. ratificate in resurrectōne. quando ecclesiā a vinculo culpe absoluit. cōsummate in ascensione qn̄ naturā nostram in celū introduxit. Istarū nuptiaruꝫ iusticia causa fuit. nā quia homo peccauerat et culpa s̄m viam iusticie meret̄ penā. idcirco dei filius ꝓ culpa humani generis ꝓ qua satisfaciendo non fuerat genus humanū sufficiēs penam in suo corpe portare voluit. i. Petri.ij. Peccata nostra ip̄e ꝑtulit in corpe suo sup̄ lignum. Idcirco collaudando xp̄i passionē dicere possumus illud Sapiētie.xiiij. Benedictum lignū per quod fit iusticia. istarum nuptiarum anulus fuit sanguis quem fudit pro nobis. Apocalipsis.i. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. O q̄ preciosus anulus. i. De.i. Scientes q̄ non corruptibilibꝫ auro vel argēto redēpti estis de ꝯuersatōe p̄rne traditōis sꝫ p̄cōso sāguīe quasi agni

ūmaculati xpi et incõtaminati. Item iocalia istarum nupiarum sunt septez sacramēta que fluxerunt de latere christi dormientis in cruce In hijs nuptijs amicicia contracta fuit · quia ira dei patris mitigata . Romanorū. v . Cum inimici essemus reconciliati sum⁹ deo p mortez filij ei⁹. (D) Iste nuptie fuerūt tercia die facte in tercia etate non in puericia nec in adolescentia sed in virili etate. id est in .xxxiij. anno etatis sue corpalis. in robustiore scilicz etate. Iste nuptie facte sunt in chana. id est in zelo quia in zelo amoris · Johannis. iij. Sic enim deus dilexit mundū ut filium suū vnigenitū daret. Johānis. xiij · Cum dilexisset suos qui erant in mundo vsqz in finem dilexit eos. nā in fine vite maximā dilectōem nobis exhibuit sustinendo mortem vilissimam. Bernard⁹. Nescivi quomodo me deus diligeret nisi pro me mori eligeret. Et in galilea quod interpretatur transmigratio. quia hiesus christus trānsmigravit de hoc mundo ad patrem. Johānis xiij . Sciēs hiesus quia venit hora eius ut trānseat de hoc mundo ad patrem. In hijs nuptiis fuit christus maria et discipuli. xpus dolens et patiens. i. Petri. ij. Christus passus est p nobis. Maria plorans et cōdolens. Johānis xix. Stabat iuxta crucē hiesu mater eius. discipuli formidantes et fugiētes. Mathei. xxvi. Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt. Fuerunt ibi sex ydrie. id est sex hominū electorum genera in puidentia diuina. Primo patriarche xpm et redemptōnem eius desiderantes. Secūdo pphete eū nunciantes. Tercio apostoli xpm demonstrantes. Quarto martires pro xpo morientes. Quinto confessores carnem p xpo macerantes. Sexto virgines ppter xpm cōtinentes. In hijs omnibus ydriis fuit aqua tribulatōnis. qz nulli generi patuit ingressus ad celū. Sz in hijs nuptijs aqua in vinum mutata est. quia tribulatio in gaudium. et ianue celi patefacte sunt. De quo Hebreorū. x. Habētes fiduciā in introitu sanctorum in sanguine xpi. (E) Tercio sunt nuptie damnatōnis scilicz dyaboli et anime peccatricis. Et figuratur. i. Jachabeo. ix. Filij iambri fecerunt nuptias ducentes sponsam ex madaba filiā vnius de magnis principibus chanaan. Et sic peccatores contrahūt p concupiscentiam prauā cum dyabolo . in quibus dyabolus ē sponsus. anima peccatrix sponsa. Jam bri mare lacescens vel dies amaricās interpretatur. Et significat dyabolū qui est mare lacescens ppter temptationū suarū pericula diuersa. Dies amaricās. quia omnia ipius oblecta menta tandem in die vltōis in amaritudinez vertent. Talis ducit sponsam ex madaba qō interptatur mensurā venientē sustollens. Et est anima peccatrix que quasiibet temptatōes a dyabolo venientes suffert et acceptat. Filiā vnius magni de principibus chanaan. i. peccatoris qui dona gratuita plurima possidet ⁊ gratiam abijciēdo emulat. Interptatur enim chanaan possidens donū vel emulator grane. Ille nuptie inciant in temptatōne . ratificantur in delectatione cōsummantur in consensu ⁊ voluntate. Bern. Non sua potestas sed nāa voluntas mancipat nos dyabolo. Et fiūt tercia die. Prima dies cogitatio mala. Secunda delectatio. Tercia consensus et voluntas. xv. q. i. c. i. Ex voluntate peccata ꝓcedunt que libero mentis arbitrio et delinquendi ꝓposito cōmittuntur. Aug. O qz parua est concubitus hora p qua pditur vita eterna. Reuera parua Gregorius. Momentaneū quod delectat. et eternuz quod cruciat. Hee nuptie fiunt in chana id est in zelo malicie. August. Talis ē vnq quisqz qualis est sua dilectio . Si terram diligis terra es. si deum deus es . ergo si malicia diligis malus es. Quia scōm August. Nihil facit homines bonos vel malos. nisi boni vel mali mores. Et fiunt in galilea. id ē trāsmigratōe. quia p tales nuptias transit de deo ad dyabolum. de libertate ad seruitutē . de gloria in confusionē. Philippen. iij. Gloria in confusione eorū qui terrena sapiunt. In his nuptijs cōtrahitur amicicia carnis. Romano. viij. Qui in carne sunt deo placere nō possunt. Et militer amicicia mundi. De qua Jacobi. iij. Adulteri nescitis quia amicicia huius mundi inimica est dei. (F) In hijs nuptijs sunt sex ydrie. id est miserie. Prima ydria est maledictio. psal. cxviij. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Ecclesiastici. xli. Ve vobis viri impij qui dereliquistis legem domini altissimi. si nati fueritis in maledictōne nascemini. et si mortui fueritis. in maledictione erit pars vra. Secūda est remorsus cōscie. Aug. Dis ordinatus animus ē sibiipi pena. Sap. xvij.

Timida nequicia dat testimoniū ꝯdemnatōi Hugo in li. de bono conscientie. Que grauior pena q̄ꝫ remordens conscientia quocunq̄ abierit reatus sue cōsciētie eum nō derelinq̄t omnia potest homo fugere p̄ter conscientiā suam. Tercia ydria est ignorantia penitentie. Johelis. ij. Quis scit si conuertat̄ et ignoscat deus. Osee. xiij. Perditio tua ex te israel tantummodo in me auxiliū tuum. Nam homo potest ꝑ se cadere in puteū sed non exire nisi adiutus. psal. xciij. Nisi dn̄s adiuuit me paulominus habitasset in inferno aīa mea. Quarta ydria est dyaboli seruitus. Johannis. viij. Omnis qui facit peccatū seruus est peccati. et dominus eius est dyabolus August. Tot demoniorū quis seruus est quot viciorum. Et scd̄a Petri. ij. A quo quis supatus est huius et seruus est. Quinta ydria est mors anime. ad Romanos. vi. Stipendia peccati mors. Nam Sapie. xvi. Homo ꝑ maliciam occidit animā suam. nunc animā et post hanc vitā erunt in eterna morte. Ideo scribitur Ecclesiastici. xxi. Quasi rumphea bis acuta oīs iniquitas plage illius non est sanitas. Sextra ydria est exhereditatio regni celorū et eternal'a deo separatio. Isaie. lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos et deuz vestrū et peccata vestra absconderūt faciem eius a vobis ne exaudirz Isaie. xv. Tollatur impius ne videat gloriā dei scd̄m editōem. lxx. In hijs nuptijs aque miseriarum cōuertunt̄ in vinum nō leticie sed gehennalis pene. De quo Deutr. xxxij. Vua eorum vua fellis et botrus amarissimus. Fel draconū vinū eorum et venenū aspidum insanabile. De hijs nuptijs. i. Machabeorū. ix Conuerse sunt nuptie in luctum et vox musicorū ip̄orum in lamentum.

De eadem dominica. Sermo. xl.

Nuptie facte sūt in chana galilee. Johannis. ij. Audiuistis de tribus nuptijs in p̄cedenti sermone. G Nunc vero videndum est de nuptijs spiritualibus vnionis scz dei et fidelis anime. Sapie viij. Hanc amaui et exquisiui eam a iuuentute mea. et quesiui sponsam mihi eā assumere ꝛ amator factus sum forme illius. Reuera amauit deus animā tuā atq̄ meam. De quo amore Exodi. xv. Ego sum dn̄s deus tuus fortis zelotes. Nam ip̄e sponsus anime est rex regū et tamen factus est seruus ꝓpter illius amorē ad Phil. ij. Exinaniuit semetip̄m formā serui accipiens. Bern̄. Erat dei omnipotētis filius et factus est seruus. Secūdo erat omnipotentissimus. Math. vlti. Data est mihi om̄is potestas in celo et ī terra. et factus est infirm⁹ Isaie. liij. Vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras. attritus est ꝓpter scelera nostra. Et ibidem desiderauimus eū despectū et nouissimuz virorum virū plenū doloribus et scientē infirmitatem. Tercio erat ditissimus et factus est paup. ij. Corinth. viij. Scitis enim gratiam dn̄i nostri hiesu xp̄i qm̄ ꝓpter vos egenus factus est. cum esset diues vt illius inopia vos diuites essetis. Quarto erat speciosissim⁹. de quo p̄s. xliiij. Speciosus forma p̄ filijs hominum. Et Sap̄. vij. Candor est enim lucis eterne et speculū sine macula dei maiestatis et imago illius. Et factus est difformis ꝓpter iniquitates animarū nostrarū. Isaie. liij. Non est species ei neq̄ decor et vidimus eū et non erat aspectus. Et nos putauimus eū quasi leprosum et ꝑcussum a deo et humiliatum. In his nuptijs que prius erat ancilla nunc est domina. prius ad pedes iacuerat nūc est regina a dextris. quod mirat̄ Job. vij. Quid est homo quia magnificas eū. aut quid apponis erga eum cor tuū. Et Bern̄. Vnde tibi anima humana vn̄ tibi hoc. vnde tibi tanta gloria vt merearis dici dei sponsa. Ip̄e enim est in quē desiderāt angeli ꝓspicere. i. petri. i. Quid retribues dn̄o ꝓ omnib⁹ que retribuit tibi. vt sis socia mense. socia regni sui. socia thalami. vt introducat te rex in cubiculū suum. H Vnde desponsatio istarū nuptiarum fit in baptismo in susceptione fidei. De quo Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide. Cui consonat apostolus. scd̄a Corinthеorū. xi. Despondi vos vni viro virginem castā exhibere christo. Etiam paruuli in fide deo desponsantur. et qꝛ infantes per se non possunt fari. ideo per fideiussores se obligant in assensum fidei velle deo adherere scilicz per patrinos. Vnde augusti. ut habetur de consecratōe. dist. iij. Vos ante

omnia tã viros q̃ mulieres qui filios in bap
tismo suscepistis moneo ut vos cognoscatis
fideiussores apud deum extitisse pro illis quos
visi estis de sacro fonte suscipere. Ideo di/
cunt. Abrenuncio sathane per verba de pre/
senti. Et si infans moriatur in tali desponsa/
tione statim ad celũ evolat. et hoc fedus stat
vsq̃ ad discretõnis annos. Sed tam multi
rumpunt fedus et adulterãtes dyabolo inhe/
rent. dicẽtes illud Job. xxi. Recede a nobis
scientiã viarum tuarũ nolumus. Sed adhuc
tamen deus sponsus noster est ita misericors
q̃ dirigit ad nos nuncios ut renouemus fe/
dus pristinũ dantes sibi adhuc cõsensum Et
hij sunt nuncij. Primus est sacra scriptura. de
quo Richardus. Verbũ dei est diuinus nun
cius. p quod voluntatẽ dei cognoscimus. Se
cũdus est quilibet p̃dicator. ad Timm. ij. Tu
autem loquere et exhortare que decent sanã
doctrinã. Tercio sponsus p se venit per inspi
ratõem dicens Canticorũ. vi. Reuertere re/
uertere sunamitis reuertere reuertere. Qua/
ter dicit reuertere scz de mala cogitatõne. locu
tõe opatõne et consuetudine. recordare crea
tõnis. redemptõis dilectõis et glorificatõis
Recordare q̃ pnus sum ad recipiendũ te. de
quo Hieremie. iij. Si dimiserit vir vxorem
suam et recedens ab eo duxerit virũ alterum
nunquid reuertetur ad eam vltra. nũquid nõ
polluta erit et contaminata mulier illa. Tu au
tem fornicata es cũ amatoribus multis. tamẽ
reuertere ad me dicit dñs. Auguſt. O q̃ lar
gissima est dei misericordia. nam peccatorem
patienter expectat. benigne reuocat. hilariter
suscipit. plene ignoscit. gratiam tribuit in gra
tia cõseruat. conseruando coronat. hec ille. er
go anima que est dei sponsa cũ attenderit spõ
sum ita benignũ q̃ velit omnes excessus eius
ita benigne remittere et cõdonare. sicut p̃mi/
sit Ezechielis. xviij. Si auerterit se impi⁹ ab
impietate sua quam opatus est et fecerit iudi
cium et iusticiã omniũ iniquitatũ eius non re
cordabor. si tunc renunciet omnibꝰ prioribus
amatoribus et adulteris. et toto cordis affe/
ctu ad sponsum deũ se conuertẽs. et casto se il/
li amore vniẽs p̃miserit illũ solũ amare se vel
le et illi soli placere. ¶ Tunc pius dñs
sponsus scz deus quattuor dona dat sponse
sue. primo dat monile ad decorem pectoris.
Secũdo anulũ ad decorẽ manuũ. Tercio co
ronam ad decorẽ capitis. Quarto ornatũ ad
cultum totius corpis. Dixi primo dat moni
le ad decorẽ pectoris. i. cõscientie puritatez. i.
Thes. iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio
vestra. Quid enim amplius ornat animã q̃
puritas. Isaie. lxi. Quasi sponsam ornatã mo
nilibus suis. Berñ. Quid dulcius quid ac
ceptius pura cõscientia. trahat mundus. terre
at dyabolus. impugnet caro tunc homo semp
est securus. Ideo scribitur in canone. xi. q. iij.
inter verba laudantiũ siue vituperantiũ nõ lo
minũ linguas sed cõscientias curare debem⁹.
Socrates enim dicit. conscientiã plus q̃ fa
mam attende. fallere potes famã cõscientiam
raro vel nunq̃. Secũdo dat anulũ ad decorẽ
manuum. hoc est meritũ bonorũ operum. vt
pater filio p̃digo. Luce. xv. Cito pferte stolã
primã. et induite illũ. id est vestem interiorꝭ
puritatis. et date anulũ in manũ eius. id ẽ da
te ei gratiam opandi bona meritorie et calcia/
menta in pedes eius. i. sanctorũ exempla imi
tando. pedes enim sunt affectus et intellectus
Crisо. Calciamenta de pellibus mortuoꝝ ani
malũ cõficiunt. sic nos sanctorũ patrum ve/
stigia qui mortui sunt sequi debemus. Ambr.
Sanctorũ vita est nobis viuẽdi norma. q̃
si fecerimus verificabit̃ de nobis illud Cant.
vij. Quã pulcri sunt gressus tui in cal
ciamentis filia principis. ¶ Tercio
dat decorem capitis. id est coronã in capite.
Isaie. lxi. Quasi sponsum decoratum corona
id est vita contemplatiua. nam sicut caput est
principale membrũ sic mens et ratio. ut dicit
Plato est quid bonum et optimum in homine.
Huic capiti. id est menti imponit̃ corona cui
ornatur vita contemplatiua. Bernard⁹. Tũc
anima est valde decorata. cum in deuotione
sublimata deũ vidicit contẽplari. tunc potest
dicere illud Ezechielis. xvi. Decꝭ coronam
decoris in capite tuo. Et bene contemplatiua
vita dicitur corona. quia corona est summum
in capite. sic et scõm origenẽ vita contempla
tiua est optimũ et summũ bonum quod homi
ni conferri potest in hac vita. ut patet Luce. x.
Maria optimam partem elegit que non auf
retur ab ea. Origenes. Que est pars opti/
ma quam elegit Maria nisi gustare et videre
quoniam suauis est dominus in hac vita.

(L) Quarto dat ornatū totius corporis id est amictum virtutum. Isaie. lxi. Induit me vestimentis salutis. id est virtutibus. Isidorus. Sicut corpus decorat̄ vestibus. sic aīa virtutibus. cum vicz impletur illud psal. lxxiij. Ibunt de virtute in virtutē. scz cū hō inueniet se castū benignū humilē misericordē hee sunt enim vestes nuptiales quibus homo decoratus regalibus nuptijs dignus habebitur Hugo. O q̄ sublimis et decora est anima vestibus virtutū ornata. Isidorus. Anima virtutibus plena est trinitatis cathedra. ⁊ has vestes virtutū dat sponsus deus et nullus alter. aug. Virtus est tā nobilis effectus ut nullus operet̄ eam in nobis nisi deus. ad Galathas. iij. Qui tribuit vobis spiritū opatur et virtutes in vobis. Itē iste nuptie spūales fiunt tercia die. i. post contritōem cōfessionē et satisfactionē. Ideo Bern̄. in sermone de epiphania. Omnes nos ad spūales nuptias vocati sumus. Quid tibi aīa mea cū dei gratia nisi ut merearis esse eius sponsa. Itē thalamus harū nuptiarū est pura cōscientia. Paranimphus est bona inspiratio inducēs animā ad cōiunctionem sui sponsi ꝑ gr̄am que immittitur a deo. Actuū. xvij. Ip̄e dat omnib⁹ vitā et inspiratōem Iste nuptie initiant̄ in bona cogitatione. ratificant̄ in bona voluntate. consummant̄ in ꝑfecta opatōne. Item celebrant̄ in chana. i. zelo et amore. qz nihil est q̄ ita cōnectit animā deo sponso suo sicut zelus. De quo Bernardus. Nulla alia ꝯnectio querit̄ inter sponsum et sponsam q̄ amari ⁊ amare. Unde Moyses Deutro. vj. Audi israel et obserua ut facias que p̄cepit tibi dn̄s et bene sit tibi. et multipliceris amplius. diliges dn̄m deū tuuz ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Idcirco Math. xxij. legis doctori interrogāti. Magister quod est magnū mandatū in lege rn̄dit dn̄s. Diliges dn̄m deū tuum ⁊c. Hugo de laude charitatis. Dilige et fac quidq̄d vis. subdit rōem. quia charitas est fons ꝓprius de quo nō cōmunicat alienus. Ideo ad Coloceñ. iij. Sup omnia charitatem habete q̄d est vinculū ꝑfectōis. Bernardus. Quāto ardentius diligimus tāto serenius eū videbimus et tāto principalius eū habebimus. i. Joh. iiij. Deus charitas est et qui manet in charitate in deo manet et de⁹ in eo. Bern̄. Quid p̄ciosius q̄ deus charitas est. q̄d securi⁹ q̄ q̄ ī caritate manz ī deo manz quid iocūdius. et deus in deo. Itē iocalia harum nuptiarū sūt septē dona spūs sancti. Itē fiunt in galilea. i. trāsmigratōe. quia sic despōsati migrāt de errore ad veritatē. de vicijs ad virtutē. de vna virtute in aliā. Bern̄. In via dei nō ꝓgredi est regredi. In hijs nuptijs debēt esse cōuiue hiesus maria ⁊ discipuli. maria i. amaritudo compūctōis. hiesus. i. spes salutis et discipuli. i. virtutes cōcomitātes. quia non sufficit spes sine opatōe bona. Bern̄. Sperare sine meritis nō est spes sed p̄sumptio. quia dicit mgr̄ in. iij. di. xxvi. c. i. Spes est certa expectatio future beatitudinis veniēs ex dei gr̄a ⁊ meritis p̄cedētib⁹ (M) Itē nota sicut dic̄ mgr̄ in. iiij. di. xxxi. c. i. q̄ dn̄t esse tria bona matrimonij corpalis. scz fides ꝓles et sacramentum. sic etiā in matrimonio spūali. Primo fides ut neuter alieno thoro misceat̄ et maculetur. Sic spūaliter Aīa que est xp̄i sponsa tenetur xp̄o triplicē fidē. Prima est ut solū deum sincero et casto corde diligamus ⁊ aliū amorē nō admittamus. Bern̄. Nō caste diligit deuz qui aliquid diligit p̄ter eū. Unde quotiens aliquis mortaliter peccat totiēs anima eius efficit̄ adultera. negans sponsū. De quo Hieronimus. et habet̄ canone. xi. q. iij. estimant. Estimant quidā in eo tantū deū negari si in ꝑsecutōe quis a gentibus comp̄hensus se cōfiteri renuerit xp̄ianū esse. Ecce apl̄us omnib⁹ q̄ ꝑuersa sunt factis deū asserit negari. Christus sapientia est iusticia et veritas sanctitas fortitudo. Negat̄ ꝑ insipientiā sapientia. ꝑ iniquitatem iusticia. ꝑ mendacium veritas. per turpitudinem sanctitas. per imbecillitatē animi fortitudo. quotienscūq̄ vincimur vicijs atq̄ peccatis totiens deum negamus. Secūda fides est ut omnia bona nobis a deo tradita ad suuz beneplacitum fideliter expendamus. ad Romanos. xij. Obsecro vos ꝑ misericordiā dei ut exhibeatis corpa vestra hostiam viuentem sanctā deo placentē. ut probetis que sit voluntas dei bona bene placens et ꝑfecta. Tercia fides est ut eius gloriā om̄ibus opibus nostris queramus. prima Corinthe. x. Omnia ī gloriam dei facite. Istam triplicē fidem debem⁹ ei exhibere. Ecclesiastes. iiij. Funiculus triplex difficile rumpitur. (N) Secundum

bonum matrimonij est bonū ꝓlis scz bonorū
operum. nā sicut de bono corꝑali scribit̄. i. thi-
mothei. ij. saluabit̄ mulier ꝑ generatōem fili-
orū. sic de spūali ꝑ generationē bonorū opum
Et sicut mulieres pariūt cū dolore Joh. xvi.
Mulier cū parit tristiciā habet. cū aūt peperit
nō meminit p̄ssure. sic est et de partu bonorū
operū. Bern̄. primo videt̄ intolerabile. dein
de non tā graue. post leue et delectabile. et im
plebitur illud psal. xvi. Saturati sunt filijs. i.
bonis opibus pleni. nā sicut ꝓles est ymago
parentū. sic et in bonis opibus relucz ymago
bonitatis nostre. Est nāqz bonū argumentū
illud est opus bonū ergo habuit bonū opificē
Johan. x. Opa que ego facio testimoniū ꝑhi
bent de me. Phūs. qualis vnusquisqz est ta-
lia opatur. Aug. Tot germinis ꝓles ex te gi
gnis quot bona opa et virtutū exercicia de te
ꝓfers. Mat. vij. A fructibus corū cognosce-
tis eos. Sed ve illis qui sterilitatē ꝓcurāt ve
neno demonis qui dissoluti sunt corde dicen
tes illud Sap̄. ij. Exiguū et cū tedio est tp̄s
vite nr̄e et nō est refrigeriū in fine hominis. ⁊
nō est qui agnitus reuersus sit ab inferis. frua
mur bonis que sūt. nemo exors sit luxurie no
stre. tales nunqz cōcipiunt ꝑ bonā voluntatē.
et nunqz pariūt ꝑ opis ꝓfectum. De quibus
Ecc̄i. ij. Ve dissolutis corde qui nō credūt d̄o
et ideo nō ꝓtegent̄ ab eo. Ve illis qui filios
suos occidūt ꝑ recidiuationē in mortalia De
quibus Osee. ix. Ephraim educet ad interfe
ctionem filios suos. Ephraim crescēs vel ad-
auctus figurat eos qui nonnūqz bona opa pa
riunt plurima sed nō ꝑmanent in innocētia ⁊
gratia sed recidiuātes mortificāt illa. De qui
bus Ecc̄i. ij. Ve his qui ꝑdiderūt sustinentiā
et qui dereliquerūt vias rectas et diuerterunt
in vias prauas. et quid facient cū inspicere ce
perit dn̄s. Item aliqui cōcipiūt et nō pariūt.
Isaie. xxxvij. Venerūt filij vsqz ad partū ⁊ vir
tus nō est pariendi. sicut illi qui habēt volūta
tem ociosam. ꝓuer. xiij. Vult et nō vult piger
vult cogitatōe nō vult operatione. De quibꝫ
in canone. lxxxvi. di. Non est satis bene velle
sed et bene facere. neqz satis est iterū bene face
re nisi id ex bono fonte ꝓcedat. hoc est ex bona
voluntate ꝓficiscat̄. (O) Terciū bonū est
sacramentū. i. insepabilitas. i. Corin. vij. his
qui matrimonio iuncti sunt p̄cipio nō ego sed
dn̄s vxorē a viro nō discedere. et vir vxorem
nō dimittat. Sic nos nō debemus deū dere-
linquere. Hieremie. xvij. Dn̄e omnes qui
te derelinquūt confundent̄ recedentes a te in
terra scribent̄. dic igit̄ cū sponsa. i. fideli aīa
illud Can. iij. Tenui eum ꝑ fidem spem ⁊ cha
ritatē nec dimittā donec introducā eū in do-
mum matris mee ⁊ in cubiculū genitricis mee
i. donec ꝑfecte impleant̄ in patria. hoc fecit a-
postolus ad Ro. viij. Certus sum em̄ qꝛ neqz
mors neqz vita neqz angeli neqz creatura alia
poterit nos separe a charitate dei. Et parū an̄
hoc. Quis ergo separabit nos a charitate dei
tribulatio an angustia an fames an nuditas an
ꝑiculum ⁊c̄. q. d. nullū hoꝝ. hugo. Potius
potuisset quis separe aīam a corpe quod viui
ficabat qz ab illo quē diligebat. De hijs tri-
bus bonis scribit̄ Osee. ij. Sponsabo te mi
hi in fide. scz quo ad primū. Scd̄o sponsabo
te mihi in iusticia scz quo ad scd̄m bonū Ter
cio sponsabo te mihi in sempiternū scz quo ad
sacramentū insepabilis adhesionis. (P)
Nota in hijs nuptijs debent esse sex ydrie. id ē
sex genera meditationū que debet habere pe-
nitens. primo meditādo memoriā offensiōis
Jacobi. ij. In multis offendimus omnes. re-
uera omnes. ꝓuer. xx. Quis p̄t dicere mun-
dū est cor meū purus sum a peccato. q. d. nul-
lus. p̄s. xiij. Omnes declinauerūt simul inu-
tiles facti sunt. In hac ydria debet esse aqua ꝯ
tritōis. p̄s. cxviij. Exitus aquarū deduxerunt
oculi mei quia nō custodierūt legē tuam Se
cūda ydria est dolor fraterne trāsgressiōis. hie
remie. ix. In omni fratre suo nō habeat fidu-
ciam. qꝛ omnis frater supplantans supplanta-
bit. hanc ydriā debet implere aqua lacrimarū
caritatis. hieremie. ix. Quis dabit capiti meo
aquam. et oculis meis fontē lacrimarū ⁊ plo
rabo die et nocte interfectos filie populi mei.
Tercia ydria est p̄ns aduersitas. Johā. xvij.
hec locutus sum vobis ut in me pacē habeatis
in mundo p̄ssurā habebitis. Ecc̄s. ij. Cūcti di
es eius doloribus et erūnis pleni sunt nec ꝑ
noctē mente requiescit. hāc implet aqua tri-
bulatōis. Trenorū. i. Plorās plorauit in no
cte et lacrime eius in maxillis eius. nō est qui
cōsoletur eam ex omnibus charis eiꝰ. Quar
ta ydria est timor gehenne. hāc implēt aque ꝯ
punctōis. p̄s. vi. Lacrimis meis stratū meum

rigabo. et sequitur. Turbatus est a furore ocu
lus meus. et sic Ezechias. Isaie. xxxviij. ver/
tens se ad parietē fleuit amare. Ratio qꝛ dix
it. Ecce in dimidio dierū meorū vadā ad por
tas inferi. ps. xciij. Nisi quia dñs adiuuit me
paulominus habitasset in inferno anīa mea.
Quinta ydria tempestas temptationū carna/
lium. Roma. vij. Scio qꝛ nō habitat in me.
hoc est in carne mea bonū. nō em̄ qđ volo bo/
nū hoc facio sed qđ nolo malū hoc ago. Hāc
ydriā implet aqua spūs afflictōis. ex quo em̄
caro tēptatur spūs affligitur plerūqꝫ vsqꝫ ad
lacrimas. iuxta illud Math. ij. Rachel plorās
filios suos noluit cōsolari. qꝛ non sunt imo q̄ꝫ
diu inferiores vires nō subijciunt̄ spiritui vt
filie matri rachel plorare nō desinit. Sexta y/
dria est ignorātia finis. Eccs. ix. Nescit homo
finem suū. O si homo nō haberꝫ maiorē tristi
ciā tunc illa esset maxima causa tribulatōis cū
ignoraret finalē ꝑmāsionē Eccs. ix. Nescit hō
vtrū amore an odio dign⁹ sit nescit an erit a de
xtris vl̄ a sinistris ī finali iudicio. xi. q. i. sacer.
adhuc nescimus quis in terribili iudicio dei
qualis futurus sit. Tñ hanc ydriam implere
debet aqua diuine refocillatōis. ps. lxxix. Ci/
babis nos pane lacrimarū et potū dabis no/
bis lacrimas in mensura. (Q) Sed om̄s
tristicie istarum ydriarū ꝑcipue beate virgīs ꝯ
uertent̄ in vinū cōsolatōis diuine. ps. ciij. vi
nū letificat cor hoīs. Math. v. Beati qui lu/
gent qm̄ ipi cōsolabunt̄ Isaie vlti. Quō si
cui mater blandiat̄ ita et ego consolabor vos.
Mistice autē mater hiesu. i. vera cognitio de
bet ad hiesum recurrere insufficientiā demon
strando et manifestādo. Sed ihūs nō digna
tur nostrā inopiā supplere nisi viderit in nobis
obediendi ꝓmptā voluntatē. quia talis accep
ta est. ij. Corin. viij. Et hoc ē qđ dicit in textu
Quid mihi et tibi mulier. nondū venit hora
mea. i. nō ad tuū nutū sed ad meā voluntatē ⁊
misericordiā ꝑtinet. Quia dicit sanc. thomas
Homo p̄t demereri gratiā nō tñ ex cōdigno
mereri licet bene de cōgruo. Tūc maria. i. ipa
vera cognitio ratōis debet ad ministros recur
rere. i. ad appetitum volūtatis et ad alias vi/
res anime inferiores dicēs. quidquid dixerit
vobis facite. i. ꝓmpti estote obedire in om̄ibꝫ
(R) Bern. In hoc statu positi vinū dul/
cedinis gratie possemus bibere sed nō conti/
nuo habere. Ratio prima. qꝛ est merces labo
ris. ideo ꝑ gustum viatoribus oñditur sꝫ non
plene cōmunicat̄. Secūda ratio qꝛ si staret
talis consolatio et dulcedo tunc homo interi
or totus absorberet̄ et deficeret et moreretur.
quia in tali gustu cōsolatōis spiritus diuidit̄
ab anima. ad Hebre. iiij. Viuus est sermo dei
et efficax et penetrabilior omni gladio ancipi
ti et ꝑtingēs vsqꝫ ad diuisionē anime ⁊ spūs
compagū quoqꝫ ac medullarū et discretor co
gitationū et intentionū cordis. et sic ꝑ talem
diuisionē si diu staret animalitas deficeret et
corpus moreret̄. Tercia ratio ut meritū in no
bis non deficiat sed augeat̄. Quia illud tꝑus
diuine consolatōnis et gustus habet se nō per
modū meriti sed p̄mij. ergo necesse est ut tale
tēpus nō diu ꝑmaneat ut homo citius ad sta/
tum laboris et meriti remittat̄. nam talis gu/
stus debet excitare nostrū desideriū et nō sem
ꝑ occupare Quarta ratio qꝛ cōtinuatio celesti
um consolationū est ꝓpriū solū beatis nō via/
toribus. idcirco ad plurimū tꝑis deficit vinū
dulcedinis et gratie ut desideriū amoris auge
atur. quia dolor rei ꝑdite iudicat q̄ꝫtum sint a
mata possessa. ergo nō debemus cessare a bonis
opibus sed magis obedire. psal. xxxvi. Sub/
ditus esto dño et ora illum. (S) Cū em̄
videt deus nr̄am animi ꝓmptitudinem ad o/
bediendū tunc mādat sex ydrias implere aqua
id est deficiēte dulcedine cōsolationis siue cō
templatōis incipe opa actionis in sex opibus
misericordie ad lauandum animam. Luce. xi.
Qđ supest date elemosinā et omnia munda
sunt vobis. Item sicut aqua nō est tanti sapo
ris sicut vinū sic nec actio ita dulcis sicut con
templatio. Origenes. Cōtemplatio habꝫ per
fectissimas delectatōes ānexas. qui terrenis in
heret inuenit amaritudinē. qui aūt celestibus
inuenit dulcedinē. Aug. Actiua vita indigen
ti subuenit. cōtemplatiua aūt nullū inuenit in
digentem. idcirco reple sex ydrias ad summū
id est iuxta facultatē. Thobie. iiij. Quō potu
eris ita esto misericors. q. d. in opibus miseri
cordie studiose te exerceat. Architriclinus est
supior pars ratōis. sed tunc haurit̄ et fert̄ ar/
chitriclino qñ opus bonū conformat̄ recte ra
tioni. Tunc autem gustat aquā vinū factum
cū volūtas inuenit in opibus ꝑactis quandā
suauitatē et saporem diuine dulcedinis. iuxta

cum centurio. Unde cẽturio est nomẽ dignitatis eius qui sup centũ milites habet ptãtez. Aug. Hic accessit plus mente q̃z corpe rogãs cũ .l. p seniores ut bẽt Luc. vij. dicẽtes. q̃ di gnũ ẽ ut illi hoc ꝓstes. 7 q̃ hoc pent pstes diligit nram et synagogã ipe edificauit nobis Nam p se ad ihm nõ iuit reputãs se indignum loqui cũ christo cũ abrahã. Genes. xviij. Loquar ad dñm deũ meum cũ sim pulvis et cinis. dicens. dñe puer meus iacet in domo patris mei. Eccl. xxxij. Si est tibi seruus vel famulus sit tibi quasi aia tua. Et dicit. iacet in domo nõ in hospitali vel in platea sicut faciũt multi dñi qui seruos reiciunt cũ ceperint infirmari. Contra quos inuehit Seneca dicẽs. Serui sunt humiles amici. ideo debent amicabiliter tractari. quod et ille fecit allegãs defectum eius dicẽs male torquet. vbi Origenes. At tende inquit charitatẽ et bonitatẽ centurionis qui tã instanter rogat p seruo. ac si esset filius eius. quasi diceret. iste est seruus meus ego sum creatoris. iste habet me in terris dñm ego habebit. si ei nõ misereor quõ mei dñs misereb dñs. Et vt dicit Rabanus. Omnia ista cum dolore enarrauit ut angustias demõstraret. et dñm cõmoueret ut ei misereret. ¶ T ¶ Cũ notare hic debent dñi quid teneant seruis. et econuerso serui quid teneant dñis. Primo seruire tenent dñis fidelitatis constantiã. secundo obedientiã. tercio reuerentiã. quarto intentionem rectã. Dixi primo q̃ serui tenent dñis suis fidelitatis constantiã vt sint fideles dãna dñorum pcustodientes. et bona eorũ augmẽtantes inquantũ possunt et fideliter laborãtes in eorũ absentia sicut et ĩ eorũ psentia. de quo aplus ad ephe. vi. Nõ ad oculũ seruiẽtes quasi hominibus placentes. sed ut serui xpi facientes voluntatẽ dñi ex anima cũ bona voluntate seruiẽtes sicut dño et nõ hominib. Et q̃ sic fideliter laborãt et in gratia sunt. tunc christus p se erit pmiuz eorũ. Gene. xv. Ego ero merces tua magna nimis. Sed heu iã contra hoc faciũt qui laborãt in plentia dñorum et quando dorsum vertũt desistũt et colloquunt simulatia. et oculis vagis circũquaq̃ respiciũt et sic laborem negligũt. Contra quos dicit sapiens Prou. vij. Omnia quecũq̃ vultis vt faciant vobis homies et vos facite illis. Non velles enim ut detraheret tibi quid de mercede promissa. ergo nec tu detrahere debes de labore debito. Eccl. xxxi. Intellige que sunt proximi tui ex tempo. Item cõtra hanc fidelitatẽ faciũt qui bona dñorũ comedunt secrete et furantur et aliis tribuũt. ut p eis laborẽt. quod si fecerint sine cõsensu dñorũ tenent ad restitutionẽ quia dicit Aug⁹. Peccatũ nõ dimittitur nisi restituatur ablatũ. Et habet. xij. q. ij. c. fraternitas. Et. xiij. q. vi. Si res aliena. Et. liij. distinc. c. generalis. ¶ U ¶ Sed si queras an famuli vel ancille pñt dare elemosinã de rebus dñorum. Rñdet sanctus Thomas sup. iij. di. xv. q. ij. ar. v. in respõsis ad questiũculam tertiã dicens. q̃ sine cõsensu dñorum nihil notabile dare pñt. ut ova carnes. caseos. nisi essent reliquie que pirent vt panẽ et hmõi. que non inferũt sensibile nocumentum. Luce. xi. Quod superest date elemosinã. nam reliquie si dant pauperibus et scierint dñi si nõ est contrarium dñis. sed libenter vidẽt tũc peccant familie q̃ sinunt pire talia ꝓpter pigriciam de quo posset pauper cõtentari. Johãnis. vi. Colligite que supauerãt fragmenta ne pereãt. deberẽt eĩm pensare dictũ saluatoris Math. xxv. Quãdiu fecistis vni de fratribus meis minimis mihi fecistis. Et sic recipiendus est ab eis pauper cecus claudus. ac si christus staret in foribus Et talibus famulis et famulabus melius prosperabitur. Puer. xviij. Qui dat pauperi nõ indigebit. qui autem despicit deprecantes penuriam sustinebit. ut sepius cõtingit in seruis 7 ancillis qui pauperes despiciũt et canibus tribuunt quod et ipi post hoc in penuria comederẽt si haberent. iuxta illud Luce. vi. Eadem mensura qua mensi fueritis remecietur vobis. Jõ Hugo. Quid prius q̃z q̃ pauperes fratres superbo oculo despiciamus. Propter quod petrus rauẽnent. Da pauperi ut det tibi deus. Secundo serui et ancille tenẽtur obedientiaz dominis in licitis causis. De quo apostolus ad ephesios. vi. Serui obedite dominis carnalibus cũ timore et trẽmore in simplicitate cordis vestri sicut christo. nõ recalcitrantes et ad iracundiam prouocãtes. sed beneplacitã voluntatem quam cognoscitis facientes obedienter. De q̃ apostolus ad Romanos. xiij. Omnis anima potestatibus sublimioribus sub

dita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Ita q̄z qui potestati resistit dei ordinatōi resistit. Nam scōm beatū Tho. inobedientia est peccatum mortale. cum inferior subtrahit superiori exp̄inacia quod ei tenet ex ordinatōne dei. dicit ex pertinacia. id est ex p̄prio sensu et malicia. Contra quod dicit aplūs ad Galathas vi. Per charitatē spūs seruite inuicē. plus amore q̄z timore. Ideo dixit angelus ad agar ancillam sare. Genesis. xvi. Reuertere ad dominā tuam et humiliare sub manu illius. ¶ x ¶ Tercio serui et ancille tenent dñis reuerētiam Malachie. i. Si dñs ego sum vbi est timor meus. Nā reuerentialē timorē tenent serui dñis nō oblique detrahere dicēdo. ille dominus vel dña parcus est vel parca talis vel talis. quia dicit psal. c. Detrahentē secrete p̄ximo suo hunc p̄sequebar. habet enim in canone. vi. q. i. summa iniquitas est detrahere. Unde scriptum est. Omnis qui detrahit fratri suo homicida est. et omnis homicida nō habet partem in regno christi et dei. Ideo Bernardus inquit. Detractor et libens auditor vterq̄z portat dyabolū ille in ligua hic in auribus. Quarto serui et ancille debēt habere intentionem rectā ut deū p̄ oculis habeant. et seruitū ad deū referant. ad Ephe. vi. Cum bona voluntate seruientes sicut dño et nō hominibus. Unde Grego. Omne bonū quod agimus semp̄ p̄ intentōem ad celestia leuemus. debent enim serui et ancille meditari q̄ dñs deus vocauit eos ad hūc statū. ideo benuole debent sustinere p̄pter deū. dicēdo cū aplo. i. Corint. vi. In omnib exhibeamus nos sicut dei ministros. Et debent mane surgere et orare. et diebus festiuis missam audire vel in domo orare si nō possunt missam audire et se deo p̄mendare. Quia dicit p̄s. ciij. In omni loco dñatōis ei⁹ bñdic anima mea dño. et sic tūc debent seruire hominib in ordine ad deuz. tunc enim merent in laboribus suis. De quo aplūs ad Galathas. vi. Quicūq̄z hāc regulā secuti fuerint pax sup illos et misericordia. ¶ y ¶ Nota q̄ viceuersa dñi et dñe tenēt famulis et famulabus etiā quatuor. prouisionē. secūdo dilectōem. tercio correctōem. quarto cōpassionem. Primo prouisionē scz necessariā in cibo et potu. quia eandē fidelitatē tenent dñi seruis sicut serui dñis. ad Ephe. vi. Et vos dñi eadē facite illis. Nā famulorū est esse sollicitos quō bene et fideliter seruiāt. dñor̄ vero est videre q̄ serui et ancille ne cessariā habeāt sustentatōem. Similiter tenent dare p̄cio quidere tempore suo. Thobie. iiij. Et merces mercenarij tui apud te omnino nō remaneat. sed statim et mercedē restitue. quasi d. eodē die quo operis est ubi redde illi. q̄z nō reddere tenementis est ubi redde illi. q̄z nō reddere tenemento mercedē est vnū peccatū de quatuor in celū clamantiū. Jacobi. v. Ecce merces operariorū que fraudata ē a vobis clamat et clamor eorum in aures dñi sabaoth introiuit. Quot sunt hodie tales qui violenter tenēt mercedē seruientiū eis. talis violētia iudicabit a deo. Ecclesiastici. xxxiij. Qui effundit sanguinē et q̄ fraudat mercēnario fratres sunt. Secundo dem facit mercēnario fratres sunt. Secundo dñi et dñe tenent famulis et famulabus suis dilectōem vicz ut sint charitatiui humiles ac benigni ad eos. Unde ad Ephe. vi. Remittētes minas scientes. quia et illorū dñs et vr̄ in celis est. Nam quilibet dñs debet pius esse suis seruis sicut deū vult sibi clementē et piū habere. Unde seneca. Sic cū inferiori viuas quēadmodū superiorē tecū viuere velis. Cōtra hoc faciūt aliq̄ tracūdi raro amicabiliter loqñtes famul. ꝯ ḳs scribit Eccli. iiij. noli esse sicut leo in domo tua euertēs domesticos tuos et oppressores subiectos tibi ¶ z ¶ Ratio q̄z serui ac dñi sunt similes ac equales in quatuor. Primo rōe principij q̄z ab vno dño omnes sumus creati. Job. xxxiij. Ecce et me sicut et te fecit deus. i. de eodem luto ego quoq̄z formatus sū Gen. i. Formauit deus hominem de limo terre Ideo scribit Sapie. vij. Nemo ex regibus alterius habuit nativitatis initiū. habemus em vnū spiritualē patrē scz deum. ps. xxix. Ipe fec nos et nō ipi nos. Et vnū patrē carnalē scz adam Propter quod dicit dñs Math. xxiij. Unus est pater vr̄ qui in celis est. omnes vos fratres estis. ergo nō sunt despiciendi. Secundo dñi et serui equales sunt ex pte medij. quia omnes sumus mortales in hac vita miserabili. ñ. reg. xiiij. Omnes morimur et quasi aque dilabimur que non reuertuntur. sicut dominus sic et seruus. Quia dicit apostolus ad Hebre. xi.

Statutum est hominibus semel mori. Item omnes sumus breuis vite. Job. xiiij. Breues dies hominis sunt scz diuitū pauperū dñorum et seruorum. et vnusquisqz pt dicere cū Job vij. Ventus est vita mea. Idcirco noli extolli Ecclesiastici. xxxij. Rectorem te posuerūt noli extolli. sed esto in illis quasi vnus ex illis. ne dicatur tibi sicut dictū est diuiti Lu. xij. Stulte hac nocte animā tuam repetent a te. que autem parasti cuius erunt. Idcirco nō remittas te sup dominio tuo. Ecci. x. Rex hodie est. et cras morietur. vade igit et respice ossa mortuorum. et vide que sit drñtia inter dñm et seruum. Gre. Nescio que et qualis sit drñtia cū omnibus sit corruptio vna. Ideo Ecclesiastici. x. Omnis potentatus breuis vita. (A) Tercio equales sunt dñi et serui ex parte finis quia omnes in terrā reuertent et incinerabūtur. Ecci. xli. Omnia que de terra sunt in terram cōuertent. sicut dñs sic et seruus vnusqsqz potest dicere illud Job. xvij. Putredini dixi pater meus es mr̄ mea et soror mea vermibꝫ Ideo Ecci. x. Quid supbis terra et cinis. iō Aug⁹. inquit. O homo agnosce te mortalē et franges elatōnem Ecci. vij. In omnibꝫ operibus tuis memorare nouissima tua et ineternū nō peccabis. Quarto sunt similes ex pte fori. quia omnes sumus hic forenses. In hoc enim mūdo omnes possumus emere vitā eternam nr̄is bonis opibus seruus sicut dñs. Quia dicit August. in psona dei. Venale habeo quid vitam eternā scz qd tantū valet quantū habes Item sub eodem iudice oms stabim⁹. ij. Corin. x. Omnes nos manifestari oportet añ tribunal xpi. ut referat vnusquisqz ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonū siue malū. Quia scribit Actuum. x. Non est acceptor psonarū deus sz in omni gēte que timet eū et opatur iusticiam acceptus est illi. De quo apl'us ad Ephe. vi. Vnusquisqz qdcūqz fecerit bonum hoc recipiet a dño siue seruus siue liber. Idcirco dñs vl' dña non debet nominare dyabolū nec dicere in nomine ipius fac hoc vel illud qd dico tibi Exemplū scribit Gre. in dyalogo ꝙ quidā nomine stephanus de itinere veniēs dixit seruo. Veni dyabole et excalcia me. Ad cuius vocē mox corrigie calceorū sunt solute. et in sūma velocitate ceperūt se dissoluere. ex quo aperte cognouit ꝙ mox ille quē nominauit affuit. cui immediate ait. recede miser recede. qr nō tibi locutus sum sed famulo meo. et recessit. ergo in ira nō est nominādus. neqz familiaris psona est despicienda. quia ita bene est in via salutis sicut et tu. Ecci. xxxiij. Si tibi sit seru⁹ bonus sit tibi quasi anima tua quasi fratrez sic eū tracta (B) Tercio dñi tenent seruis correctōem si delinquūt. debent enim cogitare ꝙ tenent reddere rōnem ꝓ ipis. si grauiter peccant in domibus ipōrū. quia scribit in canōe de hereti. c. qui alios. Qui alios ab errore nō reuocat dū potest seipm errare demōstrat. iō dñi et dñe famulos et famulas tenent instruere ut ieiunēt missas audiant et cōfiteant et eucharistiā ad minus semel in anno recipiāt ⁊ ut verbū dei audiāt. quod si nō fecerint debēt eos arguere. alias culpa redūdabit in eos ut scribit. xxiij. q. iij. c. qui potest. Qui pt obuiare ⁊ pturbare puersos ⁊ ñ facit nihil aliud est qz fauere impietati eorū. nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Bern. Silere est cōsentire quem possis arguere. Et ve illis qui cōsentiunt in malum Nam scribit ad Roma. i. Non solū qui agūt sed qui consentiunt digni sunt morte. Cui cōsonat canon. xi. q. iij. qui consentit. Qui consentit peccantibus erit apud deum et homines maledictus. Ideo apl'us. ij. Thimoth. iiij. Insta oportune importune argue obsecra. increpa in omni patientia et doctrina. Quia scribit Jacobi. v. Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluabit animā eius a morte (C) Quarto tenentur dñi seruis compassionē si sunt infirmi et defectuosi. i. Corinth. xi. Si quid patitur vnum membrū cōpatiuntur omnia mēbra. quia si pes patitur oculus respicit manus tangit. Sic et nos debemus cōdolere ꝓximis. quia inuicē fratres sumus. et cū gloriat vnum membrū cōgaudent omnia membra ut dicit apl'us ibidē Sic et nos Romano. xij. Gaudete cū gaudentibꝫ flete cū flentibus. Dicit enim Hiero. Hoc vult deus vt vniuscuiusqz alterius angustias sentire debeam⁹ ut ꝓprias. i. Job. iij. Qui viderit fratrem suū necessitatē habere et clauserit viscera sua ab eo quō charitas dei manet in eo. quasi diceret nullo mō. Quia dicit idē in canonica prima ipius. iiij. Qui ñ diligit fratrē suū quē videt deū quē non videt quō diligere potest.

Ideo Gre. Minus ꝓximum amare cõuinci
tur qui ꝓximo in necessitate nõ compatit̃. Id
circo cẽturio ille verã habuit caritatẽ ad seruũ
suum. quod ꝓbat̃ ex cõpassione infirmitatis
sue. (D) Dixi secũdo innuit̃ liberalis ex/
auditio xp̃i saluatoris. cũ subdit. Veniã et cu/
rabo eum. Sed diceres. quare voluit venire
ad seruũ centurionis et nõ ad filium reguli. d̃
quo Johãnis. iiij. Rñdetur nobis in exẽplũ
ne essemus acceptores ꝑsonarũ. Jacobi. ij.
Nolite in ꝑsonarũ acceptõe habere fidem dñi
nostri hiesu xp̃i Etenim si introierit in conuẽ
tum vestrũ vir anulũ aureum habẽs in veste
candida. introierit autẽ pauꝑ in habitu sordi
do et intendatis in eũ qui indutus est p̃clara
veste et dixeritis. tu sede hic. pauꝑi autẽ dica
tis. tu sta illic. nõne iudicatis apud vosmetip/
sos et facti estis iudices cogitationũ iniquaꝝ
O quotiens fit hoc ut ꝯqueritur Innocẽtius
Clamat pauꝑ et nullus audit. loquitur diues
et quilibet applaudet. Jacobi. ij. Si ꝑsonas
accipitis peccatũ oꝑamĩ redarguti a lege qua
si trãsgressores. Idcirco xp̃us dedit nobis hic
exemplũ ꝙ nõ debemus sꝑnere seruilẽ ꝑsonã
in hoc ꝙ ad filiũ reguli transire noluit etiã pe
titus hic autẽ ad seruũ seip̃m transiturũ exhi
buit. (E) Respondit cẽturio. dñe nõ sum
dignus vt intres sub tectum meũ. Ecce hu/
militas. Origenes. q. d. nõ sum dignus aspe
ctu nec accessu nec introitu. q. d. moyses repu
tauit se indignũ in alloquẽtia verboꝝ ⁊ faciali
apparẽtia corã terreno rege dicẽs. quis ego sũ
vt vadam ad pharaonẽ. Exodi. iij. Quõ igit̃
ego sum dignus tua p̃sentia. Itẽ Hieremias
in vtero matris sanctificatus dixit. c. i. a. a. a.
domine deus nescio loqui. Quõ tunc ego pec
catis induratus te suscipiã. ergo nõ suꝫ dign⁹
quia alienigena ego sum et gẽtilis. Idolatra
effusor sanguinis et accinctus gladio. sed tm̃
dic verbo et sanabit̃ puer meus. q. d. tu es v̄
bum patris. De quo p̃s. vi. Misit verbũ su/
um et sanauit eos Ecce quãta fides. credidit
enim ip̃m fore vbiqꝫ p̃ñtem. talis fides non
fuit in regulo. Johan. iiij. qui ait. Dñe descẽ
de prius q̃ꝫ moriatur filius meus. hic aũt dix
it. tm̃ dic verbo. Origenes. O beate miles v/
bi legisti quod dicit p̃s. Verbo dñi celi firma
ti sunt. Sic igitur et tu qñ debes suscipe sacra
mentum dic. dñe non sum dignus. qꝛ tu hu/
milis ego suꝑbus. tu filius virginis ego luxu
riosus. tu pius et mitis ego rãcorosus. ij. Co/
rin. vi. Que participatio iusticie cũ iniquita/
te aut q̃ societas lucis ad tenebras que aũt cõ
uentio xp̃i ad belial. sic peccatoris ad xp̃m Cri
sost. In eo ꝙ cẽturio se dixit indignuꝫ regno
celoꝝ ꝯfirmauit dictum suum prudenti argu/
mentatõe dicẽs. Nam ego sum homo sub po
testate cõstitutus scꝫ imꝑatoris habẽs sub me
milites. et dico huic vade et vadit. alteri veni
et venit et seruo meo fac hoc et facit. Aug⁹. ut
arguat ꝑ locum a maiori. sic ego homo tu deus.
et ego sub potestate cõstitutus habeo ꝑtãtem
quanto magis tu potes cui seruiunt oẽs pote/
states dicere infirmitati vade et recedit. Ecce
centurio collaudat seruos suos de obedientia
cũ dicit dico seruo meo fac et facit. vade ⁊ va
dit. quia obedientia maxime ꝑtinet ad seruilẽ
ꝑsonam. Bern. Verus obediẽs mandatũ nõ
ꝓcrastinat nõ facit surdam aurẽ ut interroget
rationẽ cur hoc ad quid debet. Aug. Hic est o/
bediens seruus qui mox ut imꝑatum quid fue
rit adimplere studet. non ut ille piger seruus.
cui ait dñs. surge vide si pluit. qui vocans ca
nem qui exterius custodiebat atriũ domus tã
gebat eum si humidus esset et inueniẽs eũ sic/
cum rñdit dño non pluit. Scdo dixit dñs.
surge et vide si ignẽ habeamus. sed ille iacens
vocauit cattum quem sentiebat calidum. rñ/
dit sic. Tercio dñs dixit surge aꝑi fenestras.
at ille iacendo rñdit. non est opus qꝛ heri de se
ro reliqui eas aꝑtas. Ecce tardus et inobedi
ens seruus. Cum scribit̃. i. Reg. xv. Melior
est obediẽtia q̃ꝫ victima. et obediẽtes serui et
ancille exaudiunt̃ a deo in oratõibꝫ suis Gre
go. Si obediẽtes fueritis p̃positis vr̃is deus
obediet oratõibus vestris. Et aug. Citius au/
ditur vna oratio obediẽtis q̃ꝫ. x. milia cõtem
ptoris. Ideo docet Petrus in prima canoni
ca sua. ij. Serui subditi estote in omni timore
dñis vestris nõ solum bonis et modestis sed
etiam discolis. nõ autẽ in hijs que sunt mala.
Aug. Sic tenendus est modus obediẽtie ut
malis in malo nõ consentias et bonis in bono
nõ cõtradicas. Si enim dñs p̃ceperit furari
vel dña amasiũ intromittere nõ faciat ne tres
animas interficiat suam scꝫ ⁊ illorũ. Eo ꝙ scri
bitur Actu. v. Obedire oportet deo magis q̃ꝫ
hoĩbus / F) Audiens aũt hiesus miratus

est. Sed diceres. quõ mirabatur cũ dicit philosophus. Mirari est causam rei ignorare. ipe aũt sciebat quid esset in hoĩe. Job. ij. Rñdet̃ ꝑm Aug. Miratus est dñs. i. nobis mirãduz esse significauit. Fides enim ipa mirãda erat. Et ideo Crisost. ad modũ mirãtis se habuit. vt nos instrueret ut similiter hanc admirare/mur. Et sequentibus se dixit. Amẽ amen dico vobis nõ inueni tantã fidem in israel. Sed diceres. si fides istius fuit maior fide patriarcharum ꝓphetarũ aut apostolorũ et beate virginis. Rñdetur ꝑm August. et Hiero. ꝙ verbum xp̃i intelligendũ est de p̃ñtibus et nõ de omnibus retro. vti de patriarchis et ꝓphetis qui fuerũt fidei nostre principiũ. nec tñ de omnibus p̃ñtibus. Vel ꝑm Criso. intelligit̃ quo ad statum suũ. sicut enim si rusticus loquitur sapienter magis mirãdũ est q̃ꝫ de philosopho Sic ꝓ statu illius cẽturionis non erat equale cõsuetum siue cõmune in deum credere et gẽtilem esse. Vel ꝑm eũdem intelligendũ est q̃ꝫ tum ad originem. quia alij visis pluribꝫ signis crediderũt. Iste vero nullo miraculo vilo sed solo auditu credidit. ideo p̃dixit dñs futuram fidem et saluatõnem gentiũ quam cẽturio iste p̃figurauit inquiens. Dico aũt vobis ꝙ multi. nõ omnes. qꝛ nõ omnes obediũt euãgelio. Ro. x. Veniẽt ab oriẽte et occidente ⁊ ex omni ꝑte mundi. scꝫ ad fidem et vnitatem ecclesie. et recũbent. i. requiescẽt cũ abraham Isaac et iacob quorũ fidem imitati sunt in regno celorũ vbi est visio dei et abundantia oĩs boni Filij aũt regni. Hiero. Judei in quibus dñs regnauit eijcient̃ in tenebras exteriores sicut enim fidei priuatio est tenebre interiores sic et tenebre infernales dicũtur exteriores. illa enim est terra tenebrosa. Job. x. Et operta mortis caligine terra miserie ⁊ tenebrarũ. vbi vmbra mortis et nullus ordo sed sempiternꝰ horror inhabitat. ibi erit fletus et stridor dentium. Glo. dentes strident qui hic de edacitate gaudebant Luce. vi. Ve vobis qui ridetis nũc. quia lugebitis et flebitis. Haymo. Fletꝰ erit de ardore et fumo ignis inferni. stridor autẽ de frigore. Job. xxiiij. Ad nimiũ calorẽ trãsiẽt ab aquis niuiũ. Sap̃. xi. Per que q̃s peccat ꝑ hec et punietur. Tunc ihũs dixit centurioni. vade fiat tibi scꝫ gratia sicut credidisti. scꝫ solo verbo absq̃ corꝑali p̃ñtia serui tui sanatio. subdit. Et sanatus est puer in illa hora. ꝓfecto in illa hora qua xp̃us ꝓtulit hoc verbũ fiat. quo etiam verbo omnia creata sunt. Geñ i. Fiat lux. Rabanus. Cõsidera quantũ valet vnicuiq̃ fides ꝓpria cũ tantũ valuit seruo fides aliena. G. Moraliter. ꝑ istum puerũ centurionis significat̃ peccator in mortali peccato cõstitutus qui est ꝑaliticus spũaliter ꝑm quattuor ꝯditões que de illo in lr̃a innuunt̃. Primo quia fuit seruus. sic et peccatũ in seruitutem dyaboli redigit. Johã. viij. Qui facit peccatũ seruus est pcci. ij. petri. ij. A quo quis suꝑatus est huius et seruus ẽ. sed peccator est a dyabolo suꝑatus. et ꝑ ꝯsequẽs dyaboli seruus. Aug. Peccator tot demoniorũ seruus ẽ quot viciorũ. ut impleat̃ illud Hieremie. xvij Seruire te faciã inimicis tuis in terra quã ignoras. Secundũ malũ in paralitico est ꝙ est impotẽs ad laborandũ. et significatur in hoc ꝙ iacuit. iacẽtes enim nihil oꝑant̃. Et sic peccator in mortali existẽs nõ p̃t aliqd̃ opus meritoriũ oꝑari. Ezechielis. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia et fecerit iniquitatẽ omnes iusticie eius quas fecerat nõ recordabunt̃. iõ scribit̃ in canone. de conse. di. v. nihil. i. Nihil ꝓdest ieiunare homini et orare nisi mẽs retrahat̃ ab iniquitate. Eccs. ix. Qui ĩ vno peccauerit multa bona ꝑdet. Grego. Nihil a deo acceptat̃ quod ꝑ peccatũ maculat̃. Tercium malũ est dissolutio et tremor mẽbrorũ. Sic ⁊ peccatores sunt si debẽt dare elemosinã ⁊ ablata restituere timẽt ne deficiãt. Similiter ieiunare timẽt ne corpus attenuet̃. p̃s. xiij. Trepidauerũt timore vbi nõ erat timor. Job. vi. Qui timent pruinã cadet suꝑ eos nix. Quartum malũ est afflictio spũs. et notat̃ in hoc cũ dicitur male torquetur. Reuera omnis peccator male torquet̃. Aug. li. i. cõfessionũ. Jussisti dñe et ita est ꝙ omnis inordinatus animꝰ est sibi ip̃i pena. et hoc ꝓpter vermẽ cõscientie. qui semꝑ pungit et rodit. Isa. vl. Vermis eorũ nõ morietur. Sap̃. xvij. Semꝑ p̃sumit seua ꝑturbata cõscientia. Hugo de bono ꝯscie. Nulla grauior pena nisi remordẽs cõscientia Ratio Isido. li. ij. de summo bono. vbicunq̃ hõ abierit reatus sue cõsciẽtie eũ nõ derelinquit. omnia p̃t fugere p̃ter cor suũ. quod a seipso nõ p̃t recedere. et qui hic reatu sue cõsciẽtie punit̃ illic ꝑpetua pena damnat̃. Unde p̃s

xli. Abissus abyssum inuocat in voce ca. tuarū
Glo. Abyssus cōscientie inuocat abyssum dā
natōis ꝑpetue in voce catharactarū. i. in ꝑdica
tione sanctorum.

Dominica tercia post epiphaniam. Sermo xliiij.

Domine salua nos ꝑimus. Mat.
viij. et legitur in ꝑntis dñice euan
gelio. H. In summa euange
lij tria innuunt. Primo maris in
undatio ꝑiculosa. Secūdo discipulorū depre
catio affectuosa. Tercio xp̄i operatio virtuosa
Primuz ibi. ascendente ihū in nauiculā ecce
motus magnus ⁊c. Secūdū ibi. accesserūt di
scipuli dicētes. dñe salua nos ꝑimus. Terciū
ibi. surgens impauit ventis. De primo dicit.
In illo tpe scz primo anno ꝑdicatōis xp̄i post
descensum de mōte et postq̄z curasset leprosuz
et paraliticū seruū centuriōis et plures alios
infirmos ut refert Matheus Tunc vidēs tur
bas multas circa se et quia ipe voluit declina
re ab eis iussit ire discipulos trās fretū et ipe
simul cū eis ascendit in nauim nobis in exem
plū ut dicit Crisostomus. ut nihil debeamꝰ facere ad
ostentationē sed sp declinare turbaꝝ importu
nitatē. ascendit igit̄ in nauiculā. Origenes.
Cū magna miracula opatus esset in terra tran
siuit ad mare ut ⁊ ibi miracula faceret quatinꝰ
se non tm̄ dominū terre sed et maris demon
straret. Crisostomus. Voluit vti ministerio nauis trās
fretando cū tn̄ potuisset siccis etiā pedibus ꝑ
transire sed noluit ut se veram naturā humanā
demōstraret habere. Mistice. nauicl'a est eccle
sia in principio ⁊ in fine arta in medio lata. ita
arta in fine q̄ d̄r Luce. xviij. Filius hominis
veniēs putas inueniet fidē sup terram. Sine
hac naui nemo p̄t venire de mari huius seculi
ad portū salutis. ut scribit̄ Actuū. xxvij. Nisi
hi in naui manserint vos salui fieri nō potestis
i. in fide catholica. De quo Aug. de fide ad pe
trum. Firmiter crede neminem posse saluari si
ne fide ecclesie. Jō subdit. Secuti sunt eū di
scipuli eius. sic ⁊ nos oēs debemus xp̄m sequi
q̄z dicit Aug. de vita xp̄iana. Christiani nomē
frustra sortit̄ qui xp̄m mīme imitat̄. Luce. xiiij

Qui nō baiulat crucē suā et venit post me nō
p̄t meus esse discipulus. sz multi iā sequūt̄ cri
stū in nauicula fidei ore non aūt ope. iō aplus
ad Titum. i. Confitent̄ se nosse deū factis au
tē negāt cū sint abominati et incredibiles. et
ad om̄e opus bonū reprobi. vbi Gre. Quid
ꝓdest q̄ deo fide iūgimur moribus aūt disiū
gimur. J. Videmus enim q̄ nauis ꝑicli
tatur qn̄ non est integra. sic et hō est in ꝑiculo
qn̄ non habet integrā fidem in principio me
dio et fine. In principio debet esse integra. i.
in corde nō hesitando. Jacobi. i. In fide nihil
hesitans. qui em̄ hesitat sil'is est fluctui maris.
qui a vento mouet̄ et circūfertur. Scribit̄ em̄
de here. ca. dubius. Dubius in fide infidelis
est. Sil'r debet esse integra in medio scz ore cō
fitendo. ad Ro. x. Corde credit̄ ad iusticiaz
ore aūt cōfessio fit ad salutē. scz si interroget̄
de fide ut cōfiteat̄ ut dicit glosa ordinaria. nō
ꝑfecte credit qui nō confitetur id quod credit
Peccatū em̄ fuit petro ore negare cū crederet
corde. Cur em̄ lacrimis diluit q̄d ore negaue
rat si saluti sufficiebat q̄d corde tenebat. Veri
tas enim et credēda est et loquēda. Ideo dic̄
Mat. x. Oīs qui cōfitebit̄ me corā hoībus ꝯ
fitebor et ego eū coram p̄re meo. qui aūt nega
uerit me corā hominibꝰ negabo et ego eū co
ram patre meo qui in celis est. Ideo scribitur
de sum. tri. et fide ca. c. firmiter. Firmiter cre
dimꝰ scz corde et simpliciter cōfitemur scz ore.
Hec etiam nauicula debet esse integra in fine
scz ope implēdo Isido. Beatus vir qui recte
credit et recte credēdo bene viuit. De hac igi
tur nauicula dicit Athanasius. Quā nisi quis
q̄z integrā inuiolatāq̄z seruauerit absq̄z dubio
in eternū ꝑibit. Ideo ita firmi deberemus esse
in hac nauicula q̄ ꝑ nullā ꝑturbatōnem ab ea
recederemus. ut habet̄ in canōe. xxiiij. q. i. a re
cta. dicit Lucius papa. A recta fide et aplico
tramite ꝓpt̄ vllā ꝑturbatōm nolite recedere.
Tunc subdit. Ecce motus magnus factus est
in mari. nō naturaliter sed diuina dispositōe
ac ꝓuidētia ad ostendendum q̄ esset ipe de q̄
ps. lxiiij. Qui cōturbas ꝓfundū maris sonuz
fluctuū eius. R. Vn̄ ꝯmotio maris trib
modis solet euenire Prīo a cā supiori h̄ est a
stellis et motu planetarū. Scdo a cā inferiori
hoc est a ꝓfundo maris qn̄ mare nimis feruet
Tercio a cā media h̄ est a vēto mare ꝯcutiēte

Spūaliter. mare est seculū. nam sicut in mari
pisces maiores deuorāt minores. sic in hoc mū
do diuites et potētes opprimūt pauperes. Ja
cobi. ij. Nōne diuites ꝑ potētiā opprimūt vos
Itē sicut in mari raro trāquillitas est sic in p̄
senti seculo. Eccs. ij. Cūcti dies eius doloribꝫ
et erūnis pleni sunt. et dn̄s in euāgelio Joh.
xvi. Ut in me pacē habeatis in mūdo p̄ssuraꝫ
habebitis. nā et inundatiōes tribulationū in
mundo recte eisdē modis causant̄ quibꝫ moti
ones in mari. Et primo a causa supiore. i. a deo
ꝑmittēte. sicut paulus a deo ꝑcussus ē Actuū
ix. Scdo ab inferiori. i. a tyrāno ꝑsequēte ut
dixit saluator Math. xxiij. Ecce ego mitto ad
vos ꝓphetas et sapiētes et scribas et ex illis oc
cidetis ⁊ crucifigetis. et ex eis flagellabitis ī sy
nagogis vr̄is et ꝑsequemī de ciuitate in ciuita
tem. Tercio a causa media. i. a demonū seueri
tate qui habitāt in tenebrosis nubibꝫ qui non
nunq̄ descēdunt infestare nos. Sicut dyabo
lus ꝑcussit Job. ut habet̄. c. i. ip̄ius vlcere pes
simo. De his tribꝫ dr̄ Math. vij. Descēdit
pluuia et venerūt flumina et flauerūt venti. et
irruerūt ī domū illā et nō cecidit. Unde ꝑ plu
uiā que de celo descēdit significat̄ aduersitas
a deo. ꝑ flumina que ꝑ terrā fluūt intelligit̄ ꝑ
secutio tyrānica. ꝑ ventū qui ab aere venit tēp
tatio dyabolica. Per hmōi temptatōnes licet
iustus patiatur et infestet̄. non tn̄ ad nocumē
tum sed ad salutē. i. Corin. x. Fidelis aūt deus
est qui non patietur vos temptari supra id qđ
potestis. sed faciet cū tēptatōne ꝓuentū. i. mo
deramen ad vtilitatē ut possitis sustinere.
I. Nota has inundatōes temptationū disci
puli xp̄i sustinēt. Aliqn̄ ab extra in corpe et in
rebus sicut martires et adhuc plures in infir
mitate pauptate et ꝑsecutōe. ij. thi. iij. Oēs q̄
pie volūt viuere in xp̄o ꝑsecutōem patientur.
Aliqui vero patiūt̄ ab intra. et hoc diuersimo
de. ut dicit p̄s. xxxiij. Multe tribulatōes iusto
rum. Nā primo cōtingit ꝙ homo qn̄q̄ incidit
in indiscretam tristiciā. ut si interrogaret̄ nesci
ret quid sibi obesset. Hanc tristiciā dauid ex
ꝑtus dixit. xli. Quare tristis es aīa mea et qua
re cōturbas me. Hec tristicia est valde nociua
qn̄ hominē supat. nā trahit hominē ab incho
ato bono et facit ei tediū Tali enim tristicie đ
beret homo viriliter resistere. p̄s. xxx. Viriliter
agite et cōfortetur cor vr̄m. Et letam mentē
deberet homo suscipe ex beneficio passionis re
surrectōis ascensionis ⁊ alijs meritis xp̄i. De
quibus Bern̄. Ubi deficiunt merita mea ibi
supplent tua. nā talis tristicia nocet corpi ⁊ aīe
ꝓuer. xvij. Spūs tristis exiccat ossa. Exem
plū de quodam p̄dicatore qui ita tristis existe
bat ꝙ ip̄m tedebat legere orare et queq̄ bona
agere. Cū sic sederet tristis apparuit ei xp̄s di
ces. surge et plāge passionē meā et liberaberis
et ita fecit et liberatus ē. Secūda tēptatio ab
intra est hesitatio fidei catholice. et desperatio
de dei misericordia et spūs blasphemie contra
deū et sanctos. et temptatio occidendi seip̄m.
Et quedam ꝑplexitas querulose cōsciēne.
M. Sed diceres. vnde orit̄ ꝙ incipit quis
dubitare de dei misericordia ꝙ nunq̄ debeat
saluari. Rn̄detur ex tribꝫ. Primo qꝛ nō pon
derant quid deus est in seip̄o. Scdo quid pec
catū. Tercio quid cōtritio. De primo sciendū
ꝙ deus est summū bonum. et ita misericors ꝙ
ꝑatus est peccatorē suscipe sicut fidelis mater
vnicū filiū si videret illū in ignē cecidisse para
ta esset celeriter eripere. multo amplius para
tus est deus peccatores eripe et ad gratiā susci
pere. Et si possibile esset ꝙ vnus peccator oīm
hoīm peccata haberet. adhuc dei misericordia
in infinitū maior est. Bern̄. Sicut scintilla ī
medio maris. sic omnis malicia hoīm ad dei
misericordiā compata. Sed diceres. vn̄ veit
hoc ꝙ deus tā magnis et multis peccatoribus
est misericors. Rn̄det̄ nō ex suo merito sed ex
sua essentiali bonitate. De qua Marci. x. Ne
mo bonus nisi vnus deus scꝫ essentiali bonita
te. p̄s. cxvij. Confitemini dn̄o qm̄ bonus qm̄
in seculū misericordia eius. et qn̄ sic pccōres
incipiūt cogitare bonitatē dei et ꝙ deus nō in
diget nr̄i sed ex infinita bonitate miseret̄ nr̄i.
tūc cor peccatoris liquescit et cognoscit ꝙ đo
nūq̄ ad plenū regratiari poterit. tūc peccator
incipit diligere deū et magis qn̄q̄ erit accep
tior deo q̄ qui nunq̄ mortaliter peccauit. sed
semꝑ segniter vixit. et tales sic erūt sepius fer
uentiores ceteris. Et sic tunc implebit̄ illud
Ro. v. Ubi aūt abūdauit delictū supabunda
uit et gr̄a. Gre. Fit plerūq̄ deo amore gratior
ardens post culpā q̄ securitate torpēs ꝑ inno
centiā. ut patet de maria magdalena ⁊ paulo.
N. Scdo ꝓuenit talis tristicia ex eo ꝙ non
ponderāt quid sit pctm̄. Nā peccatū stat ī hoc

q̄ homo p̄meditate et volūtarie p̄ter cotradi/
cionē ratōis se auertit a deo ex deliberato pro
posito. Ecōuerso si homo haberet tot occurrē
tes cogitatōes quot sunt arene maris que et
tam male essent q̄ etiā vix cor ymaginari pos/
set siue de deo siue de sanctis siue de hominib
siue de alijs creaturis Etiā si homo haberet p
longū tp̄us ut p annū et citra. si reluctaret et
nō staret sup illas voluntarie cū deliberato aīo
tunc nō esset peccatū mortale. De quo Greg.
Non est cogitatio tā immūda que mentē pol/
luat si ratio nō cōsenserit. Sed adhuc eis de
hoc forsitan est scrupulus dicētes an tunc q̄n
sagitta male cogitatōis a dyabolo vel aliū de
intentata vulneret q̄n vidz hmōi subito p̄/
cupatus homo cū aliquali delectatōe cadit su
per illud q̄ incidit. et sic suūpius obliuiscitur
q̄ nō immediate se auertit. tunc em̄ pleriq̄ ni/
ment q̄ cū voluntate et rōe hoc factum sit. ꝛ q̄
sic suimet oblit̄ peccatū mortale p̄miserit. qui
bus rñdetur nō sic. Sed rō hominis p̄uenit̄
cū talibus sagittis cogitatōnum anteq̄ ratō
rite seip̄am aduertit. Cū aūt aduertit cū delibe
ratōe tunc a primo p̄t recipe vel respuere et p
cōsequens peccare De quo Ber. Potest inimicus excitare temptatōis motū in te est si ve
lis dare cōsensum. ergo boni homines nō de/
bent nimiū turbari de talibus cogitatōib inci
dentibus. q̄ ꝑm Aug. de vera religiōe. Nihil
peccatū nisi voluntariū. nā inobedientia vel cō
cupiscentia nō habet culpā in corpe nō consen
tientis. xv. q. i. c. Si cōcupiscētia. Et Richar
dus dicit. Peccatū mortale nō p̄t p̄mitti si/
ne grandi temptatōe sui. sine graui lesiōe p̄ri
mi et sine cōtemptu dei. nā sensualitas nō pec
cat mortaliter nisi cū cōsensu rōnis. sicut nec
eue peccatū nocuisset sine cōsensu ade. Tercō
p̄uenit ex eo q̄ nō pensant quid sit cōtritio et
penitentia. nā cōtritio est virtus que delet ho/
mini peccata cū est vera. p̄s. l. Cor contritū ꝛ
humiliatū deus nō despicies. Crisi. Peccata
p̄terita nō cōdemnant si nō placēt sed displi/
cent. et etiā est dictū august. dicēs. Non no/
cēt p̄terita si non placēt. O. Attamē sciē
dum q̄ tales homines habēt ser defectus. pri
mus est q̄ nō capiunt informationē et vix cre
dunt quibus credere tenent̄. et hoc p̄uenit ex
nimia impssione cordiali in qua semp̄ sine in/
termissiōe stant. ꝛ quāto plus de illis loquunt̄
tanto plus defectūs illi crescūt. Illi deberēt eli
gere confessorem doctū et discretū qui hoc ha
beret ex rōe et scriptura. cui crederēt sine omni
dubio. Hebre. xi. Credere oportet accedentem
ad deum. Tales etiā accepta informatōe con
silū p̄fessorū et instructorum suoꝝ sequi opor
tet. Alā deus hoc requiret ab eis in extremo iu
dicio si sic nolūt sequi. Et si innitāt̄ p̄dictis cō
ceptibus. hoc enim est signū elate mentis. Ja
ie. xij. Si n̄ crediderit̄is nō p̄manebitis sic in
salute. Secūdus defectus est q̄ habent indi/
scretū timorē. timēt enim et apparet eis q̄ nō
dz recte confiteant̄ dz tūcunq̄ etiā diligenter
p̄fessionē fecerint. et sic nunq̄ habēt cor quie
tū. et hoc ortū ex illo. q̄ nesciūt quid teneant̄
confiteri. quia mortalia ex p̄cepto venialia in
generali. et incidētales cogitatōes ex consilio
Unde habetur in vitispatr̄. Nil sic allicit vir
tutem demonū sicut cōfessio cogitationū. ido
ꝑm aug. Peccator dz duo facere. Primo dz
studiū adhibere ut meditetur oīm pctōr̄ que
fecit cogitatōe locutōe et opatōe inq̄rum p̄te
Scōo debet exorare deū ut det sibi cognosce
re sua peccata. q̄ libenter vellet ea confiteri si
sciret. Tunc deus ex sua misericordia dat illi
cognoscere sua peccata aut indulget illi oīa q̄
scit et que nescit. Et sic q̄n peccator suā diligē
tiam fecit sic accedēs ad p̄fessionē omnimo de
bet sperare totalē omniū remissionē. alias non
consequitur misericordiā. Ambro. Nō p̄tage
re verā p̄niam qui nō sperauerit indulgentiam
etiā si centies cōfiteret̄. Cui cōsonat aug. De
nitētia q̄ nō p̄cedit ex fiducia est sterilis et si/
ne misericordia. Tercius defectus est q̄ tales
volunt habere status sui certitudinē an sint si
ne peccato mortali. vel nō q̄ nullus certitudi
naliter scire p̄t nisi ex speciali diuina revelati
one. eccs. ix. Nescit hō vtrū amore an odio di
gnus est. ergo sufficere deberet eis eramē pro
prie conscientie si nō inuenirēt scrupulū Alā de
mus vult vnūquenq̄ nostrū incertū esse ut hu
miliemus nos ꝛ stemus quotidie in timore dñi
Eccī. xxvij. Si non in timore dñi tenueris te
instātēr cito subuertetur domus tua. Verū.
Cōtra sunt timor et religio nec p̄t stare vnū
sine reliquo. propter quod dicit̄ Puer. xxviij
Beatus hō qui s̄p̄ est pauidus. Alā si hō scirz
se certū esse de gratia tunc posset se extollere
et ex elatōne mentis grauius cadere Eccs. xl.

3°

1°

Omnia in futurū reseruantur incerta eo ꝙ vniuersa eque eueniāt iusto et impio scz fortuniū et diffortuniū. Q. Quartus defectꝰ est ꝙ aliqui faciūt aliqñ ꝯtra deū murmuratione. et hoc ꝓuenit ex magna temptatōe in qua semꝑ stant. ⁊ tunc recalcitrāt et ꝯtradicūt deo murmurando cur deus ꝑmittat hoc suꝑ eos. nesciētes dictū aug. in enchiridion. Deus sū me bonus nullū ꝑmittit malū quin vult elicere bonū. Sed tales ex quo nō sunt multū exercitati in alijs tribulatōibus. idcirco habent se sicut iuuenis equus qui ligatur ad currū. primo currit cū īpetu putās se ꝑ hoc euadere posse. sed postq̄ fatigatus fuerit vidēs ꝙ aliter esse nō ꝑt. tunc passim et quiete vadit. sic fit et illis. q̄diu enim sunt in pugna cōtra hmōi tēptationes amare valde ferūt illas et nimiū turbantur quas tñ ꝑpeti eos oꝑtet vsq̄ dū misericors deus sic respiciat eorū laborē et patientiam. qꝛ ipse scit qñ eis expediat ut liberentur atq̄ ꝙ eos alleuiet. ergo nil melius q̄ ꝙ patienter et hūiliter flagellū sustineāt ⁊ se dignos iudicēt ut sic ꝓ excessibꝰ flagellētur sperātes eis esse bonū. et sic de necessitate virtutē faciant. Aug. Intellige deū esse medicū tribulationē vero medicamētū. Scit em̄ celestis medicus quid daturus et quid subtracturus sit. daturus ad cōsolatōem. ⁊ subtracturus ad exercitatōem. Idcirco cōmitte d̄o Eccl. ij. Fili ꝑpara aīam tuā ad temptatōez. et omne quod tibi applicitū fuerit accipe et in dolore sustine et ī humilitate tua patiētiā habe. Lu. xxi. In patiētia vr̄a possidebitis aīas vestras. K. Quintus defectus eorū est ꝙ stant suꝑ temptatōne ꝑ racōcinatōnem et semꝑ disputādo quasi sua industria atq̄ viribꝰ ꝓprijs velint et possint resistere. Et tñ nihil est ꝙ amplius noceat eis. quia sic rōcinando augetur temptatio. potius enim se totaliter auertere deberēt et aliquid boni cogitare de passiōe xp̄i. gaudijs celi et penis inferni. et nihil cogitare de aggrauatōe. qꝛ nō est illis nociuū sed magis ꝓficuū si est rōi eorū et volūtati cōtrariū et potius vellēt esse suppor tati si possent. et ꝑ ꝯsequens nō est peccatum. xv. q. i. c. i. Ex volūtate peccata ꝓcedūt que libero mentis arbitrio et delinquēdi ꝓposito cōmittunt. Unde et nō nisi ex cōsensu cōsciētia fit rea. mō ex q̄ igit̄ nō ē cōsensus ī illis. tūc etiā nulla vel modica est culpa nec aliqua cōsequit̄ pena. Aug. Non sentit qui nō ꝯsentit. i. non sentit penā qui non ꝯsentit ad culpā. Ideo fatue agit qui ꝑ rationē desuꝑ stat et conscientiā suam grauat. S. Sextus defectus ꝙ impeditur deuotio in illis. qꝛ de q̄to tꝑus est sanctius et libentius deuotionē haberēt ut se ad deū deuote darēt tāto minus deuotōem hñt. et illa tribulatio tunc maior est q̄ alio tꝑe. et sic accidit ꝙ vnū pater noster nō pñt orare sine tali incidentali cogitatōe. et exinde turbati et amaricati dicūt cū importūitate quid me iuuit oratio talis sine deuotōe. et sic tunc totaliter dimittūt. et in hoc male faciūt qꝛ cōsentiūt dyabolo qui hoc querit ꝙ possit hominē in spirituali oꝑe impedire. nā homo ex eo nō debet dimittere oratōes et alia oꝑa bona. Isidorus Omnibꝰ malis ꝑualet oratio. quotiēs igitur homo tangit̄ vicio debet subsequi oratio. nā q̄d deficit homī in deuotōne hoc implet labor pugne. eo ꝙ tunc orationis labor ex tedio plꝰ afficiat et durior ingrauescat. vbi tamē si orando et sic pugnādo ꝑstiteris magis mereberis. Gre. Maius meritū est bene pati q̄ bñ agere et sic licet nō habeas deuotōem tñ habes desideriū in quo clamas ad deū. quod ut exaudiaris sufficit. ps. ix. Desideriū pauꝑm exaudiuit dñs. Grego. in moralibꝰ. Desideria sunt aīe verba ad deū clamātia. Cui consonat aug. suꝑ ps. Et si lingua taceat qui desiderat corde clamat. Sicut moyses. Exodi. xiiij. Cui dixit dñs quid clamas ad me cū tamē non ore clamaret sed corde desideraret sic etiā nōnunquā infirmus in agone iacēs nesciēs loqui. attamē ex desiderij intentōne exauditur.

De eadem dominica Sermo. xlv.

Ascendente ihū in nauiculam secuti sunt eū discipuli eius. Math. viij. In summa euangelij duo innuūtur. Primo difficultas magni ꝑiculi. Secūdo necessitas postulati auxilij. primū ibi. ascēdente hiesu in nauiculā factus est motus magnus in mari. Secūdū ibi. do. salua nos ꝑimꝰ. De primo dicit. ascēdente ihū in nauiculā. T. Moraliter. ꝑ nauiculā intelligit̄ aīa deuota v̄tutibꝰ ornata. que dicit̄ nauis ꝓuer. xxxi. Facta est quasi nauis institoris de longe portans

panē suū. Glo. sicut nauis onerata de bonis
que in patria sua sunt trāsit ꝑ mare ut illis ven
ditis chariora ad domū suam deferat. sic aīa
deuota virtutū diuitijs hic onerari dz ⁊ trāsi
re per mare huius seculi ut recipiat meliora et
chariora in vita eterna. qꝛ scribit̄ Math. xxv
Omni habēti dabit̄. Glosa. habenti merita
virtutū dabit̄ p̄miū meritorū et bonorū opm
Nota merito anima virtuosa figurat̄ ꝑ nauicu
lā quinqꝫ de causis. Primo ꝓpter figure qua
litatē. qꝛ nauicula in extremis est arta. in me
dio lata. Sic vita hominis virtuosi est diffici
lis in principio. Math. vij. Arta est via q̄ du
cit ad vitam. In fine stricta qꝛ dyabolus maxi
me insidiat̄ fini iusti. p̄s. xxxvi. Obseruabit
peccator iustū. i. insidias ponet. Hiero. Pre
sto erit dyabolus obijciēs omnia que fecim⁹.
Iuxta illud Eccī. xi. In fine hoīs denudatio
opm illius. Sed in medio est lata. Gregori⁹
Via dñi in arto inchoat̄ itinere. sed in amo
ris dulcedīe dilatat̄. De quo ꝓuer. iiij. Du
cam te ꝑ semitas equitatis. quas cū ingressus
fueris nō artabunt̄ gressus tui et currēs nō ha
bebis offendiculū. Vl. Secūdo vita vir
tuosa dicit̄ nauiculū ꝓpter vectūre cōmodita
tē vel p̄ciositatem. nā sicut nauicula est vilis ⁊
fragilis materia. tñ merces p̄ciosa defert̄ in ea
sic et nos in aīa. ij. Corint. iiij. Habemus the
saurum istū in vasis fictilibꝫ scꝫ thesaurū virtu
tum. ꝓuer. xxi. Thesaurus desiderabilis ī ha
bitaculo iusti. Reuera virtus est merces p̄cio
sa duplici de causa. Primo ex ꝑte dantis. qꝛ
deus est qui dat. Aug. Tale bonū est virtus
vt nullus opetur eā in nobis nisi de⁹ ad Gal.
iij. Qui retribuit vobis spm̄ et operatur virtu
tes in vobis. nā a nobismetip̄is habere nō pos
sumus. Bern. Incassum laborat in acquisitio
ne virtutū qui aliūde querit q̄ꝫ a dño. p̄s. xxx
ij. Spū oris eius omnis virtus eoꝝ. Prop
ter quod et p̄s. lxxix. De⁹ virtutū ꝯuerte nos
ip̄e em̄ operatur virtutes in nobis. qꝛ ab ip̄o
omnis virtus ꝓcedit et dat̄. Sap. vi. Data
est nobis ptās et virtus ab altissimo. Secun
do ex parte recipiētis. qꝛ solū bonis datur et a
micis dei. Quia dicit aug. de libero arbitrio.
Virtus est bona qualitas mētis qua recte viui
tur qua nemo male vtit̄. mō mali nō recte vi
uūt igit̄ virtutibꝫ carēt. Cetera em̄ dona natu
ralia corꝑalia et tꝑalia malis p̄stant̄ virtutes
vero nō Aug. Ista bona naturalia et tꝑalia vo
luit deus esse cōia ut nō validius appetant̄ cū
mali illa habere cernūtur. Illa aūt spūalia de
bemus feruenter querere q̄ sunt bonoꝝ ꝓprie.
Gre. Vere diuitie nō sunt opes sed virtutes.
x. Cū his mercibꝫ debemus grauare naui
culā nostrā ut figurat̄. iij. Regū. ix. et. ij. pali
po. viij. Classis regis salomonis ibat semel ꝑ
tres annos in tharsis. afferēs aurum argentū
et dentes elephantū simeas et pauos. Spū
aliter. sic aīa virtuosa q̄ est nauis salomōis. i.
xp̄i dz ire in tharsim. qd̄ interp̄tatur explora
tio gaudij. et significat cōtemplatōnem celestē
et debet inde apportare primo aurū charitatis
Apoca. iij. Suadeo tibi emere a me aurū igni
tum ꝓbatū ut locuples fias. Secūdo argen
tū bone cōuersatōis. i. Petri. ij. Cōuersatōeꝫ
vr̄am inter gētes habētes bonā. Tercio den
tes elephantū. i. continentiā. qꝛ elephas con
cupiscentiā carnis nō habet. vñ suppositus dē
ti elephantis pannus et ignis desup̄ ñ ꝯburit̄
pannus. ita etiā homo v̄tuosus ab igne concu
piscētie manet illesus. Isaie. xliij. Cum ambu
laueris in igne nō cōbureris et flama nō arde
bit in te. Quarto simeas. i. imitatōes sctōrum
i. Corint. xi. Imitatores mei estote sicut ego
xp̄i. Criso. sup̄ Mat. Que iusticia est sanctos
colere et sanctoꝝ vitā nō imitari. nā ideo cele
brantur festa sanctorū ut imitemur vitā eorū
Quinto pauos. i. prudentiā custodiēdi vitā
virtuosam. nā pauo habet incessum furtiuum
et significat absconsionē bonoꝝ operū. Mat.
vi. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua
Itē pauo habet pēnas oculatas. et significat
circūspectōem. Apoc. iiij. Animalia quattuor
erant plena oculis ante et retro. Et sic nos cir
cūspecti debemus eē in oī vita nr̄a. Bern. Vi
tam tuā quotidiana discussiōe examina. et vi
de quantū deficias aut ꝓficias. y. Tercō
anima virtuosa dicit̄ nauicla ꝓpter formalita
tē. nā sicut forma nauis hec est. ut inferius est
clausa supius apta. et sic boni et virtuosi ho
mines debent esse inferius clausi ꝑ contēptum
mundanoꝝ. i. Joh. ij. Nolite diligere mundū
neqꝫ ea q̄ in mūdo sunt. Aug. in sermone dñi
de monte. Si te delectat mūdus sp̄ es immū
dus. ad Ro. xij. Nolite ꝯformari huic seculo
Propter quod dicit Amb. de fuga scl̄i. Qui
saluus esse desiderat supra mundū ascendat.

Isa.xxiiij. Formido fouea et laqueus sup te
qui habitator es terre. ergo nauicula superi⁹
debet esse apta. i. mens nostra ad deū eleuata
Coloceñ.iij. Que sursum sunt sapite. nō que
sup terrā. q. d. sed celestia desiderate. qr dicit
Gre. Eternorū desideria et suspiria introdu-
cunt nos ad eterna gaudia (3) Quarto vi-
ta virtuosa dr nauicula ꝓpter finis et exitus
sui incertitudinē. nā sicut nauta existens ī ma-
ri ignorat vtrū ad portū cū bonis nauicule p
ueniat. et sic homo q̄tumcunq̄ virtuosus exi
stat nescit an pseueret finaliter an p ventū tēp
tatōis succumbat. Eccs.ix. Nescit homo finē
suum. sed sicut pisces capiuntur hamo ⁊ aues
laqueo cōphendūtur sic capiūtur hoīes in tē-
pore malo. i. Corin.x. Qui se existimat stare
videat ne cadat. Ubi ambro. Nō mirū q̄ hō
cecidit ex quo angelus cecidit. ꝓpter qd dicit
Salomon Eccs.ix. Sunt iusti atq̄ sapiētes
et opa eorū in manu dei sunt. Idcirco nauta
nō confidit in tantū de trāquillitate tpis et au
re quin vadat ad portū dū pt. Sic nec aliq̄s
debet ꝯfidere in fortitudine virtuositate et iu-
uentute sua quin dz tēdere ad portū salutis a-
nime. et timere naufragiū et casum. August.
Nemo securus in hac vita que tota temptatō
noīatur. vtrūq̄ fieri poterit ex malo melior et
ex bono deterior. ꝓpter quod vnusquisq̄ por-
tum salutis a ꝓpropinquare dz dum tpus ha
bet penitēdi et bene agēdi. Eccs.v. Ne dixeris
est mihi sufficiens vita. nā misericordia et ira
ab illo cito ꝓximāt. et in pctōres respicit ira
illius. Ideo aplus ad Gala.vi. Dū tempus
habemus opemur bonū. (A) Quinto vi-
ta virtuosa dicitur nauicula ꝓpter obortā tem
pestatem. De quo subdit. Ecce motus mag-
nus factus est in mari. licet xp̄us erat in naui
cula et discipuli. nihilominus tñ orta ē tēpe-
stas. sic q̄q̄ et in aīa virtuosa est xp̄us. Mat.
vlti. Ecce ego vobiscū sum omnib⁹ dieb⁹ vsq̄
ad ꝯsummatōem seculi. Et Ambro. in li. d of
ficijs. Iustus nunq̄ solus est quin sp cum do
est. Et discipuli secuti sunt eū. i. gratia et meri
ta omniū sanctorū. ps.xxxvi. Nō vidi iustuz
derelictū scz a gratia et meritis. attñ mot⁹ ma-
gnus factus est. i. temptatio et impugnatio.
De quo Inno. Scio neminē in hac pegrina
tōne viuere posse sine tēptatōe. et Gre. Ple-
rūq̄ quāto sunt maiores in gr̄a tāto maior p-
mittit sup eos tēptatio. ita q̄ plerūq̄ ab inte
riori et ab exteriori insurgūt vēti temptatōnū
Primus ventus ab interiori ē. cū aīe virtuo
se subtrahitur spūalis ꝯsolatio. ps.ciij. Aufe
res spm̄ eorū et deficient. i. spūalem cōsolatio
nem. Unde dicit glo. sup illud Trenorū. i.
Nō est qui cōsolet eam ex omnib⁹ caris eius
Frustra nāq̄ querit cōsolatōem exterius. qui
spūalem pdit interius. Nā tales pñt cōqueri
illud origenis sup cātica. Heu quo abijt gau
diū meum. vbi latet amor meus. vbi ē dulce
do cordis mei. alias quidē omne gaudium re
putat molestiā qui caret spūali leticia et ꝯsola
tōe. sicut maria magdalena. ut dicit Greg. in
ome. stabat foris plorās cum nō inuenit ihm̄
nihil curās ꝯsolatōem angelorū. q. d. onerosi
sunt mihi angeli qui et si cōsolent tñ grauant
me. non em̄ quero creaturā sed creatorē. Sic
et virtuosa aīa si haberet ꝯsolatōem interiorē
facilius posset oēs temptatōes supare. ps.cx-
vij. Dñs mihi adiutor et ego despiciā oēs ini
micos meos. Et iterū xxvi. Si cōsistant ad-
uersum me castra. i. multitudo tēptationū nō
timebit cor meū. Et tali singulari refugio sub
tracto hō quodāmodo inermis sicut arundo
exponit quasi singulis vētulis quibus et in di
uersum agitat incuruat et nōnunq̄ ꝯquassat
Unde aug. in li. de viduis. Deuotio fac̄ trans
gredi fortitudinē nature et mētis infirmitatē.
ita q̄ oīa suffert p dulcedinē deuotōis. De q̄
gre. in ome. Si nos virtus deuotōnis in inti-
mis afficit oīs strepitus praue suggestiōis ob
mutescit. (B) Secūdus ventus interi-
or est boni tediatio. et cōsequit primū. qr diui
na ꝯsolatōe subtracta et deuotōne extincta hō
attediat legere orare et alia quecūq̄ bona ope
ra facere. et fit somnolētus meditatōnes soli-
tas non inuenit. in verbo dei dormit. ps. cvi.
Om̄em escā abominata est aīa eorū. Hāc tem
ptatōez semel Bern̄. sentiēs dixit. inuadit me
quidā languor aīe et mentis ebetudo et insoli-
ta quedā īertia. i. quedā attediatio spūs nō sū
vt heri et nudiustercius. exaruit cor meū. coa
gulatū est sicut lac. factū est sicut terra sine a-
qua nō cōpungitur ad lacrimas. legere nō li-
bet. orare nō delectat. meditatōes solitas non
inuenio. ad opus manuū piger. ad vigilias sō
nolētus. ad irā p̄ceps. ad odiū ptinax. lingua
ꝓcax. Hec temptatio orit ex prima. ut patz in

figura Exo.xvi. Post murmuratõez de defcu
aque in deserto. qui defectus aque significat
defectũ diuine consolatõis sequitur murmur
de manna.i.de bono ope. Vñ Numeri.xxi.lo
cutus est ꝓplus cõtra dñm et moysen. Cur e/
duxisti nos de egipto ut moreremur ĩ solitudi
ne. deest panis. nõ sunt aque. aĩa nostra nause
at sup cibo isto lenissimo. (C) Tercius vẽ
tus interior est mala cogitatio de carnalibus.
Job.xvij. Cogitatões mee dissipate sunt tor
quentes cor meũ. quia cũ spũs deficit in con/
solatõibus. tunc caro incipit insolescere. iuxta
illud Caro cõcupiscit aduersus spm̃. spũs aũt
aduersus carnem. ad Gala.v. Hec enim sibi
inuicẽ aduersant̃. signanter qñ spũs ita tepet
tunc caro feruet. tunc enim rite posset aĩa virtu
osa ꝯqri cũ aplo. Ro.vij. Scio ꝙ nõ hĩtat in
me. id est in carne mea bonũ. nã velle adiacet
mihi. ꝑficere autẽ bonum nõ inuenio. Nõ em̃
quod volo bonũ ago sed quod nolo malũ hoc
ago. et talis mali impugnatio est aĩe virtuose
magna afflictio (D) Quartus ventus est
corꝑalis et exterior ꝑsecutio. Et fit qñ homo
ex bene gestis tanq̃ malis corripit̃. et ab equa
libus contemnit̃. ab inferioribus vilipendit̃.
ab omnibus irridetur. et quocũq̃ se diuertit
tatem delictorū erit diuersitas tormentorum
(T) Quod figuratum est Ezechielis. xl
vij. Mensus est cubitus mille et traduxit me
ꝑ aquam vsq; ad talos. Rursusq; mensus est
mille et traduxit ꝑ aquam vsq; ad genua. Et
rursus mensus est mille et traduxit me per a/
quam vsq; ad renes. Et mensus est mille tor/
rentem quem nō potui pertrāsire. Ecce hic ꝓ
pheta ponit diuersam mensuratōnem. Unde
quidam sunt qui nouiter inceperūt peccare. et
sine penitentia decesserunt. et isti ponuntur in
hoc fluuio vsq; ad talos. Alij qui continue
vsq; ad peius ꝓcesserunt hi vsq; ad genua.
Alij autē qui in oībus peccatis tam spūalibus
ut superbia īuidia q̄ carnalibꝰ ut luxuria se im
miscuerunt et delectati sunt hij vsq; ad renes
Alij vero qui sup peccata ꝓpria alios per here
sim et errores a deo recedere fecerunt imo cō
pulerunt. hij vsq; ad caput et supra caput. qꝛ
sicut se nostro capiti christo scilicz opposuerūt
iustum est vt pena eorū sup caput eorum ascē
dat. et tangitur ibi. Alligate fasciculos ad cō
burendum nō ad consumenduz. quia illa vita
penalis est ꝑpetua. Isaie vltimo. Uermis eo
rum non morietur. et ignis eorum nō exting
uetur. Tunc econuerso fideles habebunt tri/
plex bonum. Primo sanctorū cōmunitatem.
et tangitur ibi. triticū cōgregate. id est electos
qui triturati sunt flagellis et tribulatōnibus.
ita vt in eis nulla sit palea macule Scdo habe
bunt a tempestate securitatē. et tangitur ibi in
horreum vbi ventus nocere non potest. Ter/
cio habebunt dei p̄sentialitatē. et tangitur ibi
meum. quasi d. semp p̄sentem me habebunt

contemplātes meā diuinitatē et humanitatē Juxta illud Joh.x. Ingredietur et egredietur et pascua inueniet. quod p̄stare dignetur.

De eadem dominica. Sermo.xlviij

Domine nōne bonum semen seminasti in agro tuo. vnde ergo habet zizania. Math.xiij. ¶ U ¶ Dyonisius dicit. Optimi est optima facere. sed deus est optimus. quia essentialiter bonus. Marci.x. Nemo bonus nisi vnus deus. Nicolaus de lyra. essentiali bonitate. Et sic p consequens omnia que ꝓcedunt ab eo bona sunt. Gen.i. Vidit deus cuncta que fecerat et erāt valde bona. dicit mgr̄.in.ij.di.iij. Non enim potuit creator optimus fore mali auctor. Ideo Deutro.xxxij. Dei pfecta sunt opa. dicit eñ philosophus. Effectus sequitur suam causam. sed deus ē causa omniū bonorū vt inquit Dyonisius. nihil bonum nisi ab eo qui essentialiter bonus ē Et sic ip̄e est seminator boni seminis in agro hūani cordis. De quo thema. Dñe nonne bonuz semen seminasti in agro tuo. vnde ergo habz zizaniā. Et ait inimicus homo hoc fecit. In sūma verborū duo innuuntur. primo seruoꝝ querulosa interrogatio. Secūdo subiungitur p̄risfamilias lacrimosa responsio. primū patet in principio. secūdū ibi. ait illis inimicus homo hoc fecit. De primo dicit. Dñe nonne bonuz semen seminasti in agro tuo. Serui sunt angeli non querūt p modum dubitatōis sed p modum doloris et admiratōnis. nō erat enim dubitatio quin bonū semē ip̄e seminauerat. Dic̄ enim magister in.ij.di.iij. Totum bonum est quod ex ip̄o est. Ideo mirātur. vnde ergo.i.q̄ auctore habet zizania. nā nihil est malū creatum. Aug.in enchiridion. Deus cū est sūme bonus nihil malū sinit esse in suis operibus. Ideo scribit Isido. de summo bono. libro.i.c.ij. Malum nō est a deo creatū sed a diabolo inuentū. ¶ x ¶ Dixi secundo subiungitur p̄risfamilias dolorosa responsio. ibi. ait illis. inimicus homo hoc fecit. hoc est dyabolus. Crisos. dicit. Inimicus homo ꝓpter iacturā quam infert hominibus. Vexatio aūt dyaboli aduersus nos est principium mali seminis. Vocatur aūt dyabolus homo. p psal.ix. Exurge dñe nō cōfortetur homo. Et dictus est inimicus homo ꝓpter inimiciciā quam habet aduersus hoīem ille supseminauit zizaniā viciorū contrariam virtutibus sub specie virtutis. De quo Grego. xxxij. moraliū.c.lxiiij. Hostis nostri malicia tāta arte se palliat et plerūq; ante decepte mētis oculos culpas virtutes fingat. ut inde quisq; quasi expectet p̄mia. vnde dignus est eterna inuenire tormenta. et ut discurramus p singulas virtutes et vicia. Primo zizania supbie semini triplicis virtutis se interserit. quia vt dicit aug. Quecunq; iniquitas in malis opibus exercetur ut fiat. supbia vero etiam bonis opibus insidiatur ut peant. Primo inserit se sub specie virtutis humilitatis dum quis de cōtemptu vane glorie. ut de sorde gloriatur et in seipso extollitur. De quo aug. Sepe homo de cōtemptu glorie in seip̄o vanius gloriatur. Et est illa eius occultatio tanto piculosior. quanto magis sub specie sanctitatis et religiōis latēs pius decipit. ut dicit aug.in.x.cōfessionū. Tales licet alijs placere nō querāt tamen de seip̄is sibi placere affectāt. Unde tales sibiip̄is placētes deo multū displicent. Exemplū de sancto anthonio. Cū quadā vice sibi incidit q̄ nullus monachorū tanto tpe deo seruiuisset in heremo quo se etiam estimabat ceteris sanctiorem Propter quod voce de celo lapsa audiuit aliū multo meliorē fore in heremo. quem etiā accedere iussus fuit scz sanctū paulū primū heremitam. De talibus dicitur. Ecc̄i.xix. Est qui nequiter humiliat se. interiora autē eius plena sunt dolo. Et est ypocrisis et simulatio deceptoria. Mathei.vij. Attendite a falsis ꝓphetis qui ad vos veniunt in vestimentis ouiū ꝛc. ¶ y ¶ Secundo zizania supbie interserit se sub specie iusticie. dum quis sub zelo iusticie aliorum dicta vel facta rep̄hendit. more pharisei qui facta publicani redarguit et seip̄m false iustificauit. Luce.xviij. Et sic aliorum facta considerātes vitam illorū maculāt seip̄os purificant. alios accusant seip̄os excusant. Et sic sub specie zeli rep̄hendūt alios in se confidentes tanq̄ iusti confundunt alios. ut dic̄ greg. xxxij. mora. clamorosa voce. credentes se hoc agere ex amore veritatis. cum tamen agitur ex tumore supbie et p̄sūptōis aut odij vel latētis

inuidie. Propter quod necessariũ est istaz oc
cultatõnem diligenter considerare. Tercio zi
zania supbie interserit se sub specie ꝓfectus ꝓ
ximi siue tꝑalis siue spũalis. Gre. xxiiij. mora
lium. c. liiij. Elatio alios ex rebus secularibus
alios vero ex spũalibus possidet. Tꝑalis cum
quis dicit se ꝑesse velle ut valeat ꝓdesse. vñ
dicit Gre. xxxi. mora. c. xcix. Inanis em̃ glo
ria deuictũ cor quasi ex rõe solet exhortari. d.
debes maiora appetere ut quo ptãte valueris
multos excedere. eo etiã valeas multis ꝓdes
se. Spũalis etiam dũ in actibus spũalibꝫ q̃s
quis ꝓ salute aliorũ exercet. vt gratia p̃dicati
onis et doctrine vel alicuius boni opis quod
quis in publico ꝓ exemplo aliorũ facit appeti
tus laudis humane vel elatio ꝓprie complacẽ
tie se admiscet. sicut beatus grego. de seipo re
fert in fine mora. dicẽs. Ad me intrinsecus re
diens. dum ipam subtiliter radicẽ mee inten
tionis inspicio. deo quidem ex eo summo ope
placere voluisse cognosco. sed eidẽ intentioni
qua deo placere studeo furtim se nescio quõ in
tentio humane laudis interserit. Sic em̃ sepe
intentõnem nr̃am dum ante oculos dei recte
incipit occulte subiũcta et eã velut in itinere
ꝯprehendens intentio hũane laudis assequitur
sicut necessitate quidẽ cibus sumit. sed in ipo
esu dum furtim gula surrepit delectatio ꝑmi
scet. vñ plerũqꝫ ꝯtigit ut refectõz corpis quã
salutis cã cepimus cũ nimia auiditate permi
scetur cũ sumimus causa voluptatis expleamꝰ
Sed talem elatõem incidentẽ statim milites
xp̃i expellunt dicentes. ꝓpter te nõ incepi nec
ꝓpter te dimittam (3) Secundo dicendũ
est de zizania auaricie quam dyabolus interse
rit sub semine triplicis virtutis. Prio sub spe
cie ꝓuidentie. cum fingit se quis congregare
solũ ut necessitati sue et aliorũ ꝓuideat. Vñ
gre. xxxi. mora. c. xcix. Auaricia deuictũ animũ
quasi ex rõne solet exhortari dicẽs. Valde si
ne culpa est ꝙ quedam habenda concupiscis
que non multiplicari appetis sed egere ꝑtime
scis. Secũdo zizania auaricie se interserit sub
specie pietatis. cũ quis fingit se nõ aliter appe
tere vel tenere tꝑalia nisi ut habeat vñ paupe
ribꝫ vel suis cognatis eroget. hoc viciũ est re
pellendum. quia dicit Gre. Nemo p̃t quieto
corde et feruido deo seruire nisi cupiditatem
auaricie que est radix omniũ malorũ studeat

funditus a corde extirpare. Tercio sub specie
liberalitatis et etiã pauꝑtatis. vñ aliquis sub
specie liberalitatis ficte dat alijs ꝓpter retribu
tionem ut sibi maiora redonent. Et etiã appa
ret in illis qui intrãt religionẽ. et dimittunt
pauca tꝑalia ut maiora in religione vel p̃latu
ras assequant. De talibus p̃t dici illud Ma
thei. xxiij. Ve vobis scribis et phariseis. quia
similes estis sepulchris dealbatis que foris ap
parẽt hominibꝫ speciosa. intus vero plena sũt
ossibus mortuorũ et omni spurcicia. Et sic ta
les foris p̃tendunt pauꝑtatem. interius inten
dunt auariciã. Et tales s̃m Hiero. sunt ditio
res in pauꝑtate q̃ꝫ fuerunt sub locupletatõne
diaboli. Plerunqꝫ etiã se interserit auaricia
sub specie abstinentie. dũ quis male comedit
ꝓpter parcitatem. Unde Grego. xxxij. mora.
c. lxiiij. Nonnunq̃ꝫ tenacitas ꝑsimonia putat
cum graue sit viciũ non tribuere virtus credi
tur accepta retinere. (A) Tercio videndũ
est de zizania luxurie. que se etiã interserit sub
specie triplicis virtutis. Primo sub specie cha
ritatis et amicicie. dũ quis p̃tendit se affici ex
charitate et vera amicicia ad aliquã ꝑsonam.
quam tamẽ carnali cõcupiscentia diligit. sicut
aug. in .ij. libro cõfessio. confitetur se fecisse
dicens. Et quid erat quod me delectabat nisi
amare et amari. sed nõ tenebatur modus ab
animo vsqꝫ ad animũ. quatenus luminosus
est limes amicicie. sed exalabantur nebule de
limosa cõcupiscentia carnis et scatebra puber
tatis et obnubilabant atqꝫ obfuscabãt cor me
um. ut nõ discerneret serenitas dilectõis a ca
ligine libidinis. Secũdo sub specie affabilita
tis vel familiaritatis dũ quis se affabilẽ exhi
bet alicui ꝑsone. Nam et nimia familiaritas in
ficitur sepe veneno carnalis voluptatis. Eccl.
ix. Colloquiũ illius quasi ignis exardescit. vt
conquerit Aug. vbi iã supra dicens. exalabã
tur nebule de limosa cõcupiscẽtia carnis et ob
nubilabant atqꝫ obfuscabant cor meũ. Ter
cio luxuria interserit se sub specie sãctitatis dũ
quis p̃tendit ad aliquã ꝑsonam plus alijs in
clinari ꝓpter eius sanctitatẽ et virtuositatem
relucentem. Sed sub hoc colore sepe surrepit
visc⁹ libidinis. Unde aug. de cohabitatione
clericorũ et mulierũ sic. Nõ minus femine ti
mende sunt quia religiose existunt. qꝛ quanto
religiosiores tãto citius alliciũt Plerũqꝫ em̃

sub ꝓtextu sanctitatis latet viscus libidinis. q̄ modo aūt istis tribus modis ista zizania subtiliter surrepat. idē aug. ostēdit dicēs. Amor spūalis q̄ latentē surreptōnem sc̄z instinctum dyabolicū. qñq̄ generat amorē affectuosum et affectuosus obsequiosū. obsequiosus autē generat familiarē. Qui consistit in hoc q̄ homo cum ꝑsona deuota desiderat habere priuata colloq̄a et cōuictus familiares Et iste amor familiaris cōtaminat diuinū amorem et dispōnit mentē ad amorē carnalem. q̄d etiam sepe ꝓtingit in viris ꝑfectis. ut ibidem Aug. dicit in libro de singularitate clericoꝝ. Crede mihi expus loquor. multos de peste nimie familiaritatis mulierū cecidisse reperi. qui erāt quasi cedrus libani. de quorū casu mihi minus suspicabar q̄ Hieronimi et Ambrosij impudica turpitudine (b) Quarto videndum est de zizania inuidie q̄ odij que etiā a dyabolo inseritur sub triplici virtutis specie. Primo sub specie charitatis. dum quis inuidet alteri de bonis sibi diuinitus collatis asserēs q̄ hoc ideō faciat. q̄ timeat q̄ talia bona saluti eius nō expediāt sicut illi qui ꝓhibent deuotos ne nimis se in meditatōibus sanctis vel cōtemplatōne exerceant. et tamē non mouent ad hoc nisi ex fomite inuidie. Secundo occultat se sub specie falsa fraterne charitatis. quod maxime apparet in istis qui ex speciali affectu sic sunt ad aliquas ꝑsonas vel ad aliquē ordinē inclinati q̄ molestē ferunt si alijs ꝑsonis aut ordinib⁹ aliquid cōmodi ꝓueniat aut honoris. et isti frequenter extermināt bonū aliorū ordinum vel ꝑsonarū quod relucet siue in cōuersatōne exemplari siue in doctrina salutari. quod in de contingit. quia timēt q̄ ex hac vilitate status illorum depeat ad quos magis inclinantur ex affectōne singulari. Tercio se occultat inuidia sub specie zeli et rectitudinis. dū quilibet acriter rep̄hendit alios. vel etiam vlciscitur vicia illorū ꝓtendens hoc se facere ex zelo iusticie. et ex detestatōe vicij cū tamē plerunq̄ hoc ꝓueniat ex fomite odij q̄ inuident alijs in b q̄ sibi pacificantur vel q̄ ipos excellūt. ideo q̄ re p̄hēsiones arduas alios vilificant ut ipi singulares appareāt. et ē vna occultatio ꝑm Gre. minimis piculosa. q̄ ꝑm eundem est difficilis ad ꝓgnoscendum vel repellendū. quia dicit idem in. xxxij. mo. c. lxv. Error qui virtutis credit̄ difficile emendatur. quia sepe dum hō credit exercere virtuosum actū potius exercet vicioſū. Unde gre. In vlciscendis vicijs crudelitas plerūq̄ ex odio agit̄ et iusticia putatur. (c) Quinto videndū est de zizania gule quaz dyabolus etiā seminat sub triplici virtutum specie. Primo sub specie gratitudinis dono rū dei. dum quis gulositati seruit dicens cibaria esse a deo creata allegans dictum Gregorii. xxxi. moralium. ca. xcix. Deus ad esum omnia mūda cōdidit. et qui sanari cibo respuit q̄d alicui q̄ muneri ꝓcessio cōtradicit. Aug. in libro de conflictu viciorum quasi ꝑsimilia verba ꝓnit. Secundo sub specie necessitatis. q̄ sc̄dm aug. i. x. ꝑfe. Sepe fit incertū hoi an ad necessitatem corpis cibum petat. an voluptaria q̄ falsa fallacia cupiditatis ministerium suū expetat. Et sic ꝑm Gre. in. xxx. mo. c. lxi. Sic voluptas sub necessitate se palliat vt vix eam ꝑfectus q̄z discernat. Facile aūt est dep̄hendere cū voluptas eius necessitatē preuenit. Sed valde est difficile discernere cū in ipo esu necessario se occulta subiungit. Tercio adhuc piculosius se occultat sub specie abstinētie vel moderantie Primo ut q̄n quis ieiunat ut postea delectabilius ꝓmedat. Secundo cum quis sub specie abstinentie vel tpantie a delectabilib⁹ cibis abstinet ut grossis ac vilibus immoderanter se ingurgitet. Quia ꝑm gre. in. xxx. ca. lix. Neq̄ essi cibus sed appetitus in vicio est. vix lautiores cibos plerūq̄ sine culpa sumimus et abiectiores sine reatu cōsciēcie degustamus Hinc est q̄ esau primatū p lenticulā pdidit. et helyas in deserto virtutē spūs carnes eterno seruauit. Unde Bern. in apologetē. suo. Melius est exiguo sanguine ad vsum vesci q̄ vicioso legumine ad fructum sanari. (d) Sexto videndū ē de zizania ire que a dyabolo inseritur sub specie triplicis virtutis. Primo sub specie zeli et iusticie. Unde Gre. xxvi. moralū. Plerunq̄ mentez sub obtentu iusticie ire immanitas vastat. et dum quasi seruit zelo rectitudinis rabiem explet furoris iusteq̄ facere estimat quidquid ira nequiter dictat. cui consonat quod dicit. xxxij. c. lxxiij. Plerūq̄ in vlciscendis vicijs crudelitas agitur et iusticia putatur atq̄ immoderata ira iusti zeli merito creditur. et cum a distortis moribus peccantes caute dirigi debeant violēta inflexione

franguntur. Secundo sub specie charitatis ꝛ
vtilitatis. cum quis ꝑtendit se ꝓximo irasci ꝓ
suo bono sed plerũq; decipit̃. Quia dicit gre.
v. mora. c. cxxvi. Ira cum insequentium cul
pas insequitur nõ debet menti quasi dña ꝑire
sed velut ancilla ad obsequium parata a ratõis
tergo nunq̃ recedat. quia ſm Gre. ĩ mo. li. v
c. cxxv. Alia est ira quam impatiẽtia excitat. et
alia quam zelus format. illa ex vicio hec ex vir
tute generatur. illa ꝑ viciũ mentis oculũ exce
cat. hec aũt ꝑ zelũ turbat vt altiora in cõmoti
one non videat que bene prius tranquilla cer
nebat. Si ergo nobis et ꝓximis peccantibꝫ
irascimur nõ peccamus sed benefacim⁹. Berñ
Nõ irasci vbi irascẽdũ ẽ. est nolle emẽdare pec
catum. plus eq; irasci q̃ irascendũ est. est pec
catum peccato addere. Tercio occultat̃ sub
specie mansuetudinis et patiẽtie. et ꝯtingit cũ
quidam vt se grauius vlciscant̃ tacendo et ni
hil loquendo affabilitatẽ et familiaritatẽ ꝓxi
mo subtrahunt. et in hoc vl̃ ipm magis cõmo
uere moliunt̃ vel intendũt sibi vtilem verita
tem subtrahere nt ex hoc ꝓximus maius incur
rat nocumentũ. Unde gre. in mora. v. c. cxxi.
Aliqñ ira ꝑturbato aĩo quasi ex iudicio silenti
um indicit. et quo se foras ꝑ linguã nõ expri
mit. intus deterius ignescit. vt iratus quisq;
collocutõem suam ꝓximo subtrahat. et nil di
cendo q̃ sit auersus dicat. Et sic iratus qñq;
ꝑ taciturnitatẽ ꝓximo subtrahit quod ad salu
tem eius ꝑtinet (E) Septimo videndum
de zizania accidie. que similiter inserit̃ a dyabo
lo sub specie triplicis virtutis. Primo sub spe
cie discretõis. dum quis quasi ex rõe se fingit
cessare a bono opẽ ne vltra vires fatigetur. et
vt salus corpis ad diuinũ seruitiũ conseruet̃.
Unde greg. xxxij. mo. c. lxiiij. Plerũq; pigri
cia quasi cõtinentia quietis attendit̃. et cũ gra
uis culpe sit recta studiose nõ agere magne ꝟ
tutis meritum credit̃ tantum a praua actione
cessare. Et hoc exp̃ssius declarat beatus aug.
in li. de cõflictu viciorũ et virtutum dicẽs. Ac
cidia et ignauia dicũt si lectõi continuato stu
dio insistis oculorũ caliginẽ incurris. Si in
desinenter lacrimas fuderis ip̃os etiã oculos
amittis. si quotidiano labore te afficis ad op⁹
spũale qñ surges. Secũdo sub specie humili
tatis et vitãde ypocrisis. dum quis a bonis o
peribꝰ abstinet. ne de hoc vana gloria sibi sur
repat ne vel ab alijs laudetur. ne ve ab alijs y
pocrita reputet̃. et sic sub specie humilitatis la
tet accidia. Tercio sub specie ꝑfectionis aliorꝫ
operum. dum quis a virtutũ exercicio et opi
bus pietatis se subtrahit ut melius vacari pos
sit cõtemplatõi. Sed tales plerũq; decipiunt̃
cum ꝑfectio vite cõtemplatiue ꝑ virtutũ exer
cicia nõ impeditur sed potius ꝓmouet̃. Quia
dicit ꝓsper de vita cõtemplatiua. Sicut ociũ
corpale infert multiplicitatẽ viciorũ. Juxta il
lud Eccĩ. xxxiij Multã maliciam docuit ocio
sitas. sic virtuosa occupatio multiplices fert
fructus spũalis suauitatis (F) Preter hec
septem viciorũ genera ad que vident̃ omnia
vicia reduci. De quibusdã etiam alijs specia
liter inducit beatus gre. xxxij. mo. c. lxiiij. dicẽs
Plerũq; dissoluta remissio quasi mãsuetudo
ac pietas habetur. ut dũ plus q̃ decet delinq̃n
tibus tꝑaliter parcitur ad eterna supplicia cru
deliter reseruant̃. nõnunq̃ effusio misericor
dia credit̃. et dum male seruare culpa sit pei⁹
spargi quod acceptum est nõ timet̃. sepe malo
rum ꝑtinacia cõstantia dicit̃. et dum mẽs a ꝑ
uitate sua flecti non patitur. quasi ex recti defẽ
sione gloriat̃. Plerũq; inquietudo spũs vigi
lans solicitudo nominat̃. et cum quietẽ quis
q; non tolerat agendo que appetit virtutis de
bite implere se exerciciũ putat. Sepe ad ea q̃
agenda sunt incauta ꝑcipitatio laudandi stu
dij feruor credit̃. et cũ desideratum bonũ intẽ
pestiua actõe corrũpit̃ eo agi melius quo cele
rius estimat̃. Sepe accelerãdi boni tarditas
consiliũ putatur. et cũ expectatur vt ex ꝓtracti
one ꝓficiat. hoc insidiãs mora supplãtat. Dũ
igitur culpa velut virtus aspicitur. necessario
pensandũ est quia tanto tardius mẽs vicium
suũ deserit. quanto hoc quod ꝑpetrat nõ erube
scit. et quanto etiã ꝑ virtutis speciem decepta
ꝑmiorũ etiã de eo retributõem querit. Facile
aũt culpa corrigit̃ que agnoscit̃ ꝛ erubescit̃. qꝛ
esse culpa sentit̃. hec Greg.

Dominica septuagesi me Sermo. xlix.

Simile est regnũ celorũ homĩ pa
trifamilias qui exijt primo mane
conducere oparios in vineã suam
Math. xx. (G) Introductio.

Unaqueq3 mulier habet ꝯpatientiã cum ꝯsi
derat filiorũ penuriã et miseriã. Sicut legitur
in figura de muliere chananea Mat. xv. Spi/
ritualiter. sic sancta mater ecclesia hodie ad me
moriã reuocat penuriã et miseriã hũaui gene/
ris in quam incidimus ꝑ peccatũ primoꝝ pa/
rentũ. ut habetur Geñ. i. ij. et. iij. capl'is. quã
hodie legere ꝯsueuit. ꝓut ꝯtinet hystoria pre
sentis dñice. vbi ꝓponit̃ primo humani gene
ris dignitas et excellẽtia. et deniq3 subiungit̃
ꝓpter casum vilitas et miseria. quam p̃cipue
ad memoriã reuocat ⁊ deplangit. sicut ostẽdit
primo introitus misse vbi d'r. Circũdederunt
me gemitus mortis ⁊c. Et merito. q2 primo ĩ
statu innocentie eramus in gratia dei. in fauo
re et in eius amicicia. nũc vero in ira odio ⁊ in
imicicia ip̃ius. De quo Ecc̃i. xli. Ue vobis
viri impij qui dereliquistis legem altissimi si
nati fueritis in maledictõe nascemĩ. et si mor/
tui fueritis in maledictõe erit pars vr̃a. Nam
dicit apl'us ad ephe. ij. Eramus natura filij ire
Ideo Ecc̃i. xij. Altissimus odio habet pecca/
tores. Et ꝓuer. xv. Abominatio est dño via
impij. Propter h̃ ergo hodie deponit̃ canticũ
diuĩe laudis sc3 alleluia. q2 indigni sumus ad
diuinã laudẽ. Ecc̃i. xv. Non est speciosa laus
in ore peccatoris. Nec solũ cecidimus in odiũ
dei sed etiã angelorũ. Idcirco etiã deponit̃ cã
ticum angelicũ sc3 gloria in excelsis. imo etiaꝫ
meruimus iram et odiũ totius celestis curie.
et ideo etiã ampli⁹ nõ canit̃ Te deũ laudam⁹.
vsq3 in diẽ resurrectõis (H) Secundo in
statu innocẽtie habuimus immortalitatem. i.
posse non mori. quo durãte homo etiam nec
pati quõlib3 nec ferro ledi nec veneno poterat
De quo Isido. Si homo innocẽter viueret
ignis eũ nõ vreret aqua nõ submergeret. nec
spinarũ aculei nocerẽt. nec omnia que nocent
mortalibus impedirẽt. Sicut declarat sanctus
tho. parte. i. q. xcvij. ar. iiij. Et dicit ꝙ hec po
tentia duplicẽ habebat causaꝫ. vnã ad intra. ⁊
hec est anime ad corpus ordinatio que mane
bat tam diu q̃dĩ aĩa non sepabatur a suo prĩ
cipio sc3 deo. aliam ab extra sc3 lignũ vite. q̃d
naturaliter habebat effectũ cõseruare corp⁹ in
sanitate. (I) Tercio habuit homo in pa/
diso amenitatem. Unde Damasce. Paradi/
sus est locus voluptatis floribꝫ cõsitus. odore
plenus. amenitate repletus. vbi vniuerse pul
critudines forme sensibilis superexcedũt huma
nam intelligentiã. vbi nec frigus nec estus. sꝫ
aer miro mõ tpatus. vbi omnis fructus dul/
cis ad vescendũ. omne obiectũ pulcrũ et dele/
ctabile ad videndũ. Ecce hãc amenitatẽ hũc
locũ delectabilissimũ homo ꝑdidit ꝑ peccatũ
primorũ parentũ. Quarto habuit spei securi
tatem sc3 trãsferẽdi de terrestri paradiso in ce
lestem. vbi nec vnq̃ sensisset homo mortis a/
cerbitatẽ. sed cũ dño placuisset viuẽs trãstat⁹
fuisset ad eternã requiem. et de hoc fuisset hõ
certus. et ꝑuenisset illuc sine omni dolore et
fatigatõe. nunc aũt nemo certus est. Ecc̃s. ix.
Nescit homo vtrũ amore an odio dignus sit.
Et ideo oꝑtet nos semꝑ et in om̃ibus timere
Ideo canit̃ in aliquibꝫ locis nunc hymn⁹. di
es absoluti p̃tereũt ⁊c. Propter hoc etiã ꝓhi
bet̃ celebritas nuptiarũ. De quo in cano. xxx/
iij. q. iiij. non. ex Ilerdensi cõcilio. Nõ oportꝫ
a septuagesima vsq3 in octauas pasce nuptias
celebrare. quod si factũ fuerit separentur. glo.
ad tpus. extra de matri. cõtrac. cõtra inter. ec.
littere. Et idem etiã habet̃ de ferijs. c. capella/
nus. Id idem etiã sentit mgr̃ in. iiij. di. xxiij.
c. vlti. Et sanc. tho. sup eadem. q2 anim⁹ cõiu/
gum multũ occupat̃ ex nouitate circa carnem
Etiã in nuptijs multe dissolute leticie solẽt fi/
eri. idcirco merito nũc ꝓhibent̃. vbi homo me
morari debet potius doloris et tristicie q̃ exul
tatõis cõsolatõis et leticie. Berñ. Non eiecit
dñs hominẽ extra ꝑadisum ut hic ꝑadisum fa
ceret sed ut peniteret et spũalem vitã in dei ti
more et seruitio duceret. et hoc notãt v̄ba the
matis vbi supra (K) In summa euãgelij
p̃ñtis duo tangunt̃. Primo diuine pietatis
fastigiũ. quod ꝓbat generalis vocatio. et tãgi
tur ibi. simile est regnũ celorũ. Secũdo subiũ
git̃ supne largitatis p̃sagiũ. quod ꝓbat libera
lis p̃miatio. ibi. voca oꝑarios. De primo dic̃
In illo tpe. sc3 cum xp̃us dixit discipulis suis
ꝙ diuites difficile intrarẽt ĩ regnũ celorũ. Et
petrus interrogauit de p̃mio dicẽs. Ecce nos
reliquimus om̃ia et secuti sumus te. quid er/
go erit nobis. Rñdit. vos qui secuti estis me
sedebitis super sedes. ⁊c. Et omnis qui reliq̃
rit patrem ⁊c. centuplum accipiet et vitã eter
nam possidebit. Sed hoc valde difficile ẽ. et
solum ꝑfectorũ. neq3 ex eo sua ineffabilis beni
gnitas et misericordia lucide cognosceret. id

tirco in pñti euangelio ostendit quo quilibet in/ differens possit possidere regnum dei. et hoc o/ clarat in pñis euangelij pabola dicēs. Sile est regnum celorum. i. militans ecclesia et cōgre gatio fidelium. Et bene ecclesia sancta regnuz celorū dicit. quia in ea et non alibi ad regnuz celorū puenit. ut habet in canone. xxiij. q. i. Alienus. Alienus est. pfanus est. hostis est. et nō pt habere deū patrem qui vniuersalis eccie nō tenet vnitatem. Et infra. ibidem. c. Qui/cunq. Quicūq ab vnitate fidei vel societatis apli petri quolibet mō seiūm segregauerit. ta les nec vinculis p cōcorū absolui. nec ianuam pñt regni celestis ingredi. Tunc sequitur. ho/mini patrifamilias. i. deo patri qui dicit homo tōe pietatis. et paterfamilias rōe gubernatōis De quo Boetius de ꝯsolatu. Tu pater ꝓ/ uidentia tua cuncta gubernas. Sequit. Qui exijt primo mane cōducere o. in vi. suā. Sig/ne. i. a principio creatōis et in prima etate que est ab adam vsq ad noe. ibi primo exijt cōduce operarios. ꝛc. Gre. Erimus ille non est p lo ci mutatōem sed p pietatis diffusionē in crea tura rōnali cōducere operarios in vineam suam (I) Flota p vineaz hic primo intelligitur penitētia et merito. Nam sicut sm omnes eta tes mūdi operij ad vineam vocant. sicut die aplus Io. iij. Omnes peccauerūt et egēt glo ria dei. sic et omnes debent intrare vineā pñie tij. Reg. xix. Plantate vineas. i. pñiam agi/te. et ꝛmedite fructū earū. Matth. iij. Facite fructum dignū pñie. Ista vinea continet in se agrū cordis. De quo aug. in li. de salutaribus documētis. Cor nostrū est ager xpi quem exco lunus cum celestibus doctrinis et disciplinis vt floreat virtutibus. Hec ergo vinea. i. pñia ad modū vinee primo fodit. Nam multi sunt fossores huius vinee. Primus est pudor. ro. rubescatis. Sed duplex ē erubescētia siue pu dor. ut dicit Ecci. iij. Pro anima tua nō con fundaris dicere verū. Et subdit. Est enim con fusio adducens peccatū. et est ꝓfusio adducēs gloriam et gratiā. De qua ad ꝓpositū. Secū dus fossor est dolor. Joelis. ij. Scindite cor/ da vra et nō vestimenta vra. Tercius fossor ē amor. quia quantū diligis tantum operaris. Secūdo vinea electa pastinat et occatur tpe hyemis vt dicit Lucianus. Sic et vinea pni tentialis p humilem ꝓfessionem. Et bene pcō fessionem pastinatio vel occatio intelligit. qz p eam dyabolo omnia peccata nostra celātur. Tercio erigunt palmites scz tpe veris. Et spi ritualiter in ꝓposito hoc fit p spem remissionis peccatorū quā quilibet cōfitens atcz penitens habere debet. Augus. Penitētia que nō ꝓce dit ex fiducia sterilis est et infructuosa et sine misericordia. Quarto ligatur p timorem. Ec clesiastici. xxvij. Si non in timore dñi tenue ris te instāter cito subuertet domus tua. Quā to sepitur p diligentē et firmā custodiā. Eccī. xxi. Fili peccasti. nō adijcies iterū. sed de pri/stinis delictis depcare ut tibi dimittantur. Et quasi a facie colubri fuge peccatū. quia dicit Eccī. xxx iij. Qui baptisatur a mortuo. et iterū tangit eum quid ꝓdest lauatio eius. Sic homo qui ieiunat in peccatis suis iterū ea faciens quid ꝓficit humiliādo se oratōem eius quis exau/diet. Sexto torcular in eo foditur scz p passio nis xpi meditatōem. cum homo cogitat q deꝰ ꝓprio filio suo nō pepcit. sed euz p peccatis ali enis tā diu cruciari voluit. quid de miseris pec catoribꝰ erit qui nō p alienis sed ꝓprijs excessibus ad penam obligantur. In tali ergo tor culari ad vltōez vua ꝑmittur et vinū formatur lacrimarū. De quo Bern. Lacrime penitenti um sunt vinū angelorū. (S) Etiā p vine am hic pt intelligi anima siue spūalis vita. Et merito anima p vineam intelligit. Primo ꝓ pter ꝑciositatem. nō est enim exile quid vinea quia multo ꝑcio oportet ꝓpari. et sic anima ra tionalis est magni ꝑcij. Et quanti ꝑcij sit dicit Ber. Tāto ꝑcio deꝰ pē estimauit vineā aie ut p ea suū vnigenitū daret. et dyabolꝰ p ea to tū orbē offerret Mat. iiij. Hec oīa tibi dabo si cadēs ado. me. voluit eīm ibi emere vineā aie Et de hac ꝑciositate d. ec hugo. O aia deꝰ tuꝰ elegit te ex oīb. amauit te ꝑ oīb. et ad ymagi nē suā creauit ut mēoriale suū sp esset apud te. Jō dr hiere. ij. Ego plātaui te vineā meā ele/ctā. qz alias eā nō redemisset. i. Cor. vi. Empti estis ꝑcio magno. et. i. pe. i. Nō cor ruptibilibꝰ auro et argē. redēpti estis sz ꝑcioso sang. quasi agni imā. xpi z incōta. Bern. In meditatōibꝰ. totꝰ sic dē ille mūdꝰ ad vnius aie ꝑciū estimari ñ pt. Secdo aia ꝓpat vinee. nā vi nea ꝓstat ex multis vitib. et sic eīa ex multis po tentijs quibus eā deus adornauit scz intelle/

Mulier vinea mea. ꝑ. ꝑa.

ꝓmo

3°

4°

5°

6°

2°

ctm memoria et voluntate. potentia rōnali ira
scibili et cōcupiscibili. Tercio aīa dicit vinea
ꝓpter facilē lesionem. nam vinea valde facili
ter leditur. sic et aīa. Job. xv. Ledetur quasi
vinea in primo flore botrus eius. Nam dicit
Eccs. ix. Qui in vno peccauerit multa bona p
det. Et Jacobi. ij. Quicūq; totam legē ser
uauerit offendat aūt in vno factus est omniū
reus. Quarto vinea dicitur anima siue spi
ritualis vita ꝓpter laboriositatē. oportet nāq;
habere magnū laborem. et sic in spūali vita vt
infra patebit. ¶ H ¶ Hec ergo vinea scz aīa
ad modū vinee primo sepitur ne bruta intrēt
hoc est sacra scriptura. de quo hugo. Nihil est
q sic hominē cōtra temptatōes roborat et ad
omne bonū inducit. sicut continuū studiuz sa
cre scripture. Unde gre. sup Ezechielē. ome.
iij. Uniuersa nostra munimo consistit in sacro
eloquio. ¶ Propter quod dicitur Matth. xxi.
Homo erat pfamilias qui plantauit vineam
et sepē circūdedit ei. Eccī. xxvi. Ubi nō ē seps
diripietur possessio. sic et vbi doctrina sperni
tur nihil boni custoditur Bap. xiij. Nam sunt
oēs homines in quib nō subest scia dei. De
cūdo hec vinea foditur scz p pfessionē et dei ti
morem p quē omnes lapides scz duricie pecca
torū et spine diuitiarū male acquisitarū. simi
liter vepres viciorū extirpantur. De quo Ec
clesiastici. i. Timor dñi expellit peccatū. Nā
qui sine timore est nō poterit iustificari. Ter
cio amputatur. sic et aīa ab oīi ope prauo ab
omni verbo vicioso. ab omni puersa cogitati
one et voluntate. Job. xv. Omnē palmitem
in me non ferentē fructū tollet. et omnem qui
fert fructū purgabit. ut fructū plus afferat. nā
vinea neglecta que tpe suo nō putatur. i. pre
scinditur siluestris efficitur. sic et aīa. i. Cor. ij.
Animalis homo non pcipit ea que sunt spūs
dei. Quarto appodiatur scz p exempla sancto
tū. si enim vites siue palmites sup palos infi
xos innitūtur. sic incipiētes sup pfectos. Et li
gatur p continuatōem boni ꝓpositi. De quo
ps. lxxix. Respice de celo et vide et visita vi
neam istā et pfice eā quaz plātauit dextera tua
id est pfice quidquid inspirasti. et quidqd san
cti exemplificāt ¶ O ¶ Quinto ꝓpaginatur
Et hoc fit in edificatōe primoū. De q psal.
lxxix. Extendit palmites suos vsq; ad mare.
et vsq; ad flumen ꝓpagines eius. Palmites
primi fuerūt apli. Joha. xv. Ego sum vitis et
vos palmites. et hij in omnē terrā se extēderūt
p doctrinā et vite cōuersatōem. Sic et qlibet
fidelis p cōuersatiōez suam bonā quantū li
bi est possibile. De quo. i. Pe. ij. Cōuersatio
nem vram inter gentes habentes bonā. Ter
to reflectitur ne palmites erecti nimiū crescāt
sic et anima debet reflecti p humilitatē. Luce
xvij. Cum feceritis omnia que pcepta sunt vi
cite inutiles serui sumus. Et merito qz nesci
mus vtrū tantā diligentiā fecimus quantā fa
cere debuim⁹. nec scimus vtr deo accepta sūt
vel nō. bene ergo requiritur hūilitas. qz dicit
Gre. Perit oīe qd agit nisi hūilitate custo
diatur. Septimo in ista vinea debet esse torcu
lar hoc est recordatio dñice passiōis. De quo
Isa. lxiij. Torcular calcaui solus. Et merito
passio xpi dicitur torcular. qz sicut torcular ex
lignis cōstruit. sic passio xpi ex ligno crucis p
fecta est. De quo gre. Salus hūani generis
ꝓuenit ex ligno crucis. Ena oparij vince non
nunq; ꝓpter inundatiōis ymbrū ad torcular
ꝓfugiūt. sic hoies angustiari et turbari ꝓcell
aduersitatū ad lignū crucis. De quo Jero.
de sūmo bono. Quicū qz ꝓcellis mūdi involu
eris lignū ascende crucis et liberaberis. Et
Rabanus. Crux xpi est peccatorū remissio pi
etatis exhibitio. infirmorū sanatio et mestorū
cōsolatio ¶ P ¶ Vinea ergo talis sic ordina
ta primo ꝓducit bonas gemmas. hec sunt co
gitatōes bone. nā sicut gēme sunt ornatus omniū
fructuum. sic cogitatōes bone bonorū operuz
et sicut vitis nō ꝓducit tm gēmas sed etiā et
humore celesti. sic nec vir iustus cogitatōnes
bonas et salubres sine irroratōne gratie. sicut
dicitur Bap. v. Cogitatio eorū scz bona a
pud altissimū. qz dicit apls. ij. Cor. iij. Nō q
sufficientes sim⁹ cogitare aliqd a nobis tāq; ex
nobis. sz sufficientia nra ex deo ē. Deōo ꝓduc
florez. i. boas volūtates. vñ sic et gēmis nascūt
flores. sic ex cogitatōibo bonis bone volūtates
Et sicut flores sm Crys. nō pñt ꝓcedere nisi p
cedent gēme. sic nec possumus hre bonā volū
tatē sine puia bona cogitatōe. Et hic dic Crys
Sic flores apud hoies sunt odorifere. sic bo
ne voluntates apud deuz sunt suaues. Tercō
producit vuas bonas. id est fructus bonoruz
operum. Nam sicut vue bone procedunt ex
bonis floribus. sic bona operatio ex bonis

volūtatibus. De quo Eccī.xxiiij. Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. Etiam sicut vi ue intrinsecus sunt plene humore. sic o pa nr̄a debent esse plena hūore deuotōis et charitatis. (Q) Ex talibus ergo fructibus sequit̄ vinuz spūalis gaudij et cōsolatōis. Nam sicut vinū naturaliter cor hōmis letificat. sic et bona ope ra in charitate et deuotōe facta hic letificāt per gratiā et deinde ꝑ eternā ꝯsolatōem. Hoc vi nū vindemiat̄ p̄mitur et colligit̄ scz post mor tē. et in celario celestis patrie collocat̄. Canti coꝝ.ij. Introduxit me rex in cellā vinariā. Et tunc ꝑfecte illud gustabit̄. sed certe si ad matu ritatem venire debet oportet ꝙ in ea scz vinea ponant̄ custodes scz angeli p̄lati et p̄dicatores qui clamēt. i. clamare debent cōtra vulpeculas paruas. i. demonū temptationes qui demoliū tur vineas cū sunt in flore. et p̄gnantes in ma turitate. De q̄bus Can.ij. Capite nobis vul pes paruulas que demoliunt̄ vineas. Nam vi nea nostra floruit. Et de isto clamore dicitur Isaie.lviij. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuā. Et merito clamare debet. qꝛ dicit Gre. Tot mortibus p̄lati digni sunt quot ani mas ꝑire vident et corrigere negligunt. qꝛ de omnibus oportet eos reddere rōem. (R) Ad ꝓpositum. sic ergo paterfamilias hoc ē de⁹ pater exijt primo mane hoc ē in prima mūdi e tate. vel in prima etate hōmis. hoc est in pueri cia. que incipit. qñ homo primo est dolicapax. et illius etatis certus terminus poni nō pōt. ⁊ merito significat̄ ꝑ mane. nam sicut tūc sol pri mo oriri incipit. sic intellectus et discretio rōis in talibus hoībo. Mane ergo cōducit oparios in vineam suam. i. hortat̄ ad pñiam siue ad spi ritualē vitā. In hac prima etate intrauit bea tus nicolaus. et be. Johānes baptista. de quo canit ecclesia. Antra deserti teneris sub annis ⁊c. Sequit̄. ⁊ ꝯuētione facta ex denario diur no misit oparios in vineā suam. Crisꝭ. Cōuen tio siue ꝯductio est vite eterne ꝓmissio. que. s. vita eterna ꝑ denariū diurnū significat̄. ut in fra patebit. Subdit. et egressus circa horam terciam. hoc est in scd̄a mundi etate que fuit a noe vsqꝫ ad abrahā. Vel pōt hora tercia dici et intelligi scd̄a etas hōis. hoc est iuuentus si ue adolescentia. et incipit a.xiij. anno. et durat vsqꝫ ad.xxiiij. s̄m aūt alios vsqꝫ ad.xxx. annū Et significat̄ illa etas ꝑ terciam horā. quia ta li hora sol est calidior et altior. sic et homo for tior est viribus. et altior in cognitōne sua. Se quit̄. Vidit alios. s. oparios stantes in foro ociosos. Crisꝭ. ꝑ forum mūdus significat̄. nā sicut in foro causant̄ et exoriunt̄ inuidie et cō tentōnes et diuerse res venales inueniuntur. sic in foro mundi aīe hoīm venales exponūtur. Aliqui enim vendunt eam ꝓ modica delectati one. sicut carnales et gulosi. aliq̄ ꝓ fallacibus diuitijs ut auari. aliqui ꝓ honoribus trāsito rijs. ut supbi. et sic de alijs. Et inquit ociosos i. sine bonorū operū exercicio et ꝓfectu vt ma xime hominibus in hac etate cōstitutis cōtin git in qua magis sunt dissoluti salutē anime ñ aduertentes. Et illis dixit. ite et vos in vineā quasi. di. ite liberi et non coacti. ut etiam sitis de numero penitentiū aut de numero spūalem vitam ducētiū. Et quod iustū fuerit dabo vo bis. non cōuenit cū illis de p̄cio. sed tantū ꝓ misit eis quod iustū fuerit. quia retribuet vni cuiqꝫ iuxta opa sua Math.xvi. Subdit Illi autem abierūt ⁊ liberū arbitriū voluntati diui ne ꝯformauerūt. et hoc valde laudabile ē Iux ta illud Treno.iij. Bonū est viro cū porta uerit iugum dñi ab adolescentia. nam quam cūqꝫ viam tunc app̄hendit in illa ut in pluri mū manet. Iuxta illud ꝓuer.xxij. Adolescēs iuxta viam suā etiā cū senuerit non recedet ab ea. Hac hora intrauit beatus Johānes euan gelista quem volentē nubere vocauit dñs a nu ptijs. ut dicit Hieronimus. (S) Sequi tur. Iterū autē exijt circa sextā et nonam ho ram. et fecit similiter scz vocando ad penitenti am siue ad spūalem vitā. Per sextā horā intel ligit̄ tercia etas mūdi que fuit ab abraham vs qꝫ ad moysen. cui circūcisio data est. Vel dici tur tercia etas hominis que incipit a.xxiiij. vel s̄m alios a.xxx. anno. et durat vsqꝫ ad.l. annū Hec etas dicitur virilis. et merito significat̄ ꝑ sextam horā. quia tunc sol est calidissimus ⁊ lucidissimus. et sic homines in tali etate luci dissimi sunt in cognitōne rōnis. et calidissimi deberēt esse in dei seruitio. sed iam hodie oppo situ expit̄. ut qui deberēt esse lucidiores sūt ob scuriores peccatorū vicijs obtenebrati. ita ut verificatur de eis illud Mathei.xxvij. A sexta aūt hora tenebre facte sūt sup vniuersam terrā vsqꝫ ad horā nonā. qꝛ sol. s. rōis. obscuratus ē quia dicit Augu. de ciui. dei. Paucissimi sūt

qui tāte felicitatis sint ut ab ineunte etatis sue adolescētia nulla dānabilia cōmiserūt. Et si h̄ de adolescentia quid tunc de hijs qui sup̄ adolescentiā ad maiorē statū etatis venerūt. cū d̄r i. Johā. v. Totus mundus in maligno positus est. (T) Per nonam vero horā quarta etas mundi intelligit̄. cui lex. x. p̄ceptorū data est. et durauit a moyse vsq; ad xp̄m. Vel significat̄ quarta etas hominis que d̄r senectus et incipit a. l. anno. et durat vsq; ad. lxx. et bñ hec etas none hore comparatur. quia tunc sol incipit declinare ad occasum et calorē suum mitigare. sic tp̄e senectutis mors appropinquat et sensus hominis debilitant̄. Attamē licet tunc multū sol descenderit. tamē adhuc est calid⁹. sic tales antiqui licet ꝓpe mortem sint. tñ p̄nt adhuc p̄ calidam pn̄iam recupare quidquid ī iuuentute dereliquerūt. et sic adhuc p̄nt ducere sp̄ualem vitam. Greg. Tanto quis cautior debet esse in suo regimīe q̄to ꝓuectior est etate. sed iam raro in tali etate ꝯstituti hoc faciūt quia tunc vident̄ sibiip̄is sapientes et corrigi nolūt nec correctōes aduertūt. sed inueterati sunt in eorū malicia siue mala consuetudine. Gre. Difficile valde surgit quē moles praue cōsuetudinis p̄mit. Dicit nāq; aristo. Difficile est cōsueta relinquere. Ideo Hiere. xiij. Si mutare p̄t ethiops pellē suam. et pardus varietates suas. et vos poteritis benefacere cū didiceritis malū. Et sic p̄culosum est expectare ad tale tempus et ad talē etatē. q̄r tunc raro repitur ꝙ homines in vineā intrēt et in ea fideliter laborent. Et hoc dat intelligere in lr̄a. quia nō dicitur ꝙ abierūt sicut de hijs qui ad terciam horā vocati erant. sed tm̄ dicit̄ et fecit sil'r. scz eis suam bonitatē oñdendo in vocatōe ⁊ p̄mij ꝓmissiōe. (U) Sequit̄. Circa vndecimā vero horā iterū exijt et iuenit alios stātes. Per hanc horā vltima etas mūdi intelligitur. que est a tp̄e p̄dicatōis xp̄i et durat vsq; ad finem mūdi. vbi cōtinuat̄ lex euāgelica et apl'ica. Vel etiam intelligit̄ vltima etas hoīs que d̄r decrepitus. et durat vsq; ad obitū hominis. Vel etiā p̄ vltimā etatē p̄t hic intelligi extremitas vite cuiuslibet hominis Ecce mira dei bonitas. q̄r in quacūq; etate quis ad eū cōuertit̄ et in quacunq; hora paratus est eū suscipe. Juxta illud Ezechielis. xviij. In quacūq; hora peccator ingemuerit omniū iniquitatū suaꝝ nō recordabor. Et bñ tales per vndecimaz diei horā significantur. q̄r tunc sol cito descendit. et sic hmōi homines in tali etate cito p̄ mortem terminant̄. modicū enim tp̄us illis sup̄est ut libero arbitrio ad bonū vtant̄. ut scz luceant p̄ bona opa. Quia dicit hern̄. Mors iuuenibꝰ est in insidijs. senibus aūt et decrepitis est in ianuis. et sic valde p̄iculosum est expectare ad tale tp̄us. Unde licet deus p̄ gratiaz taliū hoīm p̄ces acceptet. tñ valde p̄iculosum est et incertū. quia ut cōmuniter talis est finis qualia fuerūt principiū et mediū. ut dicit aristoteles in ethicis. Unde aug. et habet̄ transsumptiue de pe. di. vij. c. Si quis positus. Et etiam mgr̄ in di. xx. iiij. li. sententiarū. Si q̄s in vltima necessitate positus voluerit accipere penitentiā et accipit ⁊ mox recōciliabit̄ ⁊ hinc vadit. Subdit. Fateor vobis nō illi negam⁹ quod petit sed nō p̄sumimus ꝙ bñ hinc exeat. Sed si securus hinc exierit ego nescio. penitētiam dare possumus securitatez aūt dare non possumus. nūquid dico damnabitur. sed nec dico liberabit̄. Vis a dubio liberari. vis q̄d incertum est euadere. age penitentiā dum sanus es. si sic agis dico tibi quia securus es. q̄r penitentiā egisti eo tp̄e quo peccare potuisti. Si aūt vis agere p̄niaz q̄n iā peccare ñ potes peccata dimiserūt te. nō tu peccata. nā plerūq; tales ex nc̄citate penitēt et timore pene et nō ex libera volūtate et amore dei et iusticie. iō p̄iculosum est cū talibus. (x) Et hoc satis dat intelligere saluator in textu. vnde, cū omnibus cōuentionē facit ꝓmittēs eis dare quod iustū est. Illos vero increpat ociosos dicens. quid hic statis tota die ociosi. Gregori⁹. Qui vsq; ad vltimaz etatē vite sue deo seruire neglexerit vsq; ad vndecimā horā ociosus stetit. Cris. Ociosi stant qui mūdo carni et diabolo seruiūt ⁊ nō deo. Ideo dicit quid statis. q. d. in statu periculoso estis in quo saluari nequitis. hic scz in loco trāsitorio. i. Joh. ij. Mūdus trāsit ⁊ cōcupiscētia eius. Et hic. i. in loco incauto. Eccēs. ix. Nescit homo finē suū tota die. i. per omne tp̄us vite vr̄e. i. palipo xxix. Dies nr̄i quasi vmbra sup̄ terram ⁊ nulla est mora. Et dicit tota vie ociosi. q̄r inq̄t gre. om̄e tp̄us vite hoīs ē dies laboris. Joh. ix. Me op̄ꝫ opari opa ei⁹ q̄me misit donec dies est. i. tp̄us merendi. et sic merito increpādo dicit talibꝰ. q̄d

statis hic tota die ociosi. quia dicitur puer/
biorũ.xij. Qui sectatur oc'iũ stultissimus est.
Et merito. qꝛ ut dicit̃ puer.xx. Propter fri/
gus interne scꝫ charitatis piger. i. ocio torpẽs
arare noluit vineam. scꝫ penitentialis vite. mẽ
dabit̃ ei. habebit quidem partẽ cum diuite e/
pulone qui nec vnã stillam aque impetrare po
terat. Sed quid homines ociosi respondeant
dicit in textu. nemo nos cõduxit. O q̃ pericu
losum est ociũ imo ꝑiculosissimũ ad tale tẽpus
expectare. quia tunc homines plerũqꝫ ad tan/
tam cordis miseriã ꝑueniunt ꝙ omnino a dei
seruitio se excusant. dicentes nemo nos cõdu
xit. i. gratiam spũalis vite tribuit siue penitẽ/
di. quod tamen falsum est. Apocal'.iij. Emula
re ergo et penitentiã age. Ecce sto ad ostiũ et
pulso si quis audierit vocẽ meam et aperuerit
mihi ianuã intrabo ad illũ et cenabo cum illo
et ipe mecum. Aug. Deus quod suum est sp
inspirat. et sanc. Tho. cõtra gentiles. libro.iij.
c.cliiij. versus finem. Deus q̃tum in se est pa
ratus est dare omnibus gratiã. i. Thimot.ij.
Vult omnes homines saluos fieri. et ad agni
tionem venire. Aug. Pronior est ad danduꝫ
q̃ ad accipiendũ. Dicit nanqꝫ sanc. tho. vbi
supra. Illi soli gratia dei priuant̃ qui in seipis
gratie impedimentũ ꝑstant et opantur. De q̃
Job.xxiiij. Ipi fuerunt rebelles lumini. id est
gratie diuine. Habent se enim hmõi sicut illi
qui claudũt oculos ad lumen solis. et sic inex
cusabiles sunt. Tales etiã raro sero vel nunq̃
cõuertent̃ ut pñiam agant. nunq̃ vel raro me
rentur premium eterne retributõnis. nam in
tota sacra scriptura tantũ de vno manifeste le
gimus sicut de latrone. Luc.xxiij. Non debent
tñ tales desperare q̃diu tenent̃ in hac vita. qꝛ
adhuc saluator vult eos habere in vinea. qꝛ
et hic eis dixit. ite et vos in vineam meã. Et
quia illos vocat ad vineam nulli dubiũ quin
etiam his et si sero cõuersis velit dare merce/
dem. Sed vnde hoc nisi ex eius sola bonitate
et ineffabili misericordia ꝓuenit. Et tantũ de
primo principali. ¶ Itẽ volens dimitte
re textũ euangelij et tantũ spũaliter procede/
re siue sensu mistico debet post expositõem vi/
nee. i. anime siue spũalis vite ut supra mane.
terciã nonã. et vndecimã horas sic exponere.
Hore enim etates interioris hominis sunt.

Prima etas est puericia que cum lacte nutrit̃
i. ruditate fidei et doctrine. Ad hebr. v. Facti
estis quibus lacte opus sit. nõ solido cibo. i.
subtili doctrina. Et denotat hic homines sim
plices et rurales qui sunt tanq̃ paruuli. Et ta
libus simplex doctrina ministrãda est. i. Cori.
i. Tanq̃ paruulis in xp̃o lac vobis potũ dedi
nõ escam. Nã subtilis doctrina in rudibus nõ
edificat sed potius in errorem mittit et itediũ
Idcirco dicit̃. xliij. distinctione. cap̃. dispensa
tio. §. pariter quoqꝫ obseruare debet sacerdos
ne indignis et nõ intelligẽtibus secreta miste
ria sua p̃dicatõne reserare incipiat. qui esñ do
cet ea que ab auditoribus intelligi nõ valent
non eorũ vtilitate sed sui ostentatõe facit. Et
ibidem. c. sit rector. Et sunt verba Gre. in pa
storali. Sit rector discretus et vtilis in v̄bo
scꝫ ut ea ꝓferat que ab audientibus intelligi
possint et in eis fructificare. Secunda etas in
terioris hominis est iuuẽtus siue adolescentia
Et est s̃m aug. cum homo incipit aliquid me/
minisse de deo. et obliuiscit̃ humana et tendit
ad diuina. ut dicere possit cũ apl'o Philipp.
iij. Que retro sunt obliuiscens. ad ea vero q̃
sunt priora extendens meip̃m. ad destinatũ ꝑ
sequor. ad brauiũ supne vocatõnis in christo
hiesu. Retro sunt tꝑalia ⁊ terrena. priora ve/
ro sunt celestia. Et hoc requirit spiritualis vi
ta. Nam spiritualis est qui spiritum habet re/
ctorem et scd̃m eum viuit. Spiritus autem
tendit ad celestia. Nec mirum si homo spiritu
alis terrena obliuiscitur et ad celestia tendit.
Et bene significatur ꝑ iuuentutẽ. quia tunc ho
mines abijciunt cibũ exilem et simplicẽ et ap
petunt fortiorem. sic et in ꝓposito. ¶ 3 ¶ Ter
cia etas interioris hominis est etas viril'. Au/
gust. Cum anima intrinsecus roboratur et ꝑ
arbitriũ dñatur vicijs et reprimit ea ut dicere
possit ex animi cõstantia illud ad Ro.viij. Cer
tus sum quia neqꝫ mors neqꝫ vita poterit me
separe a charitate christi. et hoc potest fieri per
assistentiam diuine gratie. scd̃m illud philip.
iiij. Omnia possum in eo qui me cõfortat. Et
habet fieri cum spiritus ꝑ diuinas consolati/
ones ita dulcoratur. ut totus mundus sibi a/
marescat. et tribulationes et angustias quas/
libet patienter sufferat. talis omnibus ho/
minibus bene vtitur. inimico ad gratiã. amico
ad benificentiam. omnibꝫ ad beniuolentiam ⁊

proficit in ꝓsperis et aduersis. Illi sine amo
re temporalia assunt et sine dolore recedunt.
Et merito huiusmodi homines hijs qui sunt
in virili sexu comparātur. quia tunc homines
sunt fortiores. Et sic maxima fortitudo est cū
homo animo suo dominatur vt p̄sens etas re
quirit. De quo ꝓuerbiorū. xvi. Melior est
qui dñatur animo suo expugnatore vrbium.
(A) Quarta etas hominis interioris com
paratur senectuti. quia sicut tunc homo petit q̄
etem et nō multum laborat. sic et anima paca
ta et ex omni parte tranquilla regnans sup̄ om
nes vires quiescit et efficitur quasi regnū dei.
vbi verus locus est quietis. Et hoc est quod
dicitur Luce. xvij. Regnum dei intra vos est
Quinta etas hominis interioris comparatur
decrepite etati. qr tunc homo fantasiat̄ et non
existit circa se. sic aīa in tali etate omnē animū
suum habet suspensum. et frequēter fantasiat̄
de celestibus. et ex nimia dulcedine quasi ab
animo alienatur ꝙ nec audit nec videt nec sen
tit. De quo Grego. Cum mens sit inuisibili
bus dedita non p̄t videre visibilia. Hij etiam
tam auide habent animū ad deum erectum ꝙ
quasi displicet eis totus mundus. et totū qd̄
in mundo agitur. In tali etate fuit beatus Au
gustinus. Unde de ip̄o legitur et ip̄e p̄ se scri
bit in li. cōfessionū. Displicebat mihi q̄dquid
agebam in seculo p̄ dulcedine tui deus meus
Et iterum. Nil me delectat nisi de te audire.
de te loqui. de te conferre. et tales ita intime
inspiciunt mercedem scz deum ꝙ obliuiscūtur
laboris. De quo Bern̄. Labor meus vix est
vnius hore. et si amplius nō sentio p̄ amore.
Sed heu pauci reperiunt̄ in tali etate et amo
re. ideo bene cōuenit et locum hic habet illud
quod in fine euāgelij ponit̄. scz. multi sunt vo
cati pauci vero electi. Nam dñs paratus esset
pluribus dare suam gratiā ut ad tante p̄fectio
nis gradum p̄uenire possent si p̄ liberum arbi
trium se ad hoc habilitarēt. Supplicemus er
go omnes humiliter ut nobis ex sua ineffabili
clementia dignetur p̄stare tantam gratiam ut
saltem in fine obitus in vinea vere penitentie
aut spūalis vite inueniamur. Et sic p̄mium e
terne vite obtineamus. quod nobis prestare
dignetur ꝛc̄.

De eadem dominica.

Sermo. l.

Quid statis hic tota die ocōsi. Mat.
xx. (B) Introductio. hodie san
cta mater ecclesia rep̄sentat tria tem
pora. scilicz tp̄us creatōis. deuiatōis et p̄egri
nationis. Primo tp̄us creatōnis. Propter
hoc ergo hodie in matutinis incipit legere li
brum Genesis. vbi notat̄ magna dignitas
humane creature. quia ad ymaginē et similitu
dinem dei facta est. Gen̄. i. Et dicit̄ ibidē ꝙ
dñs constituit hominē dominū omnis creatu
re dicens. Dñamini piscibus maris et vola
tilibus celi. ꝛc̄. Et quoniā posuit eum in para
diso voluptatis. Secundo rep̄sentat tempus
deuiatōnis siue p̄uaricatōis primorū parentū
p̄ quos omnes nos venimus in tribulatōes
et miserias. quia primo p̄didimus bonum na
ture. natura enim nostra corrupta est p̄ eos et
viciata. et dominiū creaturaꝝ diminutum. ex
quo oportet nos timere creaturas. ꝛ nunc etiā
varias in natura habemus tribulatōes. idcir
co in huiusmodi rei signū ecclesia deponit cā
ticum nature. Te deum laudamus. sed ꝙ ve
niant tāte tribulatōes a peccatis testat̄ Gre.
dicens. Si nō adesset iniquitas nulla nocerz
aduersitas. Secundo p̄didimus bona gratie
nam omnes fuissemus in gratia nati. nūc autē
in ira nascimur. Ephe. ij. Eramus natura filij
ire. Ideo deponit hodie canticum gratie. scz
gloria in excelsis. p̄ quod per angelos dei pax
hominibus est nunciata. Luce. i. Quia dicit̄
Isaie. xlviij. Non est pax impijs dicit dominꝰ
Tercio p̄didimus bona glorie quia securi fuis
semꝰ de gloria eterne felicitatis. De quo gre.
Si se homo ad obedientiā vinculis charita
tis astrinxisset ad celestem patriam et ad ange
lorum societatem sine morte carnis transisset
sed p̄ primorū p̄entum nostrorum excessū pri
uati sumus. Ideo ecclesia deponit canticū glo
rie scilicet alleluia. quod ab angelis in celo pri
mo est cantatū. Idcirco ecclesia ī āniuersario
totius humane nature in officio misse incipit
a cantico. quod ꝓ mortuis p̄ annū cātari solet
vicz Circūdederūt me gemitus mortis ꝛc̄.
(C) Tercio hodie ecclesia representat
tempus exilij et peregrinationis totius hu
mani generis. quod incepit ab adam. et durat

vsq; in finē mūdi. omnes enim sumus in hac valle lacrimarū qui debueramus esse in paradiso et ī celo. et sumus ibi locati tanq̄ viatores tēdētes ad pr̄iaz celestē vite ⁊ h̄ p viā pñie In signum cuius cantatū est heri in vesperis ꝑ aliquos ep̄atus hymnus. Dies absoluti ꝑtereunt. ⁊c. Et adhuc in signū illius etiā tres penitentes cōtinuant hodie diuinū officiū. scz dauid introitū. paulus epl̄am. matheus euangelium. Propter hoc etiā ecclesia sancta ut dictū est hodie deponit omnia cantica leticie. et legit collectā ꝓ peccatis ad designandū q̄ vana leticia est postponēda. et salubris tristicia assumenda. scz dolor ꝓ peccatis. ideo etiā ꝓhibetur solēnitas nuptiarum. vbi multe dissolutōnes exercent̄. et hoc ea de causa ut homo facilius inclinet̄ ad pñiam. Ea etiā de causa pñs euangeliū ad legendū ordinat̄. quid enim magis ad pñiam allicit q̄ dei benignitas teste apostolo ad Roma. ij. An ignoras qm̄ benignitas dei ad pñiam te adducit. Modo hec benignitas manifeste oñditur in p̄senti euangelio vbi dñs nō tantum vocat ad penitentiā que p vineā significat̄ ut supra audiuistis. sed etiam intrare cōpellit quasi obiurgādo dicens. quid statis hic tota die ociosi. Audiuistis charissimi qualiter in pñti euāgelio innuit̄ iudicium diuine miseratōis. quod patet ex benigna vocatōne. de qua dixi vbi supra. (D) Secūdo innuit̄ p̄sagium diuine siue supne largitatis. quod ꝓbatur ex liberali p̄miatōne. de qua subdit. Cum sero factū esset. Per sero intellige mortem cuiuslibet hominis vel cōsummationem mūdi que erit in futuro iudicio. Et dicitur sero primo iō. qr sicut hoīes tpe serotino cessant opari. sic et in morte siue ī iudicio. Johannis. ix. Oportet opari donec dies est. veniet nox qñ nemo opari p̄t. Secūdo dicit̄ sero ideo. qr tunc vadūt hoīes ad domū. aues ad nidū. vulpes ad foueas suas. sic in iudicio q̄libet vadit ad hospiciū suum scd̄m meritū suum De quo Athanasius. Qui bona egerūt ibunt in vitā eternam. qui vero mala in ignē eternū Tercio dicit̄ sero. quia tunc datur merces operario qui visa mercede obliuiscit̄ laboris sui sic ⁊ electi cum viderint mercedē eterne retributōnis quia d̄r Apocal. xxi. Absterget deus om̄ez lacrimā ab oculis eoꝝ et mors vltra nō erit ⁊c. Sequit̄ dicit dñs vinee. i. deus pater ꝓcuratori suo. i. filio suo qui nostrā ꝓcurauit salutem. voca oparios et redde illis mercedē quia dicit leo papa. Nō ociantibus nec torpētibus sed laborantibus ꝓmittit̄ p̄miū. Unde Gre. in ome. Fratres charissimi mores vr̄os inspicite. et si iā dei oparij estis attendite. penset vnusquisq; quid egit et cōsideret si in vinea dñi laboret cū solū dei oparij accipiēt mercedem vite eterne. De quo textus vbi supra. (E) Sed diceres. tñ dicit magister in. ij. di. i. q̄ principalis causa creatōis creature rōnalis est beatitudo celestis. quam dñs celestis posset homini dare gratis et sine meritis. sed quare aliter nō vult nisi ut opemur dicēs. voca oparios ⁊c. et sic vult ut mercedē vite eterne labore mereamur. Et hoc ꝓpter multa. primo ꝓpter felicitatis sublimitatē et excellentiā. Si enim gratis daret̄. tunc nō cum tanta gratiarū actōne possideretur. quāto enim plura fideles patiunt̄ tanto cū maiori gaudio et gratiarum actōne suscipiūt liberatōem Quod em̄ faciliter datur etiā facile ponderat̄ et min⁹ reputatur. Secundo ꝓpter angelorū dignitatē quia deus angelis gratis noluit dare beatitudinem. sed ꝓ meritis. multo magis hominibꝰ Sed quereres. que fuerūt merita angelorum Rñdet sanc. tho. sup. ij. sententiarū. Meritū angelorū bonorū est duplex. scz resistētia mali et adhesio boni p dilectōnem. et sic meruerūt cōfirmari in eterna felicitate q̄ vltra cadere ñ possunt. Idcirco qui cū angelis vult possidete vitam eternā oportet ut opibus iusticie illd̄ ꝓmereatur. De quo aug. Quilibet homo nō p̄t ꝓmereri diuitias huius seculi sine labore. et si tu vis sine laboribus peruenire ad eterna gaudia o homo erras. idcirco laborare debes. Quia dicit mgr̄ in. ij. di. i. Rōnalis creatura ad hoc creata est ut deū qui est summū bonum intelligeret intelligēdo amaret. amando bene viueret. bene viuendo possideret. possidendo eternaliter frueret̄ Et sic laborare debemus deum p intellectū cognoscendo. p voluntatē eū amando. Et per memoriā ei eternaliter inherendo (F) Tercio ꝓpter honoris maioritatē. quia maior honor erit electis ꝓprijs meritis gloriā acquisisse q̄ gratis accepisse. Et iō pueri post baptismū decedentes in minimo p̄mio erunt. eo q̄ de ꝓprijs nihil hñt q̄ q̄d hñt de meritis xp̄i. Propter quod d̄r Apoc. xiiij.

Opari nos oportet Primo

2°

3°

Opera enim illorũ sequunt̃ illos ⁊ Mat. xvi.
Reddet vnicuiq; scd̃m opa sua. Gre. ad ma-
gna p̃mia non ꝑuenitur nisi ꝑ magnos labo-
res. quia scribitur Job. v. Homo ad laborez
nascitur et auis ad volatũ. Quarto ꝓpter dei
iusticiaz et equitatẽ. nã retributio vite eterne
est effectus iusticie. Quia datur ꝓ ope iusti-
cie. ideo ad diuinã iusticiã ꝑtinet ut prius ope
ra ꝑficiantur. deinde datur p̃miũ. Quinto ꝓp
ter xp̃i equiualentiã. scz ut assimilemur xp̃o q̃
laborauit. De quo Isa. xliij. Prebuisti mihi
laborẽ in iniquitatibus tuis. p̃s. lxxxvij. In la
boribus a iuuentute mea. Ideo Isaie. xliij.
Reduc me in memoriã ⁊ iudicemur simul. q.
d. vtrũ sit aliqua similitudo mei et tui laboris
Si enim graue tibi fuerit mane surgere et vi-
gilare cogita quõ xp̃us ꝓ te sepius ꝑnoctauit
in oratõe si tibi displicuerit cibus exilis cogi-
ta quõ ꝓ te cibatus est felle in cruce. p̃s. lxviij
Dederunt in escam meã fel. Si tibi sit graue
dure iacere cogita lectũ crucis quõ expansus
fuit. vbi etiam quo caput suũ reclinaret nõ ha
buit. Math. viij. Vulpes foueas habẽt et vo
lucres celi nidos. filius aũt hominis nõ habet
vbi caput suũ reclinet. Dicit̃ enim Math. x.
Nõ est discipulus sup̃ mgr̃z nec seruus supra
dñm. Si tibi sit grauis fatigatio laboris capi
tis pedũ et manuũ cogita capitis sui coronatio
nem. manuũ et pedũ ꝑforatõnez et eius in eis
dem dolorẽ. Berñ. Totum tibi suaue erit q̃d
quid agis vel pateris si actões et passiões xp̃i
collegeris. Idem. Ideo xp̃s manus suas oñ
det post resurrectõnem improperãdo si nõ fe-
ceris que ip̃e fecit. Dicitur em̃ Judicũ. ix. q̃d
me vidistis facere cito facite. De quo ad phi
lip. ij. Hoc sentite in vobis quod et in xp̃o ihũ
Et. i. Joh. ij. Qui dicit se in xp̃o manere de-
bet sicut et ille ambulauit et ip̃e ambulare.

(G) Sexto ꝓpter ociositatis maliciã. Ecc̃i.
xxxiij. Multã maliciã docuit ociositas. Nam
quem dyabolus ociosum inuenit hũc in ope
suo ponit. Prout figuratur Exo. v. Pharao
videns filios isrl̃ ociosos imposuit eis onus
paleas colligere ad elaborãdũ lateres. Ideo
Hiero. Sp̃ aliquid boni opis facito ne te dy
abolus inueniat ociosum. Nã dicit sanc. berñ.
Ociũ est sentina viciorũ. ut patet in Salo-
mone et dyna Luce. xi. et Math. xij. Dyabo
lus inuenit domũ vacantẽ assumpsit septem
spũs nequiores se et habitauit in ea. Ideo di
cit Hiero. Quantũ aufers sibi de ocio tantuz
de loco. Ideo Ecc̃i. xiiij. Ante obitũ opare iu
sticiã qm̃ non est apud inferos inuenire cibũ.
Et ecc̃s. ix. Quodcunq; p̃t facere manus tua
instanter opare. qz nec opus nec rõ nec sapien
tia nec scientia erit apud inferos quo tu ꝓpe-
ras. Ideo de ociosis dicit p̃s. lxxij. In labori
bus hoim non sunt et cũ hominib; nõ flagella
bunt̃ sed cũ demonibus. p̃s. xlviij. Laborabit
in eternũ et viuet adhuc in finẽ. Naz ficulnea
infructuosa Math. xxi. fuit maledicta. ⁊ Ma
thei. xxv. Seruũ inutilẽ eijcite in tenebras ex
teriores. Et Math. vij. Omnis arbor q̃ non
facit fructũ bonũ excidet̃ et in ignẽ mittetur.
Et ideo aug. dicit. Audite desides ⁊ neglige
tes qui spatis in hoc saluari q̃ xp̃iani appella
mini. nõ verba sed opa saluãt hominẽ. p̃s. cxx
vij. Labores manuũ tuarũ qz manducabis ⁊c

(H) Septimo ꝓpter mercedis magnifi-
centiã De quo Aug. Si te terreat labor re-
spice mercedem. Gre. Consideratio p̃mij mi-
nuit vim flagelli. Crisõ. Si tempestas nautis
si vulnera militibus. si frigora agricultoribus ꝓp
ter tp̃ale p̃mium leuia sunt q̃to magis ꝓpter
p̃mium eternũ. Grego. Si cõsideremus que
ꝓmittunt̃ in celis vilescunt oĩa que sunt ĩ ter
ris. Idcirco dicit. voca oparios et redde illis
mercedem. Sequit̃. incipiẽs a nouissimis vs
q; ad primos. i. om̃ib; redde mercedẽ tã hijs
qui nouissime laborauerũt q̃ illis qui primo
mane vineã p̃nie siue sp̃ualis vite ingressi sunt
Subdit. Cum venissent ergo scz ꝓ recipien-
da mercede qui circa horã vndecimã venerãt.
i. circa finem vite sue acceperũt singulos dena
rios. i. vite eterne retributõem. (I) Que
significatur per denariũ. Primo ꝓpter bonita
tis cõpatõem. nam denarijs p̃t homo sibi ꝯpa
rare quecunq; vite sue sunt necessaria. Prop
ter quod dicit phũs in ethicis. Numismata
sunt inuenta cõmunicatõis gratia. nã nummis
comparãtur oĩa. Ecc̃s. x. Pecunie obediunt
omnia. sic et in deo omnia habemus. ut dicit
Aug. Qui deũ habet omnia habet. Et thobie
x. Omnia in te vno habẽtes. Berñ. Ociui
tas celestis cõtinẽs totum quod delectat. Di
cit nanq; aug. In eterna vita est possessio oĩm
bonorũ exclusio omniũ malorũ. ibi implebit̃
illud p̃s. cij. Replet in bonis desiderium tuũ

Ideo dicit ibidem Orosius. Replebit om̄s
sensus interiores et exteriores celestib⁹ delici
is. Primo replebit visuz. Bern̄. Plenū erit
omni dulcedine videre hominē et hominis cō
ditorē. Auditum celestib⁹ melodijs. Apocal.
xiiij. Vocem quā audiui sicut citharedorū ci
tharisantiū in citharis suis. et cantabāt quasi
canticū nouum. Et. ca. iiij. Requiē non habe
bant die ac nocte dicētia sanctus sctūs sanci⁹
dn̄s deus omp̄s ꝛc. Ideo thobie. xiij. Per vi
cos eius alleluia cātabit̄. Gustū suauitate fru
itōnis diuinitatis et hūanitatis. sic etiā tactū
et olfactum. De quo Canti. iiij. Odor vngē
torū tuorū sup̄ omnia aromata. Item oēs vi
res anime. quia ratio replebit̄ lumine. volun
tas dilectōne. memoria fruitōne. (K)
Secundo comparatur denario ꝓpter subtilita
tis sup̄scriptōem vel ꝓpter decoris speciosita
tem. quia vita eterna est subtilis in cognitōne
omniū rerum. Gre. Quid est quod nō vidēt
qui te videntē omnia vident. Hieremie. xxxi.
Non docebit vir vltra ꝓximū suum ⁊ vir frēz
suum dicēs agnosce dn̄m omnes em̄ cogno
scent me a minimo vsq̄ ad maximū. Ideo di
cit Bern̄. Ibi magistrū semel vidisse est om̄ia
didicisse. Vel dicit̄ subtilis quo ad decorem.
sic et vita eterna. ibi enim erit pulcritudo sem
piterna sine omni difformitate. sanitas sine
omni infirmitate. vita sine morte. gaudiū sine
tristicia. ibi pulcritudinē omnes a fonte pul
critudinis accipiēt Nam septē dotes accipiēt
quattuor corp̄is et tres anime. ibi sicut sol ful
gebunt. et auro rutilantiores erūt. Tercio cō
paratur vita eterna denario in circulari transfi
guratōe. que significat eternitatē que non ha
bet finem. Eccl̄i. xviij. Merces dn̄i manet in e
ternū. Et p̄s. lxxxiij. Beati qui habitāt in do
mo tua dn̄e ꝛc. Et iterū p̄sal. cxliiij. Regnū ei⁹
regnum omniū seculorū. Et dan̄. iij. Regnuz
eius regnū sempiternū. Ideo Isaie. li. Leti
cia sempiterna sup̄ capita ip̄orū. Quarto pro
pter ymaginis regis retentōez. sic et vita eter
na retinet ymaginē dei. Job. xvij. Hec est vi
ta eterna ut cognoscāt te solū verū deū et quē
misisti ihm̄ xp̄m. ij. Corin. iij. Nos reuelata fa
cie gloriā dn̄i speculātes in eādē imaginē trās
formamur a claritate in claritatē. (L) Iste
denarius et vita eterna erit equalis nobis om
nibus et etiā inequalis. Primo equalis q̄ ad

duratōem. De quo dicit Aug. et mgr̄ in. iiij.
in di. xlix. Vna eternitas cōcludit omnes ele
ctos. quia nullus altero diutius viuet sed si
mul ineternū. Sap̄. v. Justi in ꝑpetuū viuēt
Secundo erit equalis quo ad obiectōem. qꝛ 2°
deus est obiectū anime. humanitas vero obie
ctum corp̄is. De quo dicit̄ Isaie. xxxiij. Re
gem in decore suo videbit. et hec erit merces
Gen̄. xv. Noli timere. ego ero merces tua ma
gna nimis. Aug. Hec est plena beatitudo vide
re illum qui te fecit saluauit et glorificauit. vi
debis cognoscendo. amabis fruēdo. laudabis
eternaliter possidendo Tercio erit equal' quo 3°
ad appetitus sacietatē. p̄s. xvi. Satiabor cum
apparuerit gloria tua. Dicit nāq̄ magister in
iiij. distin. xlix. Beatum esse est omnia habere
que homo vult. Et in hoc est vnus magis bea
tus q̄ alter. qꝛ quilibet de hoc sūmo bono fru
itur ad plenā sufficientiā. et vltra nihil appetit
nec appetere p̄t. et sic erit equalis quo ad satu
ratōem. quia dicit Bohetius. iij. de consola
tu. Beatitudo est status omniū bonorū aggre
gatōne p̄fectus. Quarto erit equalis quo ad 4°
rerū vniuersitatē de quibus gaudebunt. Nā
de hijs rebus maiores et minores gaudebūt
scz de clarissima visione diuinitatis et huma
nitatis. et de delectabili societate angelorū et
beatorū. et de euasione omniū p̄iculorū huius
mundi. et de eterna damnatōe. de potētia pa
tris in qua erūt potentes. De sapiētia filij. in
qua lucebunt sapiētes. de bonitate sp̄us sancti
in qua affluent dulcedine diuine fruitōis. ita
q̄ etiam posset oriri murmur admiratōnis de
bonitate et largitate dulcedinis dei. q̄ scz pro
paruis meritis inestimabilia bona tribuit De
quo dicit textus. Primi aūt arbitrati sunt q̄
essent plus accepturi. acceperūt aūt et ip̄i sin
gulos denarios. i. vite eterne retributōem
(M) Subdit. Et accipiētes murmurabant
aduersus patrēfa. dicētes. hij nouissimi vna
hora fecerūt. i. laborauerūt. et pares nobis illos
fecisti scz in p̄mio. qui portauim⁹ pond⁹ diei.
id est sustinuimus ponderosum laborē totius
vite in op̄ibus iusticie. et estus. i. concupiscen
tie vel temptationū. Vbi nota. duplicē hij vi
dentur causam murmuratōnis habere. vicz q̄
in remuneratōe erant vltimi. cū tamē fuissent
priores in op̄e. et q̄ equale p̄miū nō eq̄ labo
rantibus erat datū. Sed omissa prima causa

solum murmurãt ꝓpter secũdam dicentes hi nouissimi ꝛc. Et ista posset esse vox eorũ qui a puericia vsq; in senectutem deo seruierũt. id ẽ ad finem vite et sustinuerunt pondus laboris diei. i. penitentie et estus. i. temptationũ si nõ pl⁹ ꝑmij cõsequũt q; hij q̃ in senectute deficiẽte caloze etatis inceperunt. Similiter etiã conqueri possent antiqui patres. vicz noe abzabã Isaac et iacob. si non recipent plus ꝑmij q; homines pñtis tpis. ipi em sustinuerunt magnos labores et estus temptationum. nũc vo mundus quasi antiquus est et deficiunt delectamenta ipius. et ideo pñs tpe non vrit tantis estibus. Et licet ita sit. non tamẽ habẽt iustam causam murmurãdi ut statim infra dicet.

(R) Sed diceres. quõ sancti dicunt murmurare. cum dicit Gze. Nemo murmurãs regnum dei accipit. Ad hoc rñdet primo Crisо. q; non oportet ea que in paboliis dicunt scõm totum quod oz inuestigare. sed intentõem ꝓpter quam posita est intelligere. Unde ista similitudo murmuris nõ est trãsferenda ad eos qui beati sunt. nec intelligunt murmurare ex inuidia. sed ut ostendat et intelligatur hos tanto potitos esse honore q; inuidia exinde alijs generari posset si possibile esset. Secũdo rñdet Gze. q; antiqui patres licet fuerũt magni meriti tamẽ moziẽtes cõducti ad regnũ nõ sunt. sz expectauerũt vsq; ad xpm. et hoc est eis murmurasse. Hã dilatio talis que occasio quodã modo murmuratõnis esse potuit que et nobis tanq̃ nouissimis ꝓ xpm ablata est. ꝓ ipa murmuratõne reputat. Nunc vero qui fideliter laborãt in vinea dñi mox ut exeunt a corpe ducunt ad regnuz. et inde eis occasio quodammodo murmuris oblata videret. nisi ex summa pfectõe fraterne charitatis in deũ ordinate qua quis de bono alteri⁹ tanq̃ de suo gaudet tolleret. Tercio pt dici q; duplex est murmur sz ꝙquestiõis et admiratõis. vñ beati nõ murmurãt cõquerẽdo sed admirãdo murmurare dicũt. Possz etiã quarto dici q; illa murmuratio intelligenda est ꝓ sinodochen. de primis enim accipiẽtibꝫ quidã nõ omnes murmurasse intelligendũ ẽ. colligit em ꝓ illud quod sequit. Amice nõ facio tibi iniuriã. Potest etiam illud accipi de malis qui in principio q̃dẽ boni fuerunt sed nõ sic vsq; ad finem pstiterũt tales enim ꝑmio priuati murmurãt. sed nõ illi qui denariũ acceperunt. tales enim nõ murmurant neq; murmurare dicunt. Si tñ aliq̃s murmuret ibi esse murmur attendat quõ murmur tolleret cõuenientibꝫ responsionibꝫ. (D) Sed diceres. vñ ꝓuenit q; deus nouissimos equales facit primis. Rñdet primo ex absoluta dei auctoritate quã nemo audet arguere neq; pt. q; nemo maioz deo. Hester. xiij. In dicione tua cũcta sũt posita. Et tangit cũ subdit. At ille sz paterfamilias rñdens vni illoz ei sz qui forte magis se ingerebat dixit amice non facio tibi iniuriã. q. d. ideo aduersum me murmurare nõ debes. glosa. nõ facit iniuriã alteri q; dat ei quod ꝓmiserat. sic et paterfamilias in presenti. Unde dicit. nõne ex denario diurno cõuenisti mecũ. et iõ nõ teneoz tibi plus. dare tolle quod tuũ est et vade sz contentus. q; rece/pisti mercedẽ tuã. volo aũt huic nouissimo dare sicut et tibi. Unde sicut sola volũtas dei est causa in ꝓductõe rez. sic etiã in remuneratõe. 7 sic nõ pt locũ habere murmuratio. Secũdo ꝓuenit ex sapie dei pfunditate quã nẽo arguere pt. Unde gre. Deus in ꝓuidẽtia sua nõ fallit ipe em scit iuste remunerare electos et non errat coequãdo nouissimos primis. De quo Ro. xi. O altitudo diuitiarũ sapie et scie dei q; incõprensibilia sunt iudicia eius ꝛc. Quis enim vult se intromittere de ꝓfunditate sapie eius Job. xi. Excelsioz celo quid facies. profundioz inferno et vnde cognosces. Isa. xl. nec est inuestigatio sapie eius Et tangit ibi vbi dr Tolle q̃d tuuz est. ipe enim scit q̃tum quisq; meruit. Tercio ꝓuenit ex beneplacita ei⁹ voluntate. Matb. xi. Ita pr qm sic placitũ fuit ante te. et tangit ibi. An nõ licet mihi facere quod volo. q. d. vnicq;. Hester. xiij. Nõ est qui possit resistere volũtati me. Isaie. xlvi. Ego sum deus et nõ est vltra me deus. nec est qui similis sit mei cõsiliũ meũ stabit. et oia volũtas mea fiet sz in remunerãdo (P) Quarto ꝓuenit ex inexplicabili sua bonitate que se largiter effundit sup omnem creaturã. et maxime super electos sine omni merito. Et tangit ibi. Tolle quod tuum est. q; ego bonus sum. qualiculus tuus neq; est qz ego bonus sum. quasi d. Si hec murmuratio ex inuidia ꝓcederet viciosa esset. Gregorius. Nequam dicatur ira non ꝓpter culpam. sed ꝓpter cõsideratõis inequalitatẽ. quia omnis nostra iusticia ex comparatõe diuine iusticie nullius est meriti. qz

omnis remuneratio q̄tūlibet iusti nō ex me rito cōdigni hz de cōgruo ex infinitate sue mi sericordie p̄cedit. Et hoc est quod dicit. qz ego bonus. i. illa remūeratio ex mea volūtate et bonitate p̄cedit. De quo aug. sup Iobā. Deus cū immortalitatē tribuit dona sua co ronat. nō merita nēa. quare ex rōe cōtra ipm murmurare nō possumus. Dicit nāq; Ilir. li. i. de summo bono. Omnis iusticia beator respectu iustitie dei iniusticia videt. Et Job xv. Quid est homo q̄ immaculatus sit aut ut iustus appareat natus de muliere. Ideo dic in lra. Si oculus tuus nequaz fuerit ego ho nus sum. Job. iiij. Numquid dō dei compa tione iustificabitur. Scribit enim Job. xv. Celi non sunt mundi in cōspectu eius. aut mar. xx. Nemo bonus nisi vnus deus. Subdit Chrisol. Hoc addit ut eos auditores faceret qui in vltima senectute cōuertūt ne existima rent se minus habituros. omnes em celestis regni mercedē accipiēt. i. abūdantē remūera tionem qui in vinea spūalis vite inuenti fu rint. nā et tantā remunerationē habebūt q̄ di cit Aug. Maius est sanctorū p̄miū q̄z eorum desiderū. Aug. Fide nō capitur spe nō attin gitur. caritate nō ap̄henditur. desideria trā greditur. acquiri p̄t. estimari nō p̄t. Jō Crisost. Nihil boni quantūcūq; exiguū fuerit ō̄spicie tur apō iustū iudicē. et Matth. x. Quicūq; potum dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide non p̄det mercedē suā. Ecce quanta largitas remuneratōis. Et hoc valde debz in ducere et trahere hominē ad laborē. ¶ Q Ubi nota q̄uis ita sit q̄ p̄mium erit equale primorū et nouissimorū ut supra audistis. e rit tamē inequale quo ad capacitatē et fulgo rem. vnde quanto magis capaciores hoies hic in terris fuerūt diuine gratie. tanto erūt in sumo capaciores diuine glorie. In simi li. sicut duo vasa plena vnū maius aliud mi nus ambo sunt plena. vnū tamē magis conti net reliquo. sic et in electis erit. Itē quanto q̄s magis hic in caritate dei arserit. tāto ibi clarior erit. De quo aug. Quāto ardentius diligimus tanto serenius videbimus. i. Co rin. xv. Alia est claritas solis alia lune et alia stellarū. stella enim a stella differt in claritate. sic et resurrectio mortuorū. Ecce in his v bis manifeste meritorū diuersitatē exprimit Unde multi sunt stulti hoies qui ex cōsolatione verborū saluatoris accipiūt excusatōem in dei seruitio volūt expectare vsq; ad senū ex eo q̄ saluator promittat eis dare equalem mercedē cū primis. et sic hoc quod dicit eis ad p̄solatōez hoc ipi accipiunt nonnunq; ad eterne damnatōis occasionē. nulli em dubi um quin dyabolus illis hoc suggerat. et p̄ in matrimo piculo eos ponit. et quasi catbe na et funiculo indissolubili cōstringit. cū di cit Eccl. ix. Nescit homo finē suū. ¶ R Et propter hoc ipe saluator cōcludendo pa rabolā et p̄nis euangelij historiā addit ali quid terribile dicēs. Multi sunt vocati pau ci vero electi. Unde Isi. li. ij. de summo bo no. Multi recipiūt fidē sed ope dissentiūt. et ad Titum. i. Cōfitent se nosse deū factis au tē negāt. Et sic multi sunt vocati ad fidē pau ci vero electi ad eternā gloriā. Itē multi sūt qui peccāt. pauci vero qui p̄niam agūt. Hie remie. viij. Nullus est qui agat p̄niam super peccato suo. Ambro. Facilius inueni qui ser uauit innocentiā q̄z veram egerit p̄niam. Et figuratur hoc in plurib locis sacre scripture. Primo gen. vij. Totus mūdus. i. homines in mūdo pierūt tpe diluuij. et tantū octo ho mines a tāta multitudine in arcba noe fuerūt conseruati. sic Genes. xix. quinq; ciuitates pierūt. et tantū quattuor hoies fuerūt salua ti sz lotb cū vxore et filiabus. nec tñ et hij quattuor finaliter saluabant. quia vxor lotb p̄pter inobediētiā versa est in statuā salis. ut patet ibidem. Itē sexcenta tria milia virorū quingenti et quadraginta exierūt terrā egip ti. Numeri. i. et tñ duo sz Josue et caleb venerūt in terrā p̄missionis. ut Nūeri. xxvij et hoc p̄pter rebellionē. et sic maxima pars nō obedit p̄ceptis dei. Sic iterū legit Exo. xxx ij. cum filij israel fecissent sculptile et adorass sent illud Moyses descendēs de monte vin dicare scelus dixit ad duodecim tribus isti Si quis est domini iūgatur mibi. Cōgrega tiq; sunt ad eū omnes filij leui. Et sic ex du odecim tribubus tñ vna accessit. Sic etiam legit Hester. ij. Multe virgines accesserūt ad assuerū sed solū hester est electa. Grego. Unusq̄sq; pensare debet vt de se nō p̄sumat eo q̄ ad fidem vocatus est. qz vtrum electus

Ad fidem multi sed pauci ad celum gloriam

Ex pauca sola pars primo

2°

3°

4°

5°

sit ad eternā gloriā ignorat. Mat. vij. Lata porta et spaciosa via est que ducit ad ꝑditionē et multi sunt qui intrāt ꝑ eam. q̄ꝫ angusta porta et arta via est que ducit ad vitā ⁊ pauci sunt qui inueniūt eaꝫ. Et paulo post ait ibidem. Nō omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celorum. sed qui facit voluntatē patris mei qui in celis est. ipe intrabit in regnū ce. Imploremus ergo et nos gratiam dei vt simus de numero illorū qđ nobis p̄stare dignetur ⁊c̄.

De eadem dominica Sermo. li.

Voca oparios et redde illis mercedem incipiēs a nouissimis vsqꝫ ad primos. Math. xx. (S) In sūma verborum duo tanguntur. primo hortatur nos ad laborē. ibi. voca oparios. Secundo subiungit laboris rōem. ibi. redde illis mercedē. Stulti eñ sunt qui ꝓ tali mercede laborare nolunt sed illud ꝑ ocium negligūt. de prīo dicit. Voca oparios. Unde quinqꝫ sūt que nos inducūt et hortantur ad laborē. primum est naturalis ꝓprietas. Job. v. Homo ad laborē nascit̄ et auis ad volatum. Idcirco ociosus cōtra naturalē ꝓprietatē facit nec dignus est pane quo vescit̄. ij. Thes. iij. Si quis nō vult opari nec manducet. Et sic nec manducabis cibū regni celorū in ocio. Eccī xiiij. Ante obitū tuū opare iusticiā quia non est apud inferos inuenire cibum. Et patet hoc de diuite epulone. Luce sedecimo. Propter quod dicit Eccs. ix. Quodcūqꝫ p̄t facere manus tua instāter opare qꝛ nec opus nec ratio nec sapīa nec scīa est apud inferos quo tu ꝓperas. sed hic est locus laboris et nō alibi. Ideo Luce. xij. Seruus qui cognouit voluntatē dñi et nō fecit ꝯm voluntatē eius plagis vapulabit multis. Et Luce. xiij. figuratur hoc in ficulnea que nō fecit fructū quam paterfamilias fecit succidi ꝙ terrā gratis nō occuparet. Et Math. vij. Omnis arbor q̄ non facit fructum excidet̄ et in ignē mittetur. Et Math. xxv. Seruum inutilē eijcite in tenebras ex. illic erit fletus et stridor dentiū (T)

(Secūdo hortat̄ nos ad laborē tp̄is breuitas Job. xiiij. Breues dies hominis sunt. Omne eñ tp̄us p̄ñtis vite quasi nihil ē. p̄s Tanq̄ꝫ dies hesterna que p̄terijt et custodia in nocte que ꝓ nihilo habent̄ eorum anni erūt. Job. vij. Nihil enim sūt dies mei. Jacobi. iiij. Que est eñ vita nr̄a vapor ad modicū parēs et deinceps exterminabit̄. Prouer. xxvij. Ne glorieris in crastinū ignorans quid supuentura pariat dies. Si ergo h̄ sol licite cōsideraueris nunc nihil graue erit tibi quidq̄d agere debueris. qꝛ totū in morte finitur et mors cito a ꝓpropinquat. Et hoc ē qđ dicit̄ Eccī. xiiij. Memor esto qm̄ mors non tardat. Ber. Quid in rebus humanis morte certius quid incertius hora mortis. ⁊ Gre. sup Ezech. Conditor nr̄ diē mortis incognitam esse voluit ut dū ignorat̄ semꝑ ꝓxima esse credat̄. Et tāto quis feruētior sit in opatione q̄ꝫto incertior in euocatōe. Cōsidera ergo quō i morte iacebis. Quid ꝓdesset si habuisses fortitudinē samsonis. pulcritudinem absolonis. prudentiā salomōis. potētiā octauiani. diuitias Cresi. longeuitatē enoch ⁊ helye. Ex his omnibꝫ nil tecū feras nisi tm̄ bōa ⁊ mala que fecisti. Apoc. xiiij. Opa eñ illorꝫ sequunt̄ illos. Aug. Adā si adhuc viueret ⁊ hodie moreret̄ quid illi lōgitudo vite ꝓfuisset nisi opa fuissent eū secuta. ij. Cor. v. Unusquisqꝫ referet ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonū siue malū. Idcirco ad Gala. vi. Dū tp̄s habemus opemur bonū. nā q̄ hō seminauerit hec et metet. et cū tp̄us breue est implebitur in nobis illud Eccī. vl. Modicū laborauit et inueni mihi multā requiē. (U) Tercō hortat̄ nos ad laborē xp̄i exemplaritas. Isaie. xliij. Prebuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis. q. d. Iniquitatibꝫ tuis coegisti me descendere ꝑ incarnatōeꝫ et assumere corpꝰ hūanum in quo laborare potui. p̄s. lxxxvij. In laboribꝫ a iuuētute mea Idcirco Isa. vi bi sup̄ dr̄. Reduc me in memoriā scꝫ quō laborauerim. iō et tu labora. Job. xiij. Exemplū dedi vobis ut quēadmodū ego feci ⁊ vos ita faciatis. Sed quales ipe filius dei habuit labores. Dico ꝙ sp̄uales et corpales. sp̄uales. quia dyabolicis temptatōnibus fortiter restitit et varijs virtutibꝫ se adornauit. etiā laborauit corpe. qꝛ nullū tp̄us ꝑtrāsiuit ociose. Jō Bern̄. in meditatōibus hortat̄ nos ad eius imitatōem dicēs. In oībꝫ virtutibꝫ

bonis opibus et moribus semp ꝓpone tibi il
lud clarissimū speculū et exemplar scz vitam
et mores dñi nostri ihū xpi qui ad hoc de ce
lo a deo patre nobis missus est. ut nos p̄iret
in via virtutū et legem vite et discipline suo
exēplo daret. ut sicut ad imaginē eius natu/
raliter creati sumus. ita ad morū similitudi
nem ꝑ imitatōem virtutis ꝓ nostra possibili
tate ei ꝯformemur. quāto aūt quisqꝫ se ꝑ imi
tatōem virtutū ei cōformare studuit tanto ei
in patria et gloria eternitatis ꝓpinquior erit
hec ille. Et subdit. describe ergo tibi in cor/
de tuo vitā mores et actus eius. q̄ꝫ hūiliter
se habuit in omni cōuersatōe. q̄ꝫ modestus
fuit in edendo et bibēdo. q̄ꝫ patiēs in omibꝫ
aduersitatibus. q̄ꝫ sobrius ad vigilias. q̄ꝫ di
ligens ad orōes. q̄ꝫ solicitus ad labores cor/
porales et spūales. ambulauit et p̄dicauit. ⁊
omnes dyabolicas tēptatiōes deuicit. et ad
vltimū seip̄m totaliter ꝓ nr̄a salute in ara cru
cis obtulit ut a nobis omne tediū auferret.
Nos igit̄ exēplo suo similiter laborare debe/
mus si mercedē eterne felicitatis obtinere de
sideramus ¶ x ¶ Quarto hortat̄ et inducit
nos ad laborē futuri laboris penalitas. si em̄
futuros labores et penas euadere velis. hic
labora. Unde de laboribꝫ dicit p̄s. Labora/
bit ineternū hic scz in p̄nti seculo et viuet ad
huc vsqꝫ in finē. Uel p̄t referri hoc dictū ad
damnatos cū dicit p̄s. Laborabit ineternū
scz in penis. ec viuet adhuc in finē. i. ñ erit fi
nis laboris et pene ip̄orū. Ab his igit̄ penis
eternis ꝑ p̄ntem laborē liberari possumus ut
dicit Gre. dū labore trāsitorio atterimur. a
perpetuo labore liberamur. Sed ociosi pi/
gri et steriles in bonis opibus excident̄ sicut
arbor infructuosa. p̄s. lxxij. In labore homi/
nū non sunt et cū hominibꝫ nō flagellabūtur
glo. sed cū demonibus. ut impleat̄ in talibꝫ
illud Math. xxij. Ligatis manibus et pedi/
bus eius mittite eū in tenebras exteriores.
ibi erit fletus et stridor dentiū. Qui em̄ hic
manus et pedes habuit ligatos in bonis o/
peribus eterna damnatōe meret̄ ligari. vnd̄
nec solū ꝑ laborē bonorū meret̄ homo a tali/
bus penis liberari sed etiā ꝑ aduersitatis aut
infirmitatis patientē toleratōem que non so
lū hominē a pena damnatōis eterne eripit sꝫ
etiā a pena purgatorij. et statim animā sic tri/

bulatōibs purgatā ad eternā gloriā faciūt
euolare. Gre. Misericorditer deus adhibet
p̄ntem seueritatē ne inferat eternā vltōem ⁊
calamitatē. Sic ꝑ ꝯtrariū hic quibusdā par
cit vt ineternū feriat. aliquos vero ferit vt in
eternū parcat. Et hi sunt qui licet nō meruē
rūt intantū hic cruciari tñ libenter hic cruciā
tur ut xp̄o se conformēt. Idcirco quasi ꝯclu
siue dicit Isido. Totū leue est quod hic la/
boras et pateris. si eternas penas et labores
cōsiderauerit. Math. xi. Iugū meū suaue.
et onus meum leue. Arist. Finiti ad infinitū
nulla est ꝓporcio. Idcirco ad tp̄us quidē hic
laboremus ut sic eternos cruciatus euadere
valeamus et mercedē mereri possimus eter/
nam. ij. Corin. iiij. Id em̄ quod in p̄nti mo/
mentaneū est et leue tribulatōnis nostre sup̄
modū in sublimitate eternū glorie pondus
opatur in nobis ¶ y ¶ Quinto hortat̄ nos
ad laborē mercedis magnanimitas. nā dieta
videtur breuis mercēnario si scit se magnam
cōsequi mercedē. De quo gre. Consideratō
p̄mij minuit vim flagelli. et Aug. Si terre
at labor respice mercedē. Quia dicit Isid.
de summo bono. Qui vite future p̄mia dili
gēter cogitat omnia mala p̄ntis vite equani
miter portat. Ro. viij. Nō sunt cōdigne pas
siones huius tp̄is ad futurā gloriā. In simi
li ergo dicitur Iac. v. Ecce agricola expectat
p̄ciosum fructū terre patiēter ferēs donec ac
cipiat tēporaneū et serotinū. quare igitur nos
nō magis ꝓ eterno. Hiero. Nullus labor du
rus. nullū tempus longū quo gloria eterni/
tatis acquiritur. ¶ z ¶ Sed diceres. audio
q̄ vtiqꝫ laborare teneor. et nūc cōsidero que
sunt que ad hoc hortantur Dic igit̄ etiā qua
liter ad hoc laborare debeā vt possim obtine/
re mercedē. dico q̄ quintupliciter. Primo ce
leriter absqꝫ ꝯtradictōe. Eccl. xxxi. In omni
bus opibꝫ tuis esto velox. Et merito. qꝛ tem
pus multū breue est q̄d habemus. De q̄ phi
losophus. iiij. phisicorū. Nihil habemus de
tp̄e nisi nūc. ij. Corin. vi. Ecce nūc tp̄us ac/
ceptabile. Et aplus ad Gala. vi. Dū tēpus
habemus opemur bonū scz celeriter sine tar
datōe. ne tp̄us ꝑdamus q̄d in eternū recupe
rare nō possumus. Scd̄o abūdanter sine di
minutōe. i. Corin. ix. Abūdetis in omne op⁹
bonū. Ista abūdantia in bono ope est q̄n cor

pus et anīa ponunt̄ in ope dei. nā qui nobis
oīa dedit ex omnib⁹ ei seruiamus. et cū facul
tas deficit saltē bonā voluntatē ei offeramus
Eccs. x. Melius est qui opatur et abūdat in
omnib⁹ q̄ qui gloriat̄ et eget pane. Et sic be
atus paulus laborauit. i. Corin. xv. Abūdā
3° tius omnib⁹ laborauī. Tercio sapiēter et cū
discretōe. Ro. xij. Rationabile sit obsequiū
vr̄m. Et hoc satis dat̄ intelligi Leuitici. ij. v/
bi p̄cipitur in omni sacrificio offerri sal. p q̄d
sapiētia siue discretio significatur. q̄ dic̄ hie
ro. De rapina holocaustū offert qui corpus
immoderate castigat. et sapienter d⁹ fieri qn̄
fit in charitate. fatue aūt qn̄ in scelere morta
li. ideo. ij. Joh. vnico. Videte vosmetip̄os
ne p̄datis quod opati estis. Et hoc cōtingit
illis qui sunt in mortali crimine. d̄ quib⁹ veri
ficat̄ illud Sap̄. iij. Vacua est spes eorū ⁊ la
borauerūt sine fructu scz salutis eterne. saltē
hn̄do respectū ad statū eor̄. i. inquantū sunt
peccatores. Sic etiam locū habet illud Isa
ie. lix. Telas aranee texuerūt. Sicut em̄ ara
nea in texendo thelā totā se euiscerat et sine
fructu laborat. sic tales insipiētes laborato
res. et iō ibidē subdit̄. Opa eor̄ inutilia.
4° A Quarto fideliter sine alienatōe. d̄ quo
Joh. in. iij. cano. sua siue epl'a dicit. Charis
sime fideliter facis quidq̄d operaris in frēs.
Nā d̄r Hiere. xlviij. Maledictus qui facit
opus dn̄i fraudulenter. i. negligēter et desi
diose. fideliter aūt opatur qui in ope suo ho
norē dei intendit edificatōem p̄ximi et salu/
tē p̄priam. Et merito primo honorē dei quia
ip̄e deus omnia bona in nobis opatur. Isaie
xxvi. Oīa opa nr̄a opatus es nobis. Nos e/
nim coadiutores dei sumus. vt dicit apl'us
i. Corin. iij. Et sic in ope vult habere medie
tatē scz honorē. Isaie. xlij. Gloriā meā alteri
nō dabo. Idcirco. i. Corin. x. Siue mandu
catis siue bibitis vel aliud quid facitis. omīa
ad gloriam dei facite. Sed quo ad scd̄m scz
edificatōem p̄ximi. i. Corin. xiiij. Omnia ad
edificatōnem fiant. Quo ad terciū dicit. i.
Corin. v. Omnia vr̄a in charitate fiāt. et sic
sunt salutaria. Quinto debemus laborare p
seueranter sine cessatōe. ad Gala. vi. Bonū
faciētes non deficiamus. Et Luce. ix. Nemo
mittēs manū suā ad aratrū et respiciēs retro
aptus est regno dei. Et hoc figurat̄ in veteri
lege vbi caput cū cauda offerri p̄cipiebat̄.
ut patet Leuitici. iiij. i. iuuentus cū senio. Ec
clesiastici. xi. Mane semina semē tuū ⁊ vespe
nō cesset manus tua. i. principiū cū fine. nam
dicit Gre. Incassum bonū agitur si an̄ vi/
te terminū deserat̄. Mat. x. Qui p̄seuerauerit
vsq̄ in finē hic saluus erit. Et hoc ad pri/
mum vbi dixi q̄ in verbis p̄missis ip̄e salua
tor nos hortat̄ ad laborē sup̄addēdo quali/
ter laborare debemus. B Dixi secūdo
subiungitur in p̄missis verbis laboris rō. ibi
redde illis mercedē. vn̄ stulti sunt qui nō la/
borāt ut mercedē accipiāt. p̄uer. xij. Qui se/
ctat̄ ociū stultissimus est. Reuera stultissim⁹
q̄ p ociū dat locū dyabolo. Math. xij. qui
inueniēs domum vacātē habitat ibi. Prop
ter q̄d dicit Hiero. Sp̄ aliq̄d opis facito ne
te dyabolus inueniat ociosum. et ad Ephe.
iiij. Nolite locū dare dyabolo. Si enim hic
ei locū damus ibi cū eo locū habebimus. s. in
inferno. q̄ infernus d̄r locus ociosorū hoīm
tales. n. nō p̄nt hr̄e locū in celo. q̄ hic dic̄ vo
ca oparios. nec in p̄adiso. Gen̄. ij. Posuit
deus adā in p̄adisum. ut oparet̄ et custodirz
illaz. neq̄ in terra. q̄ est locus laboris. Job
v. Homo ad laborē nascit̄ et auis ad volatū
Et iterū Job. vij. Militia est vita hoīs sup̄
terrā. Merito igit̄ ꝯuenit eis locus in infer
no. Secūdo stulti sūt ociosi. q̄ libere se dāt
hostibus sine defensiōe. Bern̄. Ociū est sen
tina omniū viciorū. sic em̄ in sentina sordes
recipiūt̄ in nauib⁹ marinis. sic cor ociosi qua
si omnes sordes recipit vicior̄. primo luxu/
rie. ut patet de dauid. ij. Reg. xi. qui dū fuit
occupatus in bellis cōtinēs fuit. tp̄e vero ocij
adulterium cōmisit. Itē salomō circa occupa
tionē edificatōis tēpli nō fuit infatuatus amo
re mulierum. Neq̄ ociū tale viciū solū p̄du
cit sed et multa alia. Ber. Ociositas est ma
ter nugarū. nouerca v̄tutū. Eccī. xxxiij. Mul
tā maliciā docuit ociositas. C Tercio
stulti sunt q̄ p̄ciosissimū thesaurū p̄dūt. hoc ē
tp̄us de quo dic̄ Ber. in meditatōib⁹. Oīs
siquidē res aliena est nobis. tp̄us tm̄ nr̄m est
hoc est nobis datū ad meritū. et est thesaur⁹
p̄ciosissimus sicut dicit Bern̄. Nihil p̄ciosi⁹
tp̄e. Propter quod dicit Crisost. sup̄ Math.
Nulli rei magis parcēdū est q̄ tp̄i. q̄ aurū ⁊
argentum si p̄dideris recup̄are poteris. tp̄us

do. lxx.

vero p̄teritū nunq̄. Sed iā hoc ociosi mīme
aduertūt, sicut cōqueritur beatus Bern̄. di
cens. Dies salutis transeūt sed nemo reco/
gitat. et ideo tales homines ociosi mortuis
cōpantur. Unde seneca in epl'a ad lucillū. O
cium sine lr̄atura mors est. et viui hoīs sepul
tura. sicut enim sepultus est sine omni fructu
et īmobilis sic talis. Quarto tales stulti sūt
quia omnes gratiā diuina se priuāt. Cassia.
Mens ociosi nihil cogitare nouit q̄ de escis
et de ventre. Unde s̄m Bern̄. ociosus deo
mortuus est et dyabolo viuit. Et gre. in. v.
mo. De quanto cor p̄ terrena desideria di/
latatur. de tāto ad susceptōnem gratie dei an
gustatur. Etiam tales qui sic ocio sunt inten/
ti et carnaliter viuūt nunq̄ habēt animū di
spositū qui p̄fecte ad deū p̄ desideriū sanctuz
eleuari possit. quod necessario requiritur ad
gratie susceptōem. sicut dicit Bern̄. Oportet
q̄ ignis desiderij p̄ueniat ad omnē animam
ad quā venturus est dn̄s p̄ gratiā. Quinto
et vltimo merito celestis p̄mij se priuant. qz
dicit Leo papa. nō ociantibꝫ nō torpentibus
sed laborātibus dat̄ merces. Et hec vltima ⁊
finalis causa laboris est merces eterna quaz
dn̄s laborātibus p̄mittit vbi sup̄ cū dicitur
in themate. voca oparios et redde illis mer/
cedem. Et hec fuerūt verba deuotōnibꝫ vr̄is
p̄posita. Satagite igit̄ charissimi ut dicit sā
ctus Petrus. i. petri. ij. Si bn̄faciētes patiē
ter sustinetis hec est gr̄a apud deū. in hoc em̄
vocati estis qz ⁊ xp̄s passus ē p̄ nobis vobis
relinquēs exemplū ⁊c. ut sic p̄ bonā opatōez
vocatōem vestrā faciatis p̄fectuosam et meri
toriā. Eccī. li. Opamini opus vr̄m añ tp̄us
et dabit vobis mercedem vr̄am in tp̄e suo.
et sic obtinebitis gratiā omnipotentis dei in
hoc seculo et in futuro efficiemini participes
eterne glorie. ad quam nos ⁊c.

De eadem dominica Sermo. lij

Voca operarios et redde illis mer/
cedem. Mathei. xx. ◀ D ▶ Nota
sup̄ verbo voca oparios. d. aliquis
quibus modis tn̄ vocat me. Rn̄det̄ quinq̄
modis et nuncijs. Primo mō seu prim⁹ nū
cius est omnis creatura que sibi seruit et obe
dit. Job. xij. Interroga iumēta et docebūt
te. et volatilia celi et indicabūt tibi. loquere
terre et rn̄debit tibi scz p̄ p̄ductōem florum
et fructuū. et narrabunt pisces maris. Aug.
Celū terra mare ⁊ omnia que in eis sunt deū
autorē suū p̄fitent̄ et docent ⁊c. Ber. Cun/
cta p̄spa et aduersa sūt ad amorē dei vrgen/
tia. Secundus nuncius est scriptura sacra q̄
vocādo nos nō tantū clamat sed et coartat.
Eccs. xij. Verba sapientū sicut stimuli. Eccī
xij. In nouissimo cognosces v̄ba mea. et in
sermonibꝫ meis stimuleris. Ro. xv. Quecū
q̄ scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sūt
Joh. v. Scrutamini scripturas qz vos puta
tis in ip̄is vitā eternā habere. ij. ad Thi. iij.
Omnis scriptura diuinitus inspirata est vti
lis ad docendū et arguendū. Tercius nūci⁹
est ratio p̄pria que nūq̄ in homine quiescit.
sed semp̄ bona suggerit. Vn̄ aristo. i. ethic.
Ratio semp̄ dep̄cat̄ ad optima. Propter qd̄
Bern̄. Inexcusabilis omnis hō qui nō di/
ligit dn̄m deū. intus ei innata est natura vt
totū se illi offerat a quo totū habet qd̄ existit
Quart⁹ nūcius est mūdana aduersitas. gre.
Mala que nos hic p̄mūt ad deū ire cōpellūt
p̄s. xv. Multiplicate sunt infirmitates eorū
postea accelerauerūt. Figurat̄ hoc in ezechia
de quo Isa. xxxviij. Quintus nūcius ē p̄mij
magnitudo quod satis declarat textus dicēs
Cū sero esset dixit dn̄s vinee p̄curatori suo
Voca oparios et redde illis mercedē. Ma/
thei. xx. In summa verborū tanguntur duo
Primo oparioꝝ vocatio general'. ibi. voca
oparios. scd̄o eorū app̄miatio liberalis. ibi.
et redde illis mercedē. De primo dic̄. voca
oparios nō ociosos nō torpētes. sed oparios
q̄ in vinea dn̄i opati sunt opa iusticie et v̄tu
tis. Sed d. cur deus gratis nō vult dare p̄
miū salutis cū ut sic esset magis liberalis. sed
vult q̄ debem⁹ coopari ut dicit apl's. i. Cor.
iij. Dei em̄ coadiutores sumus. Et aug. qui
te creauit sine te nō vult te saluare sine te. Il
lius rei aliquot cause posite sunt in p̄cedenti
sermōe seu rōes quas vide ibidē p̄ hac prīa
p̄te sermōis ◀ E ▶ Dixi secūdo tangit̄ eoꝝ
app̄miatio liberalis. ibi. et redde illis merce/
dē. Hec merces est denarius diurnus vita
eterna est illa merces. de qua Sap̄. x. Red/
det deus mercedē laborū suorum iustis. ⁊c.

Secūdus nūcius.

Tercius nūcius.

Quartus nūcius.

Nō merces duarū dumū est triplex cōditionis.

Vbi nota merces ista habet tres cōditōnes laudabiles. primo deseruīt faciliter. Secōo possidet pbēniter. Tercio psoluīt liberaliter ℣rō dico q deseruīt facilr. Mat. x. Qui cūq; dederit calicē aque frigide. nō dīc vini vel cernisie. nec aq̄ calide sed frigide q̄ facile est habendū. Subdit. amē dico vobis. nō pdet mercedē suā. Cñ aug. Nōne venale habes regnū celoz discipuli totū p eo dederūt q̄ habuerūt. zacheus medietatē bonoz suorum. vidua paupcula p duo era emit. Et dicit aug. supra ps. lxij. Si quid vis et nō potes deus factū cōputat. Et sic etiā solū volūtate bona compat. vbi facultas opis deficit. Nam dicit idē sup illud ps. cxi. In mādatis eius volet nimis. Sufficit volūtas si pficiē di mandatū desit facultas. Secōo possidet p benniter. Eccī. xviij. Merces dñi manet in eternū. Si quis habet pximē nō deficientez q̄tū ea diligeret. sed sic est de mercede eterna. Cñ Eccī. ij. Qui timetis dñm credite illi nō euacuabit merces vra. qz nō est trāsitoria sed sempiterna. Aug. O merces regnum q̄ sempiternū. cuius lux vitas. lex charitas cuius modus eternitas. hec ille. Tercio persoluīt liberalitez. Mat. v. Gaudete et exultate qm merces vra copiosa ē in celis. ps. ciij Replet in bonis desiderij tuū. sup q̄ dīc dominus. Replebit oēs sensus interiores et exteriores celestib delitijs. quilibz em sēsus suo gratissimo fruet obiecto sine oīi impedimēto. Nā fieri nō pt q hic intm delectaremur sicut in pria. Et hoc duplici de cā. Prima ex pte nī. qz sensuales potēie sunt debiles ita q excellēs sensibile corrūpit sensum. sicut claritas solis lune vel stellarū oculos. albedo em visū disgregat. Dicūt alīq mgri q in statu innocētie tāta fuit delectatio in visiōe vni? stelle sic nūc ē delectatio de visiōe solis vel ō sono vnius vocis. sicut de alicuius optime melodie. et hūc defectū p peccatū incurrimus. vt etiā nos aīalia irrōnalia in sensib excellunt. Unde nos aper audim pcellit. aranea tactū vultur odoratu. linx visu. simea gustu. Et iō nūc non possumus multū delectari. Secūda cā. qz nō habemus tā delectabilia obiecta in via sicut in pria manifeste de hoc patet p experientiā. Attū specificabo p singulos sensus q̄tum est possibile Visus duplex hz obiectū.

Primū obiectū est xp̄s sm naturā hūanitatis. Job. xix. In carne mea videbo deū. vī sicut ipe sm deitatē ē pfectissimus obiectum mentis. sic sm hūanitatē obiectū corporeis oculis. Job. x. Ingredier et egredier et pascua inuenies. de q̄ Aug. Duo sūt sensus in homine. interior et exterior. et vterq̄ horuz suū habet in quo reficit. interior in spūalē hūanitatē deitatis. exterior in spūalē hūanitatis. Propter q̄ dicit leo papa in li. de fide. Deus factus ē hō ut totū hominē beatificaret. Istud igit obiectū tā fulgidū et tā pcharū est q̄ omnis alia claritas solis lune et stellarū et omniū elemētoz est quasi calamo ardēs respectu totius vniuersi ardentis. Jō Bern. Plenū erit omni dulcedine videre hoiem et hois creatorē. Et nimirū q̄ omnes electi et angeli feruent in eū inspicere desiderāt. nec de eius aspectu vnq̄ sanari pōt. hec O bta visio videre xp̄m in seipo in nobis et nos in xp̄o felici iocūditate. ¶ Secūm obiectū visus est visio oīm electorū. Hec visio etiā valde delectabilis erit. nā quilibz electus erit pulchrior sole Mat. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol. Et ut dicit Isa. xxx. Sol erit septies pliciter clarior q̄ nūc est. ibi ergo videbimus beatā virginē petrū paulū Johānē. sanctam katherinā barbarā et horoz̄ cē. omnesq̄ alios electos. Et videbimus q̄tum quilibz in amore ardescit. et q̄tū glorificatus q̄libz existat. ibi quilibet intuebit pcem et matrez de quib plenā noticiā bēbit q̄ clari sint. et quēlibet aliū cū quo conversatus fuit. et facet q̄d fecit. Cñ sup illud Apo. xxi. Tanq̄ vitrū plucidū. dicit glo. Sicut in vitro videt q̄d quid est in eo. ita q̄dquid est seu existit in horibus hoīm videbit primo aspectu. De quo gre. in mora. Unusquisq̄ mentē ab alterius oculis mēbroz̄ corpulēta nō absconder. Et sic nō tm̄ ista corpa plucida videbūt. hz etiaz corda. et hoc magnā cōferet delectatiōem. hz d. exquo q̄libet videbit ibi pcem et matrē et filios tē. et cū ex natura plus cos hic diligat an ne talis inclinatio remanebit. ut pīquiores plus diliganē. Dic sili mō videmus hic vt vnus pl? ad vnū q̄ ad aliū inclinat. vtiā hec ibi remaneat affectio Ad hoc dubiū rñdet Isi. et dicit q̄ nō. qz in pria est pfecta cōformitas volūtatis diuine et nre. Et sicut

Nō visus hz duo obiectum.

diligũt illos qui deo ꝓpinquiores sunt. qz hmõi iclinatio fit tõe ꝓplexiõis q̃ oriẽ ex motu corpm. et talis motus tũc nõ remanebit. cessabit. ¶ ℞ Terciũ obiectũ visus ẽ claritas celorũ et elemẽtorꝫ q̃ post extremũ iudiciũ remanebũt et glificabunt. Erit tũc sic dicit mgr̃ i ſñĝs. et habeꝫ etiã Isa. xxx. lux lune sicut lux solis et sol septupliciter clarior Sia etiã elemẽta renouabunt ⁊ purgabunt ut in suo esse puriſſimo existãt et in se etiã claritatẽ ꝓpriã bẽbũt. Terra aũt ut dic̃ richar. in suo ꝓfundo illuminabit. dicit eñ. Si illud videret. ſz visiõe illa sunt indigni. Est eñ ſm ꝓmunẽ opinionẽ infernus in centro terre et distat a ſupficie terre tria milia et nouenta et quinquaginta miliaria. cuius g̃ ſupficies terre clara sit. illa tñ claritas nõ sic erit ad vsum btorũ in pria. Apoc. xxi. Ciuitas illa nõ eget sole neq; luna ſz agnus dei illuminabit illã. Et ysa. lx. Nõ erit amplius sol ad lucendũ p die nec ſplẽdor lune illũinabit. sed erit tibi dñs in lucẽ sempiternã. Sed d. qs erit tũc vsus lucis dicit mgr̃ in. iiij. di. xlviij ſeꝑm hoc ignorare. Sed ꝛñdet Richar. q ꝓzalis. sed erit in vsum vtilitatis ſpualis ad hñdũ delectatiõem in specie creature et ad ꝓclandũ deũ in lucis effectu. Et ꝓpter hãc cãm post extremũ iudiciũ lux erit vtilis. Sia menta tã pura et clara intueri ¶ ℑ Quartum obiectũ est q̃ videbũt dãnatos in inferno. et ibi gaudebũt de penarũ euasiõe et iuſticie dei executõe. ps. lvij. Letabit iustus cum viderit vindictã. Sed d. quõ letanr̃ de vindicta cũ omẽs pfecti sint in charitate nec possint hre odiũ i cordibꝫ suis. dicit mgr̃ in. iiij. di. l. q̃ nulla ꝓpassiõe mouẽr̃. et allegat gre. dicentẽ. Justoꝝ anie et si in bonitate nature iuſticie cõtra tãta recentidie ꝓstringunt ut nulla ad reprobos ꝓpassiõe moueãt. et sic videntẽ delectari de vindicta nõ quidẽ ex odio sed ex diuina iuſticia. et sic patẽt illa quattuor obiecta visus. Et nota vlterius q̃ iste sensus visus tres habebit nobilitates. Prima q̃ nulla indiſpoſitio ſmalis aut distãa obiecti eius actũ impedit. videt enim simul et semel sursũ et deorsum. Rõ eñ nobilitatis huius est. qz talis immutatio nõ sequr̃ legẽ nature ſz imperiũ volũtatis aĩe cui corpꝰ ad plenũ obedit. et qz etiã ibi deus agit supnaturaliter. Secũda nobilitas potẽtie visiue est q̃ plures actus sibi simul inesse pñt. ita q̃ simul videt btam vginẽ et xpm. alias seqrẽr̃ cũ faciem xpi inſpicerẽt q̃ manus nõ videret. Rõ huius est qz potẽtia ſolũ iutẽtionaliter immutat. Tercia potẽtia est q̃ nõ minus delectat ita videre imppetũ q̃z i primo i eis delectabat. rõ qz cũ corpale induit incorruptiõem tũc etiã induit immutabilitatẽ ¶ ℟ Nam sensus auditus etiã tria ꝓ ꝓſolatõe sua habebit obiecta. Primũ erit vox xpi ꝓcedẽs a diuino ore xpi Que quidẽ sicut in se delectabilior fit auribus dulcior. Sz d. qd eis loqr̃tur. Rñdeꝛ Clemẽte bñdicti ꝛc. ut dr Mat. xxv. Sed dicit Richar. q̃ hẽbit se xpus ad electos sicut angeli ſupiores ad inferiores. habent enim se angeli ſupiores ad inferiores sic dicit Dyo. de cele. gerarchia. c. iiij. ſm triplicẽ actũ purgãt illuminãt pficiũt. purgãt a nesciẽtia. qz faciũt eos id scire qd̃ prius ignorabãt. Et sic xpus. nã sicut hic in tpe nos de diuina veritate naturaliter et ꝑ miracla instruxit ita et amplius ꝓpalabit. Nam dixit ad discipulos Johã. xvi. Adhuc multa habeo vobis dicere sed nõ potestis portare mõ. Tũc ergo habiles erimus ita q̃ nobis archana diuine inſcrutabilia ꝓpalabit. q̃uis eñ angeli pꝰ pfirmatõem ſpualẽ dei essentiã viderũt tñ dei archana ꝓfunda funditus nõ intellexerunt. sicut dic̃ hiero. de facto incarnatõis plene hoc nõ cẽ intellectũ ab angelis vsq; pꝰ passionẽ xpi sicut ꝓbat p inquisitõez quã fecerũt mirores angeli in ascẽsiõe sic scribit Isa. lxiij Quis ẽ iste qui venit de edom ꝛc. ꝓps. Quis ẽ iste r. g. Et sic xpus nobiscũ de diuina sapia potẽtia et bonitate locutõem hẽbit et purgabit a nesciẽtia. Secundo christus in suo lumine lumen intellectus nostri cõfortabit. Tercio ꝓficiet. quia omnes potentie sine eo sunt imperfecte. Sic eñ primũ obiectũ erit vox q̃ summe desideratis fidelis anima clamat Cantico. ij. Oñde mihi faciẽ tã sonet vox t. tua auribus meis. vox eñ tua dulcis et facies tua decora Secm obiectũ auditus erit vox angelorum

h Nõ. Andreas. hz obiecta tria ꝓmissa

1°

2° nobilitas

3ª nobilitas.

2°

3°

2° obiectũ

.nõ. visus tres hz nobilitates.

damnū in ouili. sic sacra scriptura facit multa euitare crimina. de quo in cano. xxxviij. di. sicut. inquit. Sicut stellas celi ñ extinguit nox sic mentes fideliū firmamēto sacre scripture inherentes nō absorbet mūdana iniq̄tas. Jō Hiero. ad rusticū monachū. et habet̄ de ꝯse. di. v. in. c. nunq̄. Ama sciam scripturaꝝ ⁊ carnis vicia nō amabis. ꝓpter quod dicit Gre. sup Ezech. Omnes electi qui eternā patriā desiderant legere vel audire v̄ba vite debent quia dicit Hugo de archa noe. Sacra scriptura est liber vite et qui nō intrat ꝑ hoc ostiū i. ꝑ verū intellectū scripture quam ostiarius id ē. s. s. aꝑit ille fur est et latro. Nā dic̄ aug. Maior est sacre scripture auctoritas q̄ hūani ingenij ꝑspicuitas. ij. Petri. i. Nō volūtate humana allata est aliqñ ꝓphetia sed s. s. inspirati locuti sunt sancti dei. Joh. v. Scrutamini scripturas in quibꝰ putatis vos habere vitā eternā. Jdo subdit. Qui ascēdit aliūde scꝫ ꝑ suꝑbiam. ꝓpriū intellectū sectans. sicut iudei Mat. xv. Irritū fecistis mandatū dei ꝓpter traditōes vestras. tales sunt fures. quia rapiunt gloriā alienam. et latrones. qꝛ alios in animo occidūt ut fuit tꝑe pauli. ad gala. i. Sunt aliqui q̄ vos cōturbāt et volūt cōuertere euangeliū xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis p̄t̄q̄ q̄d euāgelizauimus vobis anathema sit. Jdeo deus ꝑmittit multos lupos. i. hereticos in ouili ecclesie ut refugium habeamus ad hoc ostiū. i. ad sacraꝫ scripturā. De quo habet̄ in cano. xxiiij. q. iij ideo. Jdeo diuina ꝓuidentia multos diuersi erroris hereticos esse ꝑmittit ut cū interrogāt nos ea que nescimus sic excutiamus pigritiā et diuinas scripturas cupiamus B

Scdm ouile est vita penitētialis vel vita virtuosa. hāc intrare debemus duobꝰ pedibꝰ scꝫ intellectu et affectu. intellectu v̄itatis ⁊ affectu bonitatis. ⁊ pedes. i. affectus dñt eē mūdi. Joh. xiij. Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet. Attñ introitus dꝫ fieri ꝑ ostium id ē ꝑ rectā intentōnem. qꝛ dicit alexāder papa. et habet̄. xv. q. vi. Si sacerdotibꝰ. Non sunt attēdenda que fiāt sed quo aīo fiant. nā ꝟm Gre. xxviij. mo. Qui rectā ītētōeꝫ in ope nō tenet totū opus amittit. Sed ostiarius. i. s. s. debet aꝑire hoc ostiū. i. rectā et verā intētionem. vñ p̄s. Spūs tuus bonus deducet me in viā rectam. ⁊ q̄ aliūde ascēdit. i. ꝑuersā intentōem habet. fur est et latro. qꝛ dicit ber. Jntentio viciosa viciosam facit animā. C

Terciū ouile est bñficiū ecc̄iasticū. ut ecc̄ia canonia et altare vel cōsil̄e. et quicūq̄ nō intrat ꝑ ostium. i. ꝑ xp̄um hic fur est et latro. Nā fures multipliciter intrāt in domū ut furentur. Primo effodiūt domū. Sic et sp̄ūales aliq̄ ut intrēt p̄laturā ecc̄ie effodiūt mentē collatoris ꝑ munera sicut Symon magus Act. viij voluit emere gr̄am. s. s. et obtulit pecuniā discipulis. cui petrus. Pecunia tua tecū sit in ꝑditionē. Sic tales ꝑdunt aīas eorū et dicūtur symoniaci. i. q. i. p̄i biter. et sunt v̄ba gre. in registro. Pres biter si ecc̄iaꝫ ꝑ pecuniā obtinuerit nō solū ecc̄ia priuet̄ sed etiā sacerdotij honore spolie t̄. qꝛ altare et decimas ⁊ sp̄m sanctū vendere vel emere symoniacā heresim esse nullus fideliū ignorat. Damasce. papa. Symoniaca heres excedit omnia crimīa. nā xp̄us docuit nos fugere talia peccata. Mat. x. Gratis accepistis gratis date. Si hēs collationē bñficij a deo da pure ꝓpter deum.

D Scdo fur volens intrare domū a latere eruit postes. et sunt illi dicētes se collaterales et amicos. De illis p̄s. Dixerūt hereditate possideamus sanctuariū dei. Figurat̄ Johā. xviij. Victus fuit petrus ꝑ ancillam. i. ꝑ amiciciā carnalē q̄ negauit xp̄m. sic tales qui ꝓpt̄ amiciciā indigno cōferūt bñficia. De talibus dixit ille. plātauerūt ecc̄iaꝫ sanguīe suo Et Michee. iij. Ve qui edificatis syon in sanguinibus. E Tercio fur intrat domum desuper irruēs. et sunt qui ꝑ potentiā intrant in aliquā dignitatē sp̄ūalem. ut pꝫ. iiij. Reg. xv. et. ij. para. xxvi. de ozia. qui in potētia sua cepit thuribulū exercēs officiū sacerdotale. et fuit percussus lepra. Sil̄r numeri. xvi. Dathan et abyron potēter voluerūt sibi vsurpare sp̄ūalē dignitatē. ꝓpter q̄d terra d̄glutiuit eos. O quot sūt hodie tales nō ꝑ ostiū. i. xp̄ꝫ intrātes. ergo om̄es tales dicunt̄ fures. Volens igit̄ esse verus pastor debet intrare ꝑ ostium. i. xp̄m. Unde ep̄i scribunt. Johānes dei gratia ep̄s. Sed multi iā deberēt scribere. nr̄e potentie vel amicoꝝ vel pecunie gratia. Cum dicit apl̄us Hebre. v. Nemo assumat sibi honorē nisi qui vocatur a deo tanq̄ aaron. ideo reprobāt̄ Osee. viij. Jp̄i regnāt et ñ ꝯgniti

id ē nō approbati. De quibus etiā Osee. viij
Ipi regnauerūt et nō ex me principes extite-
rūt et nō cognoui. et ergo tales dicūt fures
qz nō ꝑ ostium. i. xp̄m intrāt. nec sicut xp̄s in
trauit in hūc mundū. F Nam sicut osti
um vtitur in duobus cardinibꝫ. sic xp̄s dua-
bus de causis intrauit in ouile eccie. s. rōe in
structōis. Joh. xix. In hoc veni in mundum
ut testimoniū ꝑhibeā vitati. Sed dicit Leo
papa. ⁊ habet. i. q. i. in. c. gratia. Symoniaci
nō hn̄t spm̄ veritatis sed mendacij. Secūdo
xp̄us intrauit rōe dilectōnis. Hiere. xxxi. In
charitate ꝑpetua dilexi te. sic dignitas spūal'
suscipi deberet ꝓpter docere viā veritatis et ā
plecti viā charitatis ꝓ salute aliorū. vn̄ bern̄.
Xp̄us nō gratis totiēs resumpsit. petre amas
me. sed ad docēdū dilectiōem quā p̄lati de-
berent habere ad oues. Unde aug. ad orosiū
Sciat se nō esse pastorē qui desiderat p̄esse ⁊
nō ꝓdesse. Nam dicit apl'us. i. Thimo. iij. q̄
ep̄atum desiderat bonū opus desiderat. i. qui
laborē ep̄i desiderat ꝓpter aīarū charitatē. il-
le intrat ꝑ ostiū. i. xp̄m. et dicit pastor ouium
et huic ostiarius apit. i. spūssanctus hūc docz
ut possit p̄esse. Joh. xvi. Docebit vos om̄ez
veritatē. et oues vocē eius audiunt. qz bruta
aīalia suos bn̄factores cognoscūt. Isa. i. Co
gnouit bos possessorē suū. mlto magis hoīes
videntes p̄latum qui q̄rit salutē animarū et
diligunt et audiūt vocē eius G Et sub-
dit. triplex est officiū pastoris. Primū ē va
care scz a cōsortio malorū ad vnitatem fidei
et sancte matris eccie. nā qui extra hāc vnita
tē sunt a spū dei nō vegetant. ut dicit Cypri
anus. et habet. xxiiij. q. i. loquit. extra vnita
tē ecclesie spūssanctus nō accipit. Jō Aug⁹.
sup Johā. Nihil sic debet formidare xp̄ian⁹
q̄z separi a corpe xp̄i. i. ab vnitate fidei. Nam
si separatur a corpe nō est membrū eius. et si n̄
est membrū eius nō vegetat a spū eius. Jdo
dicit in textu. ꝓprias oues vocat nominatim
i. distincte eas cognoscit. ꝓuer. xxvij. Dili-
gēter agnosce vultum pecoris tui. Nā si hoc
facis de bruto aīali. multo magis de hoīe pro
quo deus fudit sanguinē. et ꝓ cuius aīa debes
reddere rōem. qz scribit Ezechiel. iij. Sang
uinē eius de manu tua requiram. iij. Reg. xx.
Custodi virū istū q̄ si lapsus fu. erit aīa t. ꝓ a.
eius. ꝓpter qd apl'us. Hebre. xiij. Obedite
p̄positis vr̄is. qz ip̄i ꝑuigilant quasi rōez red
dituri ꝓ aīabus vr̄is. Scdm officiū pastoris
est educere. De quo in textu. et educit eas. s.
ad pascendū et instruēdū viā veritatis. i. pe.
v. Pascite qui in vobis est gregē dei. Dic
nanq̄z gre. in registro. et habet. viij. q. i. In
scripturis. Si is qui valet om̄ipotētis dei o-
ues rēnuit pascere on̄dit se pastorē summum
mīme amare. Terciū officiū pastoris ē oues
suas antecedere. s. in exēplo sanctitatis sicut
p̄cedit in officio dignitatis. De quo subdit i
textu. et cū ꝓprias oues emiserit an̄ eas vadit
scz ꝑ bona exēpla. et implēdo ea que docet. n̄
em̄ sufficit ouibꝫ bona dicere sed requirit ⁊ fa
cere. qz dicit Aug⁹. Bene docere et male vi
uere est seip̄m cōdemnare. Ideo dicit Nico
laus papa. vij. q. i. Sciscitaris. debent pasto
res ducatū p̄bere gregibꝫ tāq̄z arietes ouibꝫ
et ut oues sequant ꝑ illā viā quaz pastor am
bulat. Unde Gre. Cū pastor ꝑ abrupta gra
ditur necesse est ut grex ad p̄cipiciū sequatur
H Quartū ouile est regnū celorū. Joh.
x. Erit vnū ouile et vnus pastor ibi ingrediē
tur et egrediēt ⁊ pascua inuenient. ingrediē
tur ad diuinitatē. et egredient ad humanita
tem. Sed ostiū est xp̄s. De quo dicit in tex
tu. ego sū ostiū Hoc figurat in Leuitico. vbi
dicit. ad ostiū tabernaculi fiebat omnis obla
tio. et sic omnis oblatio in ecclesia fit ꝑ xp̄m.
Si placare cupimus p̄rem quē horrēdis pec
catis offendimus nūq̄z aliter q̄z in xp̄o placa
tur omp̄s deus. nec pōt fieri ingressus in reg
nū celi sine eo. De quo aug⁹. de ciuitate dei.
et habet. xxvi. q. ij. Qui sine. Qui sine sal-
uatore salutē vult habere. nō sanus sed eger
est. nō prudens sed stultus est. Sed oꝑtz ut
ostiarius. i. spūssanctus apiat hoc ostium. i. in
struat nos de vera fide xp̄iana. ut habet de ꝯ
se. di. iiij. c. gratia. Fides nō est tm̄ liberi arbi
trij. sz donū. s. s. Ideo dixit xp̄us Joh. xvi.
Ille me clarificabit. i. clare vobis de me fidē
manifestabit.

De animabus Ser mo cētesimus secūdus

Erat homo ex phariseis Nicode
mus nomine. scribit Johā. iij. ⁊
lectum est hodie ꝓ officio euāge

licali ¶ In verbis p̃missis duo innuũ
tur. Primo cõditio hũane fragilitatis. Se
cundo dispositio quotidiane mortalitatis. pri
mũ ibi. erat hõ. scõm ibi. ex phariseis. De p
mo dicit. erat hõ. ecce cõditio humane fragi
litatis. Hã homo fm Isido. dicit ab humo.
fm illud Geñ. i. Formauit deus hoiem de li
mo terre. Ideo Job. vij. Quid est hõ qz ma
gnificas eũ. Ñdet p̃s. cxliij. Hõ vanitati si
milis factus est dies ei⁹. ꝛc. Sed iã pauci sũt
qui hoc ꝓpendũt. ut sunt amatores mundi et
carnis. De quib⁹ Gre. in mo. Carnales mẽ
tes quia p̃ntia diligũt ideo vitã carnis fugiũ
tam minime ꝓpendũt. Si esset velocitatẽ trã
situs ei⁹ aspicerẽt hanc mũme amarent. Qua
ꝓpter dicit Crisi. Quid plus bz ista vita q̃z
somniũ in nocte. De quo Isaie. xxix. Sicut
somniat esuriẽs et comedit. q̃n aũt fuerit exp
gefactus vacua est aĩa eius. Et sicut somniat
sitiẽs et bibit. et postq̃z fuerit exꝓgefactus laſ
sus adhuc sitit. sic est delectatio mũdi apparẽs
et nõ existẽs et modicũ durãs in vita p̃senti.
Unde Hab. v. Tanq̃z nauis que ptrãsit flu
ctuantem aquã cuius cũ ptransierit nõ est inue
nire vestigiũ. sic est in p̃nti ꝓditio hominũ. vñ
Gre. Is qui nauigat siue stet siue sedeat dor
miat aut vigilet tũc in naui cõtinuo tñ vadit.
sic et nos siue volẽtes siue nolẽtes ad finẽ du
cimur. eo q̃ fm Aug. vita nra nihil aliud est
nisi cursus ad mortẽ. ꝓpter qđ deberz fore ad
illã secure et hilariter excipiendã dispositio q̃
dam. Hã dicit Sen. Ventura mortẽ nemo
hilaris accipit nisi qui ad illã se dispositerit si
ue ꝓparauerit. Jõ scribit. iiij. Reg. xx. Dre
cipe domui tue morieris. Ecce illa est cõditio
humane fragilitatis q̃ hõ nascit ut moriatur
ad hebre. ix. Statutum est omnib⁹ hominibus
semel mori ℟ Dixi scdo subiũgit dis
positio quotidiane mortalitatis. Hã d. aug.
Homo est in p̃nti vita tanq̃z in domo aliena
cũ non habemus hic manentẽ ciuitatẽ. ad he
bre. xiij. ꝓpter qđ requirit bona dispositio ad
mortẽ que cõtinet in p̃nti euãgelio. Primuz
qđ disponit hoiem ad mortẽ est ꝓgnitio ꝓprie
ꝓditõis. et tangit ibi. erat homo. Hõ enim ẽ
creatura rõnalis. et ergo primũ est q̃ debent
cognoscere q̃ reddẽt rõem de omnib⁹ cogitati
onibus verbis et op̃ib⁹. ut habet. xv. q. i. in
ea. firmissime. §. et eo. vbi dicit. homines qz
rõnales sunt de se et de omnibus rõez reddi
ti sunt et ꝓ suoz̃ actũ qualitate recipiẽt aut
gloriã aut pnã. eo q̃ dicit Gre. Ventur⁹ iu
dex ab vno quoq̃z nõm exigit ꝓ iusticiã et veri
tatem qđ dedit ꝓ misericordiã et bonitatem.
Ideo gre. in omelia. De tanto hũilior ad ꝑ
uiendũ et ꝓmptior quisq̃z debet esse q̃to obli
gatõrem se ꝓspicit in reddẽda rõe. Sed vide
si es rõnalis dispensator tunc facies tuã cõpu
tationẽ sine dilatõe. Nam dicit Bern. Com
putatio dilata facit obliuisci multa. computa
igit̃ q̃ multa tibi dñs cõmlit De quo Aug.
Dedit tibi celũ cũ fidelibus. aerẽ cũ volucri
bus. aquã cũ piscib⁹. terrã cũ graminib⁹. to
tum mundũ cũ cõtentis omnib⁹. Si igitur es
homo et rõnalis creatura memẽto rõis ut fm
illã agas et teꝑm primũ cognoscas. qz dicit
Bern. Scio neminẽ posse saluari sine sui co
gnitõe. cognosce igit̃ te mortalem. Eccli. vij.
Memorare nouissima et in eternũ nõ ꝓccabis.
Et nõ solũ mortalẽ. sed etiã de oĩb⁹ op̃i
bus te reddituꝝ ratõnem. Eccs. vlti. Cun
cta que fiũt adducet dñs ad iudiciũ. Hã dic
aug. de ciuita. dei li. i. Hõ multũ est q̃ moria
mur sed quo ire cogamur hoc meditare. aug.
li. ome. dicit. Angustie sunt mihi vndiq̃z. in
carne manere nõ valeo. carnẽ exire formido
iudex ante ianuã assistit hũc timeo videbo eũ
cuius mãdata cõtempsi. inspiratões neglexi.
sponsum vereor qz fornicata sum cũ alienis a
matoribus. quid igit̃ faciã cũ ad iudicãdum
surrexerit dñs. Nam dicit Heb. ij. Si enim
oĩs ꝓuaricatio et inobedientia iustam accepit
mercedis retributõem. quõ nos effugiemus
si tantã neglexerimus salutẽ. Hoc cognoscẽs
Bern. in meditatõib⁹ dicit. Tũc p̃nitebor añ
districtũ iudicẽ de omnib⁹ redditurus rõnez.
tũc dimisso capite male cõscie in iudicio sta
bo et dicet̃ mihi. Ecce hõ et op̃a ei⁹. ¶ Scõm quod requirit̃ est segregatio p̃ue co
gitatõis siue ꝓgregatõis. qz ex phariseis s. ab
ijt ad xp̃m. hoc docet vetus et nouũ testamen
tum. vetus. Isa. lij. Recedite immundũ noli
te tangere. Exemplũ ecci. xiij. Qui tetigerit
picẽ inquinabit̃ ab ea. puer. xiij. Qui cũ sa
pientibus gradit̃ sapiẽs erit. p̃s. xvij. Cum
sancto sanctus eris ꝛc. Seneca. Cũ illis con
uersare qui te meliorẽ possunt facere. Jõ. i.
Corin. v. Nũc aũt scripsi vobis nõ ꝓmiscere

Si is qui frater nomiat̃ interuos est fornica/
tor aut auarus aut ydolis seruiẽs ⁊c. cũ hmõi
neq; cibũ sumere. Ecce q̃ seriose iubet mini
stros xp̃i separi a malis. et tangit̃ ibi. ex pha
riseis. Nam phares dicit̃ diuisio et nõ soluz
a societate praua debet esse diuisio sed etiã ab
om̃i cõcupiscẽtia. p̃s. xcvi. Qui diligitis do/
minũ odite malũ. i. omnẽ tp̃alẽ amorẽ et car/
nalem. Gre. Qui adhuc p̃ illicita desideria
defluit ꝓfecto deũ nõ amat. Mat. x. Qui a/
mat p̃rem aut matrẽ plus q̃ me nõ est me di/
gnus. Ideo ad hebre. xij. Deponẽtes omne
pondus et circũstans nos peccatũ . M .
Terciũ qd̃ requirit̃ est fuga auaricie. et tãgit̃
ibi. nicodemus. quod interp̃tat̃ effluxio ter/
restreitatis. i. Petri. v. Omnẽ solicitudinez
vr̃am ꝓijcientes in eũ. nã dyabolus tũc tẽp
tat. Seneca. Cũ om̃e viciũ senescit auaricia
iuuenescit. Ecc̃i. viij. Multos ꝑdidit auruz
et argentuz. Quartũ est viua spes inscripti/
onis scz in libro vite. cũ dicit̃ nomĩe p̃s. lxi.
Sperate in dño et effundite corã illo corda
vr̃a. Ro. v. Spes nõ cõfundit. Idẽ. spe sal/
ui facti sumus. nõ ex meritis. Berñ. Nõ em̃
sunt talia merita ꝑ que dat̃ vita eterna. Ro.
viij. Nõ sunt condigne passiones ⁊c. Berñ.
Hoc totũ est meritũ hoĩs ut spem suã in deuz
ponat. bona tua deo tribue. mala tibi. p̃s. xxx
vi. Spera in dño et fac bonitatẽ. Ecc̃i. ij. q̃s
sp̃auit in dño et derelictus est. certe nullus.
Ideo Leo papa de pe. di. vij. Nemo desp̃an
dus est dũ in hoc corp̃e cõstitutus est. Ber.
Maior est dei misericordia q̃ q̃uis nr̃a mise/
ria. Heb. x. Habentes fiduciã in introitu sã
ctorũ in sanguine xp̃i qui initiauit nobis viã
nouã. Quintũ est attẽtio dignificatõnis. ibi
princeps rõe liberi arbitrij et dignitatis. ber.
Memẽto homo q̃ te fecit deus ut eũ timeas
De quo qz de terra vt nõ sup̃bias. qualẽ. qz
ad suã imaginẽ ut eũ diligas. ad quid. ad de/
bitum finẽ ut eternã gloriã teneas. Ecce dig
nitas ut oĩa ꝓpter hoĩem ip̃e ꝟo homo ꝓpter
deũ. Mgr̃ in. ij. di. i. Rõnalis creatura facta
est ut summũ bonũ intelligeret intelligendo
amaret. amãdo possideret. possidẽdo frueret̃
Sed qz homo rõez habet. ideo rõ queret̃ ab
eo. . N . Sextum ẽ plenitudo ꝯfessionis
Isaie. xliij. Narra si q̃d habes ut iustificeris.
Mgr̃ in. iiij. di. xvi. Quilibet cõsideret qua
litatẽ et q̃ntitatẽ crimis. Aug. Scio dñm oĩ
criminoso inimicuz. et innuit̃ ibi. iudeorũ. i.
ꝯfitentiũ. Et intelligit̃ de cõfessione fidei in
corde et ore. Mat. x. Qui me cõfessus fuerit
corã hoĩbus ⁊c. qz dyabolus valde tẽptat de
fide. qz est radix bonorũ op̃m. nã sicut fructus
ꝓcedit ex radice sic opus ex fide. Ro. v. Iu/
stus ex fide viuit. Richar. de sanc. victo. vbi
nõ est fides nõ est spes neq; caritas. quõ em̃
habeam charitatẽ in eũ in quẽ nõ spero. Se
ptimũ accessus. et tangit̃ ibi. venit ad hiesuz.
Aug. Per opatõnem virtutũ accedimus ad
ihm̃ nõ pedibus corp̃is sed mẽtis. p̃s. xxxiij.
Accedite ad eũ et illuminami. Aug. Est eniz
charitas forma virtutũ. Dyonisi⁹. Charitas
est ignis trãsformãs amantẽ in amatũ. aug⁹.
Ubi charitas desit cetera non ꝓsunt. . O
Octauũ est attributio donatõis ut oĩa bona
naturalia tp̃alia et sp̃ũalia deo asscribas et ni/
hil tibi. Iuxta illud Isido. Nil de te p̃sumas
nil tibi asscribas sed totũ deo. et tãgit̃ ibi. ne/
mo p̃t hec signa ⁊c. Ideo aug. In omnibus
da illi charitatẽ tibi hũilitatẽ. qz nõ sunt talia
merita ꝓpter que dat̃ vita eterna nisi ex dei
gr̃a. Idcirco hõ moriẽs deberet hr̃e in medi/
tatõe dñicam passionẽ virtute cui⁹ om̃es sal/
uant̃ qui sunt de numero saluandorũ. Cris.
Om̃is salus nr̃a in passione xp̃i est posita. Et
aug. Si passio dñi abesset nemo ad deũ spez
habere posset. quas cõditões p̃paratõnis ad
mortẽ ñ habuerũt quorũ hodie fit memoria.
idcirco petũt a nobis suffragia ad que nos te
nemur. eo q̃ dicit Eusebius. Qui defunctis
cõsolationẽ negat ip̃e ꝓfecto a cõsolatõe alie
nus erit. Ideo Guido in sermõe. Clamãt su
ꝑ nos anime in purgatorio iõ q̃ de eis nõ fit
mentio in hoc seculo. nã sancta et salubris ẽ
cogitatio ꝓ defunctis exorare ut a pctis soluã
tur. ij. macha. xij. et tandẽ a penis ad vitã per
ducant̃ eternã. Ad quã ⁊c.

De sancta trinitate.

Sermo ciij

Firmiter credimus et simpliciter
cõfitemur q̃ vnus solus est ver⁹
deus eternus immẽsus et incom
mutabilis incõp̃hensibilis om̃ipo
tẽs et ineffabilis pater et filius et sp̃ũsctũs.

de fide Summe

Ita scribit Innocẽcius tercius. et habetur de summa trinitate et fide catholica .et applicatur p themate festiuitatis hodierne. ¶ Primo quo sciendũ dicit Wilhelmus. Ex quo homo ab aliquo est etiã sub aliquo et ad aliquid est super aliqua. necesse habet illum cognoscere a quo est. ne sit tanto beneficõ ingratus et p consequẽs ceteris beneficijs indignus. Secũ. Ingratitudo est ventus vrens et siccans fontẽ pietatis rorem misericordie et fluenta gratie. Secundo necesse habet cognoscere sub quo est. ne sit inutilis seruus. et p cõsequens ira dei et pena dignus. Prouer. xii. Acceptus est regi minister intelligẽs iracũdiam eius inutilis sustinebit. Mathei. xxv. Inutilem seruum ejicite in tenebras exteriores ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Ideo necesse habet cognoscere eius maiestatez ut sciat eum glorificare. maiestas aũt eius exprimitur p hoc aduerbiũ summe. summe potẽs sũme bonus. summe sapiens. Etiã necesse est cognoscere que sit eius voluntas .ut sciat et adimplere beneplacitũ seruire. Et misericordiam ei⁹ et iusticiã in seruos suos exhibendã. iusticiam in offendentes. misericordiã in debito modo seruientes. Tercio necesse habet cognoscere ad quid ẽ. sine hac enim cognitõne erit homo in mari huius seculi quasi sopitus gubernator amisso clauo. Proverbiorũ. xxiij. Nescit enim dirigere se qui ignorat quo debeat tẽdere in exilio huius mũdi. Grego. Qui patrie natiuitatẽm pro patria appetit inter dolores deserere nescit. Item in itinere presentis vite fatigabitur. et quiete finis frustrabitur. Augu. Fecisti nos ad te inquietum est cor nostrũ donec requiescat in te. Quarto habz cognoscere a quo tenet ea supra que positus est ne sit infidelis seruus in bis in quibus solũ ministeriũ habet sibi vsurpans dominiuz. et ita qui p fidelitate fore remunerandus p infidelitate sit puniendus. Math. xxv. Euge serue bone et fidelis qz in pauca fuisti fidelis supra in gaudiũ dñi tui. Ecõuerso Luce. xvi. Si in alieno fideles nõ fuistis quod vestrũ ẽ quis dabit vobis. Unde alienũ est bonũ trã situm nostrũ aũt eternũ. Serũ. Terrenum est bonum tuum nec vere nec vestre sunt. si vestre sunt tollite eas vobiscũ. Et psal. xlviij. Homo cũ interierit nõ sumet omnia nec descẽdet cum eo gloria eius. Crisso. Dispensatores sumus nõ dñi diuitiarũ. prima Corinth. iiij. Queritur inter dispẽsatores ut fidelis quis inueniatur. Sed quemẽtissimus modus cognoscẽdi dictus est p fidem. Johã. i. Deum nemo vidit vnqz vnigenitus filius qui est in sinu patris ipe enarrauit. Hylarius. Soli deo de se credendũ est nec mirandũ est si oportet habere cognitõnem per fidẽ de patre inuisibili a quo sumus. Cum enim de parẽntibus carnalibus aliter cognitio haberi nõ possit ut ostendit Gregorius libro. iiij. dyalogorũ. Audacter dico q sine fide nec infidelis viuit. Si enim ostendere infidelẽ voluero et pscrutari quem patrem vel quã matrẽ habuit respõdit protinus illũ vel illam. quem si requirã vtrũ nouerit quando cõceptus sit. vel viderit quã do natus fuit fatet se non vidisse. ⁊ tamẽ que ñ vidit credit. Idẽ si de suo ipo visibili corpore credunt que nõ viderunt. cur inuisibilia non credunt que corporaliter videri nõ possunt Ideo dicit. firmiter credimus. ¶ Et nota modus iste cognoscẽdi per fidez habet tres dignitates. Primo quia est deo gloriosus. quia gloriosum est principi si simplici verbo eius credatur absqz cautione pignoris vel iuramento vel fideiussoribus. et ignominiosum est ei atqz molestũ si eius verbo simplici non credatur cum etiam cuilibet viro note bonitatis molestũ est. si eius verbo simplici nõ credatur. quanto magis regi glorie qui nec falli nec fallere potest displicet si non credatur verbis suis sine cautõne et sine rõe quam querũt gentiles et signis que queruut iudei. prima Corinthi .i. Judei signum petunt et greci sapientiã querunt. nos autem pdicamus christum crucifixum. iudeis quidẽ scandalum .gentibus autem stulticiam. ipsis autem vocatis iudeis atqz grecis christũ dei virtutem et dei sapientiã. Mathei. xij. Generatio praua et adultera signum querit ẽ. Et Mathei. xvij. O generatio incredula et peruersa vsqz quo ero vobiscum. vsqz quo patiar vos. Nam ypocras et pitagoras induxerunt banc legem in discipulis suis .ut non esset qui in sentẽtijs suis interrogaret ,pter quid sed eis pro ratõe dicẽtis auctoritatis sufficiceret. qto magis auctoritas diuina pro ratione bñda est. Secõ quia est meritoria cũ scz

q ajodus cognoscendi ys ⁊ fidei tres hz dignitates primo.

2°

homo assentit deo in his que non sunt sensui manifesta. nec p se nota intellectui Illa assensio est libera ideo meritoria. Grego. Fides n̄ habet meritū vbi hūana ratio p̄bet exp̄imentum. Tercio iste modus cognoscēdi est laude dignus. vt patet de abraham. Roma. iiij. Qui contra spem in spem credidit. Glosa. ꝯtra spem nature in spem gratie ut vetulus ex vetula sterili generaret. Gene. xv. Credidit abrahā deo et reputatū est illi ad iusticiā. Similiter beata virgo beatificat̄. Luce. i. Beata que credidisti ꝛc. Augus. in li. de virginitate Beatior fuit maria in p̄cipiēdo fidem xp̄i q̄ꝫ cōcipiendo carnē. Ecōuer so moyses et aarō puniūtur de incredulitate Numeri. xx. Quia nō credidistis mihi ut sanctificaretis me corā filijs israel nō introducetis hos ꝓplos in terrā quam dabo eis. Et zacharias similiter punit̄ Luce. i. vbi ait angelus. Ecce eris tacēs ꝛ nō poteris loqui vsqꝫ in diē quo hec fiant. ꝓ eo q̄ nō credidisti verbis meis que implebuut̄ in tp̄e suo. Ecc̄i. xvi. In gēte incredibili exardescet ira. Et apoca. xxi. Timidis et incredulis ꝛc. pars illorū erit in stagno ardenti igne et sulphure. R. Ideo firmiter credimus primo. qꝛ fides deo placet. Ecc̄i. i. Beneplactū est deo fides et mā suetudo. ita q̄ sine fide nihil placet ei. Hebre. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Ideo om̄s infideles sunt filij ire. p̄ria Joh. iij. Qui incredulus est filio nō videbit vitā eternā sed ira dei manet sup̄ eum Aug⁹. Sine fide falsa ē om̄is virtus. Item fides initiat matrimoniū inter deū et animā. Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide. fides em̄ est velut anulus argenteus positus in digito sponse. nā anulus nō debet excidere nec excidi. et sic fides. qꝛ nō debem⁹ d̄o attribuere quod nō sit eius. nec negare quod ip̄ius sit. In argēto intellige q̄ fides ex puritate sincere ꝯfessionis dꝫ resonare. qꝛ argētū candidū est et resonat. ideo dicit simpliciter cōfitemur. scꝫ ore. Roma. x. Ore cōfessio fit ad salutē Ideo Johā. xx. Beati qui nō viderunt et crediderunt. et sic placet deo. Secūdo fides displicet diabolo. quia ip̄a ei cultum et honorē quem in mūdo habuit abstulit. quia expulit diabolū ab hominibus quantum ad animas et quantū ad corp̄a. Actuum x. Fide purificās corda eorū. Marci vltimo

Signa autē eos qui crediderit. hec sequent̄ In nomine meo eyciēt ꝛc. Hec est que diabolo resistit. i. Petri. v. Cui resistite fortes in fide. Ip̄a est scutum ignea tela inimici extinguens. Ephe. vi. In omnibus sumētes scutum fidei in quo possitis omnia ꝛc. S. Item fides est lucerna p̄ quam in nocte p̄sentis vite ambulat̄. ij. Corinth. v. Per fidem enim ambulamus et nō p̄ sp̄em. Augustinus Ambulemus p̄ fidem et p̄ueniemus ad sp̄em August. in l. de fide ad petrū. Si quis non ambulauerit p̄ fidem nō p̄ueniet ad speciem. Item fides facit hominē filium dei. ad Galatas. iij. Omnes filij dei estis per fidē. et Johannis. i. Dedit eis potestatē filios dei fieri his qui credunt in noīe eius. i. Johā. v. Omnis qui credit q̄ ihūs est xp̄us ex deo natus est. August. de fide ad petrū. Sine fide nemo potest ad numerū filiorū dei pertingere. Augus. de verbis dn̄i. Ambula per fidez sic peruenies ad speciē. Item fides est stella matutina per eā oritur dies gratie. quia est initiū vite spiritualis. Epheseorū. iij. Per fidem habitat xp̄us in cordibus vestris. Itē Vilhelmus. Fides est radix omniū bonorū. ipsa est causa dilectōnis. August. Nihil perfecte diligit̄ quod nō per fidem cognoscitur. sed fides p̄ dilectōnem est causa operū. Unde ip̄a est prima pars vite gratie et causa totius residue vite. Ideo bene dicit̄ ad Roma. i. ꝛ ad hebre. x. Justus ex fide viuit. Grego. Quātum credis tantum speras. quantū speras tātum amas. August. super Johannē. Sicut in radice arboris nulla apparet species pulchritudinis. tamē quidquid est in arbore pulchritudinis et decoris ex illa procedit. sic ex fidei humilitate quidquid meriti. Ideo Grego. Sicut rami sine radice arescunt. ita quelibet bona licet videant̄ bona nulla sunt si a fidei soliditate disiūgantur. Et August. de fide ad Petrū. Sine fide omnis labor vacuus est. T. Sed diceres de cornelio Actuū. x. Respondet Gregori⁹ sup̄ ezechi. omelia. ix. Cornelius fecit opera bona ex fide recipienda Ideo ab angelo audiuit. Oratōes tue et elemosine ascenderunt in memoriā in conspectu dei. Augustinus de fide ad petrum. Firmiter tene et non dubites omnes paganos et iudeos. omnes hereticos et scismaticos

qui extra ecclesiā catholicā pñtem finiūt vitā in ignē ituros qui p̄paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Sed diceres de paganis quib⁹ ñ est p̄dicādum nec p̄dicatū. Respondet apostolus Roma. x. Nunquid non audierūt et q̄dē in oēz terrā exiuit son⁹ eoꝝ. ⁊ subdit. ysa. dic. Inuētus sū a nō querētibus me palā apparui his qui me nō interrogabāt. i. gentilib⁹ Ad israel aūt dicit. Tota die expādi manus meas ad ꝓplm nō credentē sz ꝯdicentē mihi. Et aug. Nulli vnq̄ defuit q̄ dignus fuit vel ꝑ p̄dicatōem vel ꝑ inspiratōem. dicit em̄ sanct⁹ tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. Multis gentilib⁹ fuit facta reuelatio de xp̄o ut patz ꝑ ea que p̄dicauerūt. Nam Job. xix. Scio q̄ redēptor me⁹ viuit. Sibilla etiā ꝓnūciauit de xp̄o ut aug. dicit. ⁊ omnes qui saluati sunt ꝑ fidē sunt saluati mediatoris. Itē dicit. Firmiter credimus. Bern̄. de ꝯsilio. v. Fides ambiguū nō habz aut si habet fides nō est sz opinio. Ideo de here. dubius in fide infidelis est. et sanctho. ij. ij. q. i. arti. iij. Fidei ecclesie nō p̄t subesse falsum. Ideo ad Gala. i. Sed licet nos aut angelus de celo euāgelizet vobis p̄t̄q̄ q̄d euāgelizauimus vobis anathema sit. Ideo subdit. Et simpliciter cōfitem̄. s. sine om̄i ambiguitate. q̄r nō licet ꝓfunde scrutari de trinitate. Eccī. iij. Altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris. Nā om̄i operū dei nullaz p̄t homo inuenire rōem. Eccī. viij. Ideo iob xxxvi. Memēto q̄ ignores opus eius. et seq̄tur. Ecce deus vincēs sciam nostrā. U. Unde duplici de causa nō licet ꝓfunde scrutari de trinitate. primo q̄r vanū. scdo q̄r ꝑiculosum. Primo q̄r vanū. nam homo nō pōt ibi ꝑuenire ad finē salubriter nisi ꝑ fidē. Unde Hugo de sancto victore. Vide q̄d possit spiritus carnis in mūdo. ut ex hoc intelligas q̄d possit sensus mētis in deo. q. d. Virtutē mini me herbe homo nō p̄t scrutari in mūdo q̄d faciet de deo. nā ipa diuitas altior te est. Job. xi Excelsior celo est et quid facies ꝓfundior inferno et vnde cognosces. nā sicut vanū est dirigere oculos ad illud q̄d est in abisso terre. sic ad diuinitatē inuestigandā. Unde legitur in apocrifo esdre qui voluit ꝓfunda dei scrutari recepit rñsuz ab angelo. Si vales flamā ignis pondera. flatum venti mēsura. p̄teritū diē reuoca. q. d. nullo mō potes. sic et scrutari misterium trinitatis. Exemplū legitur de sancto augustino eo tēpe quo libros de sctā trinitate scribebat. trāsiuit ad litus maris se occupando inuenit puerulū cū q̄dā cocleari argenteo qui aquā maris in paruā foueā fundebat. interrogatus ab aug. quid facerz rñdit. totū mare se velle ad foueā illā paruā fundere Et augustinus subrisit dicēs. O puer est tibi impossibile. Rñdit puer. facilius ē mihi h̄ facere q̄ q̄ tu cogitas te adimplere ut ꝓfundum sancte trinitatis vis tuo parno ingenio ꝯp̄hendere. Ideo Aug. Nulla res inutilior q̄ occupatio sancte trinitatis. Scdo est valde ꝑiculosum. Nā ex immēsitate luminis pōt homo incurrere cecitatē erroris. Unde hilarius in li. de trinitate. Virtutē terreni lumīs obstupescis quid facis in sole iusticie. Ideo phūs. ij. metha. Sicut se habet oculus nocticoracis ad lumē solis. ita intellectus nr̄ ad ea que sunt manifestissima nature. Quid igitur faciemus de supnaturalib⁹. ꝓpter quod dicit Dyonisius de diuinis noib⁹. Trinā vnitatē que simul est deus neq̄ dicere neq̄ cogitare est possibile. Ideo hec festiuitas iam celebrat̄ in spāli apud vulgares. sed in ꝯmuni festiuitate dñicali ne det̄ occasio hoc archanuz trinitatis curiose inquirere. Nam scribitur ꝓuerbiorū. xxv. Qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Ideo August. in li. de t̄. vbi querit̄ vnitas t̄nitatꝫ patris et filij ⁊ spiritussancti nusq̄ periculosi⁹ errat̄. nec laboriosius aliquid querit̄. nec fructuosius aliquid inuenitur. Ideo Catho. Mitte archana dei celum inquirere quid sit. Et apostolus Romanorū. xi. Noli altum sapere sed time. Naz dicit Gregori⁹. Hec summa trinitas est magis fide veneranda q̄ curiose inuestiganda. Ecclesiastes. vij. Quid necesse est homini maiora se querere cum ignorat quid conducat sibi in vita sua. Nam scdm Bern̄. Scrutari temeritatis est. sed credere pietatis. Iō bene dicitur. Firmiter credimus et simpliciter cōfitemur q̄ vnus est solus ver⁹ deus pater et filius et spiritussanctus. tres quidē persone sed vna essentia. X. Quod autez vnus sit deus substātialiter ꝓbatur auctoritate sacre scripture et ratione. Primo auctoritate sacre scripture. Deutro. vi. Audi isrl̄ dominus deus tu⁹ de⁹ vnus ē Et malachie. ij.

Nunquid nõ deus vn⁹ creauit nos. Et. i. thi moth. vi. Beatus et solus potẽs rex regũ et dñs dñantiũ. qui solus immortalitatẽ habz et lucẽ inhabitat inaccessibilẽ. Itẽ pbaẽ tõe Si sũt plures dij aut sunt eiusdẽ nature aut nõ. si nõ. tunc vnus est de⁹ alius nõ. qz nõ ba bet naturã diuinã. Si aũt bñt eandẽ naturaz diuinã et cũ ĩ deo idẽ sit natura et esse tũc ba bebunt idẽ esse. sed que bñt eandẽ naturã et idem esse sunt vnũ igit̃ ꝛc. De quo dicit leo papa. Credim⁹ sanctã trinitatẽ patrẽ et filiuz et spũm sanctũ vnũ deũ omnipotentẽ. vni⁹ sub/ stantie vnius ptãis. Et hoc pbaẽ in multis primo in scripturis. scõo in creaturis. tercio ĩ figuris. quarto in miraculis. Primo in scriptu ris diuinis et auctoritate diuina. Geñ. i. Fa ciamus hoiem ad imaginẽ et siliudinẽ nostrã Faciam⁹ respicit pluralitatẽ psonarũ silz no/ strã. sed imaginẽ et similitudinẽ respicit essen tie vnitatẽ. Scõo pbaẽ angelica auctoritate et scriptura. qz angeli nõ cessant die ac noc te clamare sanctus sctũs s. ꝛc. Isa. vi. Tercio auctoritate pphetica. ps. lxvi. Benedicat nos de⁹ de⁹ nr̃ ꝛc. ecce plalitas psonaz. et metuãt eũ. ecce vnitas essentie. Quarto auctoritate aplica. i. Joh. v. Tres sunt qui testimoniuz dãt in celo. pr̃ verbũ ꝛ spũssanctus. et hi tres vnũ sunt. Itẽ ad gala. iiij. Misit deus spũm filij sui in coꝛda vr̃a. Quito auctoritate euã/ gelica Mat. vl. Baptisãtes eos in noie pr̃is et filij et spũssctĩ. et tãgit̃ vnitas essentie ĩ no mine. ℣. Scõo in creaturis adiuuatur fides nr̃a. s. supioribꝫ mediis et inferioribus De supioribꝫ ut in sole ꝑm aug. tria ꝓsiderãt̃ essentia splẽdoꝛ et caloꝛ. essentia solis a nulla creatura creaẽ. sic pr̃ a nullo. splẽdoꝛ a sole o rit̃. et sic filius a pr̃e generaẽ. caloꝛ ab vtroqꝫ ꝓuenit. et sic spũssanctus ab vtroqꝫ ꝓcedit. Itẽ aug. de vbis dñi. Si diuidere nõ potes creatũ solẽ quõ diuidere potes creatoꝛẽ Itẽ in creaturis mediis sicut in hoie vna est aia ꝛ tres potẽtie. s. intellectus uolũtas et mẽoria. Itẽ in infimis ut ĩ rosa. natura coloꝛ ꝛ odoꝛ vna tñ rosa. ꝛ sic hic. Jõ aug. sup Joh. xmo ne. xlix. In trinitate numer⁹ est et numer⁹ nõ apparet. numer⁹ qz tres q̃ testimoniũ phibẽt. pr̃ et fili⁹ ꝛ s. s. et cũ cepis numerare q̃q̃q̃ nu meraueris nõ poteris rñdere. qz hi tres vnuz sunt. Aug. de trinitate li. xi. Ali⁹ est pr̃ q̃z fili⁹ sed nõ aliud. qz tres pſone sed essentia vna.

Tercio in figuris demõstraẽ trinitas p/ sonarũ et vnitas essentie. Geñ. xviij. Abra/ hã tres vidit et vnũ adozauit. Itẽ geñ. xl. p/ positus pincernaz vidit tres ꝓpagines ĩ vna vite. Itẽ Dañ. v. Baltazar rex vidit tres di gitos in vna manu scribẽtes mane thetel pha ref. i. appẽdit. numerauit. diuisit. pr̃ appendit oĩa. sapia filij oĩa nũerat. bonitas s. s. gñz/ cuiqꝫ liẽ vult diuidit Itẽ sũt tres vigiti ĩ vna manu. ℣. Quarto ꝓbaẽ miraculis. dic Euzebi⁹ circa nauitatẽ xpi tres soles apparu erũt et in vnũ solẽ redacti sunt. Scõm mira culũ ponit Euzebius q̃ q̃dã arrianus bapa/ sauit et formam trinitatis puerrẽs moraqua dispuit. Terciũ ponit Sigibertus q̃ epõ va salcẽsi celebrãte missam tres gutte clarissime sup altare celitus sunt misse q̃ simul ꝓfluẽtes vnã pulcerrimã effecerunt gẽmã quã posuit in cruce gẽmata. et alie gẽme claritatẽ ei⁹ nõ tẽ psonaz et vnitatẽ essentie. Jõ aug. li. de tri ni. Si q̃ri quis fecit lucẽ deus est. si q̃rẽ q̃d fiat lux. i. pr̃ filiũ. li q̃rẽ quare qz bonitas ẽ i. coopãte bonitate spũscti. Jõ bodie canit ec clesia. O adozãda trinitas ꝛc. Reuera vene/ rãda. Primo ꝓpter debitũ qz ꝓpter bb̃ bõ fozma/ tus est. Isa. xliij. pr̃m ifitũ formaui mihi lau dẽ meã narrabit. Scõo ꝓpter meritũ. i. Re gũ. ij. Quicũqꝫ honorificauerit me glificabo eũ. Ecci. xxiiij. Qui elucidãt me vitã eternã habebunt. Tercio ꝓpter exẽplũ quia eũ glo/ rificat omnis creatura. Primo iupioꝛ. ps. xviij. Celi enarrãt glam dei. Scõo inferioꝛ. ps. cl. Omis spũs ꝛc. Item ps. cxvi. Laudate dñm oẽs ꝛc. Quarto ꝓpter officiũ assuescendum qđ erit in patria. qz laus et gloria. ps. lxxxiij. Beati qui habitant in domo ꝛc. Idcirco bea tus hieronimus instituit. ut in fine omnium psalmoꝛũ dicaẽ gloria patri et filio et spũi s. vt sine fine eã laudare possemus dicentes cũ tribus pueris illud Danielis. iij. Benedica mus patrẽ et filiũ et. s. s. laudemus et super altemus eum in secula.

Dominica prima post trinitatis.

Sermo.ciij

Homo quidã erat diues Lu.xvi
B In summa euãgelij duo ĩ/
nuunt. Primo innuit cuiusdaz
diuitis singularis excellẽtia .ibi
homo quidã. Secũdo subiungit singularis
paupis specialis indigẽa.ibi.et erat quidaz
mẽdicus. Primo dicit et ꝓmittit in illo tpe.
s.cũ xps docuit q nemo possz fuire deo 7 mã
mone.hoc audiẽtes phariſei auari deridebãt
eũ.quibus xps rñdit. Vos estis q iustifica
tis vos coꝝ hoibꝫ.deus aũt nouit coꝝda vña
Sup hoc addit vnã pabolã de diuite epulo
ne.quõ sibi successit in hac vita letãter delici
ose et pspe.post hoc penaliter et lacrimose d.
homo quidã erat diues. Notandũ tria sũt ge
nera diuitũ. primi sunt spũales.scõi tpales.
tercij infernales.primi sublimant.scõi ꝓmen
dant.tercij damnant. Dixi primi sunt diui
tes spũales.et sunt hi q diuites sunt in virtu
tibꝫ. Gre. Vere diuine nõ sunt opes sed vir
tutes quas q habet est in deo diues. Sene. et
eccl.xlj. bona est substantia cui nõ est peccm in
cõscientia. Eccl.xxxi. Beatus diues q inuen
tus est sine macula.et sic virtuosus.nã sicut di
uine colligũt in auro et argento et lapidib?
ꝑciosis.sic virtutũ opulẽtia ex auro charitatis.
Apoca.iij. Suadeo tibi emere a me aurũ ig/
nitũ ex argento castitatis lapidibꝫ ꝑciosis.i.a
liis virtutibꝫ puta humilitate pacia et mistico
dia. ps.cxliij. Beatũ dixerũt pplz cui hec sũt
7 sic fuit diues virgo maria .puer.vlti. Vul
te filie regũ ꝙgregauerunt diuitias .ꝛc.nã ta
les virtutes hñt deum pñtẽ in gra ut dicit aug.
Qui deũ habet oĩa hz recedens a deo nihil
hz. Seneca. Sicut deo recedẽte oĩa bona
recedũt. sic eo pñte in gra sunt omnia bona .
puer.viij. Vecũ sunt diuine et gla. Et ps.
cxl. Gla 7 diuine ĩ domo eius. Scõi sunt di
uites tpales.qui tpaliter possident bona
C. Nota diuitias hre in se nõ est malũ nec
peccatũ.ut dicit Ambro. Sicut diuine sunt
impedimẽta reꝑbis.ita bonis sunt coadiuua
mẽta virtutis. Ideo aliqui diuites saluantur
aliq damnant. Primi qui saluant sunt hũi/
les qui nõ exaltant in seipsis.tales sunt pau/
res spũ. De quibꝫ aug?. Pauper spũ sunt
nõ hñtes inflatum spm. Talis fuit Job.xxxi
Si.i.nõ letatus sum sup multis diuitijs me
is. Et sic hester.xiij. Tu scis dñe qz abomi/
ner oĩe signũ superbie. Scõi sunt misericoꝛ
des. ps.xl. Beatus qui intelligit sup egenũ
et paupem. Mat.v. Beati misericordes.hie
ro.in epla ad nepcianũ. Nõ memi me legis
se mala morte aliquẽ interijsse qui exercebat
se in opibus misericordie. habet enim multos
intercessoꝛes.et impossibile est ꝑces multoꝝ
nõ exaudiri. D. Merito debem? esse mi
sericordes paupibꝫ et defectibꝫ.qz quilibet
debet cogitare q ꝑt talis fieri si deus ꝓmiserit
Et sicut vellet sibi cõpati et misereri.sic faciat
primo. Mat.vij. Quecũqꝫ vultis ut faciãt
vobis hoies .et vos facite illis. hec est enim lex
et pphete. Ideo dicit .xxx.di.hec scripsim?.
Diuites cũ iustitia et bonis opibꝫ nõ abijci/
mus. Tercij sunt hi qui ĩ diuitijs abstinẽter
viuũt. Bern. in ẽmõe. Vb martirũ grauꝫ
est qꝫ inter epulas esurire. Eccl.xxxi. Btus
dives qui potuit trãsgredi et nõ est transgres
sus.resistit sibi et vicit naturã suã et coꝛpus.
vbi gra. dure iacẽdo et molles lectos hñdo.
aquã bibendo et vinũ dimittẽdo .et hꝫ ꝓpter
deũ. Gre. Abstinẽtia deifica est cũ ꝓpter deũ
nõ ab illicitis sed licitis et cõcessis se ꝓhibet
Quarũ qui saluant sunt q subueniũt primis
mutuãdo. Luce.vi. Mutuũ date nihil inde
spantes.et erit merces vra multa. qz hꝫ ita ac
ceptũ est pauꝑi ac si gratis dare. Etiã grauis
aliqñ dilatõem faciẽdo ꝓpter deũ.in hoc me/
ret dilatõem vite sue. ps.xl. Beatus q intel
ligit sup egẽ.et pau.ꝛc. dñs cõfuet eũ et vi/
uificet eũ.et beatũ faciat eũ. Item ps.cxi. Jo
cũdus homo q miseret et cõmodat. Item aliq
diuites vanant. Primi q male acquirũt. lu
ce.xij. Thesaurisat et nõ est in deum diues.
Primi cum vsura.vt qui accõmodant pecu/
niã cũ pacto. Secundi qui recipiũt sine pac/
to vltra sortẽ. Tercij q vendũt res charas ꝓpt
dilatõem.de vsuris. consuluit. Quarũ q bo
no foꝛo cũ ꝓmpta pecunia emũt.et immedia
te sup dilatõem ecõuerso vendũt charius qꝫ
valet vel valere potest. Quinti qui ĩ ludo lu
crantur nam retinere non possunt. Item qui
fraudem cõmittunt in emendo et vendendo.
in mensura. statera.vel verbis collaudando
falsc vel ꝓpendendo. Secundi diuites vã
nant.scz possessoꝛes male fidei .Romano.i.

Non solũ qui ea faciũt sed etiã qui cõsentiũt
facientibꝰ. et habetur in cano. notum sit. in fi.
ij. q. i. vbi dicit Nicolaus papa. qꝛ facientẽ ⁊
ꝯsentiẽtem par pena ꝯstringit. Et in cañ. qui
pt. xxiij. q. iij. vbi dicit Qui pt obuiare et p
turbare puersos et nõ facit. nihil est aliud q̃
fauere impietati eorũ. nec caret scrupulo soci
etatis occulte. qui manifesto facinori desinit
obuiare. Item qui inueniũt res. Aug. ĩ ome
lia pascali. et hẽt. xiiij. q. v. Si quid. Si q̃d
inuenisti et nõ reddidisti. rapuisti. E
Sciendũ aliqua bona sunt que nũq̃ fuerũt ĩ
possessione alicuius. ut lapides p̃ciosi in lito
re maris hmõi sunt ip̃ius inuentoris. aliqua
sunt que aliqñ fuerunt in possessiõe alicui⁹. sꝫ
tm̃ tpus est elapsum q̃ nõ est memoria sicut
thesauri antiquitus abscõditi in terra. Dicit
Bartholome⁹ briccie. in glo. sup cano. si q̃d
Si quis thesaurũ inuenit in loco ꝓprio statĩ
inuẽtoris est. si vero in loco alieno et casu for
tuito eũ inuenerit dimidius sit inuentoris et
dimidius dñi loci. Si vero studiose quesiuit
⁊ inuenit eũ in loco alterius. totus est dñi lo
ci. Si vero in sacro vel religioso loco casu for
tuito inuenit thesaurꝫ totus est inuẽtoris. Si
vero de ꝓpe fuit in possessione alicui⁹ si inue
nis ⁊ ñ reddis. peccato rapine peccas. De q̃
Hiero. sup leuitico. et habetur. xiiij. q. v. mlti.
Multi sine peccato putãt esse si alienũ q̃d in
uenerint teneãt et dicũt. dñs deus mihi de
dit cui habeo reddere. discãt hoc peccatũ sile
fore rapine si quis inuenta nõ reddat. Quar
ti qui auare retinẽt. de quibus infra patebit.
Quinti qui male vtuntur et cõsumũt crimino
se. de illis etiã infra patebit. F Secũdi
sunt diuites tpales qui tpaliter possident bo
na. attñ bene acq̃sierunt et bene expendunt ad
dei honorẽ et ꝓximi ꝓpriãq̃ salutẽ et se non
extollũt. tales sunt paupes ip̃ũ de q̃bꝰ supra
dictum est. Tercij sunt diuites infernales ⁊
aĩales. et tales sunt multiplices. Primi sunt
qui hñt diuitias male acq̃sitas scꝫ p vsuras
et rapinas. Luc. xij. Thesaurisat et nõ ẽ in de
um diues. Nã dicit Math. xix. Facili⁹ est ca
melum intrare p foramen acus ⁊c. Quia di
cit aug. Si tenes obolũ teneris a diabolo. ⁊
idem Peccatũ nõ dimittitur nisi ablatũ restitu
atur. nec vlla pñia ꝓficit. ut patet. xiiij. q. vi. si
res. Si res aliena ꝓpter quã peccatũ est red
di possit et nõ redditur pñia nõ agitur sed simlatur
De hoc dicitur Actu. viij. Pecunia tua tecũ
sit in pditõem. heu quid tales cogitãt nõ me
ditãtes dictum saluatoris Mat. xvi. Quid
ꝓdest homĩ si mundũ vniuersũ lucretur aĩe vero
sue detrimentũ patiatur. Scdi sunt diuites in
fernales qui auare retinẽt et non ĩpũtũt pau
pibus. Dicit nanq̃ Crisostomus. Omnia que nobis
deus dat p nos alijs dat. ut de eo q̃d accepi
mus alijs partem prebeamus. Idem. dispẽ
satores sumus diuitiarũ nõ dñi. ideo hortatur
nos dñs p ꝓphetam Isa. lviij. Frãge esurien
ti panem tuũ ⁊c. Et Luce. xi. Q̃d supest da
te elemosinã. et Thob. iiij. Si multi tibi fu
erit ⁊c. Ratio qꝛ nihil te sequitur nisi q̃d semi
nas in manus paupm. Ambro. Sola elemo
sina est comes defunctoꝝ. sed hoc non fecit iste
diues euãgelicus. sed parc⁹ fuit q̃ ad pauperẽ
lazarũ et vorax quo ad seip̃m. ideo eternaliter
pijt. Item Gre. Hic diues neminẽ oppssit.
aliena nõ abstulit sed sua nõ ut debuit partici
pauit. Nũc pensa qua pena mulctãdus sit qui
aliena rapit et ꝓpria paupibꝰ nõ tribuit. iux
ta dictũ ambro. et habetur. lxxxvi. di. pasce fa
me. Pasce fame morientẽ. si nõ pauisti occi
disti. Tercij diuites infernales sunt q̃ inutili
ter cõsumũt. De q̃. xiiij. q. iiij. Quid dicam
Male possidet q̃ male vtitur. sicut ille diues lu
ce. xij. Aĩa mea habes multa bona posita ĩ an
nos plurimos. req̃esce. ꝯmede bibe. epulare.
⁊ sic iste de q̃ in euãgelio. induebatur purpura
et bisso. Crisostomus. Ille nõ fuit culpabilis qꝛ habu
it diuitias. sꝫ abusus erat ad voluptatẽ nõ ne
cessitatem. qꝛ induebatur purpura exterius ad
vanã gloriã. Et dicit beda. Purpure color
regũ habitus est bisso interi⁹ ad delectatõem
Ecce diuitie fuerũt causa elatõis. o quot ho
die tales q̃d ꝯquerit sapiẽs Eccli. viij. Mul
tos pdidit aurũ et argentũ. Ideo salomõ pe
tiuit puer. xxx. Mendicitatẽ et diuitias ne de
deris mihi. tribue tm̃ victui meo necessaria.
ne forte satiatus illiciar ad negandũ. et dicaꝫ
quis est dñs. aut egestate cõpulsus furer. et
piurem nomen dei mei. Talis fuit iste diues
qui deum non nouit in paupere. et se exalta
uit in vestimẽtis. quod ꝓhibetur Ecclesiasti
ci. xi. In vestitu ne glorieris vnq̃. G
Nota multis modis hoĩes peccãt in vestibꝰ.
Primo in sumptuositate ut iste diues. gre.

Si cultꝰ p̄ciosaꝝ vestiū culpa nō esset sermo
dei tā vigilāter nō exprimeret ꝙ diues q̄ tor
q̄bat̄ apud inferos bisso et purpura fuissꝫ in/
dutus indignū est vili cineri saccū purpureū
indui. Unde sūt v̄sus. Aurea nobilitas lute
am se vestiat ollā. Nō minus illā sequit̄ esse
lutū. Scdo in vanitate scꝫ cū gloria vana et
ꝯplacētia querit̄ in vestitu. dicit Symon de
cassia. Tolleret̄ aliqñ p̄ciositas si nō adesset
pompa iactātia et vanitas sed heu multotiēs
fit. Dicit em̄ Gre. Quis nitit̄ p̄cios̄ indui v
bi ab aliis nō posset videri. Sed talis gloria
est vanitas et stulticia. nā hō ꝑ pctm̄ fuit vul
neratus et in furto dep̄hensus. Jō qñ deꝰ ho/
mini vestimentū dedit tāq̄ vulnerato ligatu
tā adhibuit. tāq̄ cecato velamē apposuit. tā
q̄ furi cauteriū imp̄ssit. Tale est igit̄ de pul/
critudine vestis gloriari sicut dicit Bern̄. sic
fur qui gloriat̄ de cauterio. cecus de velamīe
aureo. vulneratus de ligamine sericeo. Jō au
gust. Om̄e quod ꝓpter venustatē accipit̄ ela
tōis habet culpā. Et subdit. nec affectetis cō
placere vestibꝰ sed moribꝰ. Tercio in sup̄flui
tate. Hiero. Aliena rape ꝯuincit̄ qui sup̄flua
ꝯprobat̄ tenere. et tales sunt diuites. De q̄/
bus Jaco. v. Agite nūc diuites plorate vlu/
lātes in miseriis v̄ris que eueniēt vobis. Et
sequit̄. diuitie v̄re putrefacte sunt. vestimēta
v̄ra a tineis ꝯmesta sūt. Quod ꝯquerit̄ ber.
d. Clamāt nudi ꝯquerūt̄ famelici extēdit̄ in
perticis. plicat̄ in manibꝰ. in manicis trahit̄ i
vicis q̄d subtrahit̄ nobis. Ideo Aug. Per
tice sunt paup̄m corp̄a ibi pende vestimēta tua
vbi tinee nō moliūt̄ nec fures furāt̄. Quar
to in difformitate scꝫ cū nimis lōgum. nimis
breue. nimis latū. sic ꝙ nec statū nec ordinez
nec sexū ꝯcernit. Sophonie. i. Visitabo sup̄
omnes qui induti sūt veste p̄egrina. Vestis
p̄egrina est que nō est s̄m statum p̄sone ciuis
nō ut rex. nec ciuissa ut ducissa debet incedere
ut iā fit. Dicit em̄ ap̄lus. i. Thimo. vi. Hñ/
tes alimenta et quibꝰ tegamur his cōtenti si/
mus. Nō dicit. q̄bus denudemur ut iā viri
ferūt vestimēta denudatōis. et mulieres fert
cōlecutōes ut scobā p̄ciosam qua scobāt pla
teas ciuitatis. Si deus voluisset tibi caudam
dedisse sicut vaccis fecisset. vel fecisset tibi ca
put tā magnū sicut nidū ciconiarū. dico tibi
talis sup̄bia fuit in ihrl̄m. Isa. ij. Pro eo ꝙ
eleuate sunt filie syon et ambulauerūt exten/
to collo et nutibꝰ oculoꝝ ibāt. ꝯposito gradu
incedebāt. decalcabit dñs v̄ticē filiaꝝ syon.
et dñs crinem earū nudabit. In illa die aufe
ret dñs ornamentū calciamentoꝝ et lunulas
i. picturas ad modū lune. perichelides. i. or/
namēta brachiorū. murenulas. i. ornamenta
colli ad modū piscis murene. torques. i. orna
mēta colli. inaures. i. anulos in aure pendētes
et gēmas in frōte pendentes. mutatoria palli
ola et lintiamina et specula ꝛc. et sequit̄. Et e
rit ꝓ suaui odore fetor. et ꝓ zona funiculus. ꝛ
ꝓ crispāti crine caluiciū. et ꝓ fascia pectorali
qua tegit̄ pectus ciliciū. pulcerrimi q̄ꝫ viri tui
gladio cadent. et fortes tui in p̄lio. Attamen
mulier p̄t se ornare viro suo. i. Cor. vij. Mu
lier sit solicita quō viro suo placeat. nō autez
alieno. Ideo. i. petri. iij. Mulierū ñ extrinse
cꝰ capillatura aut circūdatio auri aut indumē
ti vestimentoꝝ cultus. sicut faciūt hodie insi/
stentes nouis adinuentōibꝰ. De q̄bus gre.
Qui inueniūt nouos peccādi modos ī mū/
do maiora tormēta sustinebūt in inferno.

H. Itē iste diues nō solū expendit diuiti/
as in vanitate elatōnis sed etiā in gulositate.
Ideo subdit. epulabatur quotidie splēdide.
Dicit Symon de cassia. Sicut locus furādi
facit furē nō p̄cogitātem. sic humane diuitie
voracitatē. et sic ille quotidie spēdide ꝯmede
bat. Quotidie splēdide ꝯmedere est qñ plꝰ
expendit̄ ad pascendos oculos q̄ ad ventrē
Ideo Luc. xxi. Attendite ne forte grauentur
corda v̄ra crapula. Eccī. xxxvij. ꝓpter crapu/
lā multi obierūt. Galienus. plures moriūtur
crapula q̄ gladio. Aug. de ꝯflictu viciorum.
Nō voluptas in cibo est querēda sed necitas
ideo vti delicijs s̄m se nō est pctm̄. Aug. Nō
cibus nec cibi vsus sꝫ ꝯcupīa cibi est in culpa
De quo in cano. xli. di. c. delicie. Delicie q̄li
bet si absq̄ desiderio p̄cipiant̄ nō officiūt. et
viles cibi appetēter accepti impediūt ꝓfectū
abstinentie. J. Subdit. Et erat quidā
mēdicus noīe lazarus. Ambro. Hic elicit̄ ꝙ
magis erat narratio q̄ p̄abola. Gre. ponitur
nomē paup̄is et nō diuitis. nā hūiles appro
bat deus. sup̄bos ignorat. dicet em̄ sup̄bis ī
die iudicij. Math. xxv. Amē dico vobis ne
scio vos. q̄ iacebat ad ianuā diuitis. ut maior
appareat parcitas diuitis et pacīa pauperis.

Sermo

Er ista lra euãgelica manifeste ostẽdit q̃ diues iste ẽ excusabil. nõ si vellet bñe excusatõis occasionẽ ñ haberz. p̃mo si diceret. pl̃es fuerũt quis p̃t oĩb̃ sufficientiã p̃bere. nõ. sed qui dã. i. vnus tm̃ Scõdo si dixisz diues erat. ñ. mẽdicus. q̃ eĩ bñ nõ dat dignũ et iustũ ẽ qz dicit p̃s̃pt de vita p̃tẽplatiua. bñ dare ẽ pdere. et bẽ. i. q. ij. pastor. vbi dr. Quibus sua sufficiũt ñ sine grãdi pctõ vñ paup victu erat accipiũt. ille vo fuit paup Tercio si diceret ñ vidi. ñ qz iacebat ad ianuã ꝛ ñ i angulo Quarto si diceret leccator erat. nõ. qz noie lazarus nomis. Quinto si diceret. erat sanꝰ. poterat laborare nõ. qz vlceribꝫ plenus. nam si ad p̃passionẽ nõ mouisset eũ lazari pauptas debuisset eũ mouere infirmitas. Sexto si diceret petebat deliciosa fercula. rñdeo nõ. cupiebat saturari de micis que cadebãt de mẽsa diuitis. Aug. de vbis dñi Paupm sunt reliq̃e nõ delicie nõ oblectamẽta sed fragmẽta. ñ est mirũ negare paupi qõ multũ p̃stat. sed mirũ est negare panẽ deo in paupe. Septio si diceret familia sibi dedit. ñ. qz nemo illi dabat ut impleat illud Isa. xxiiij. Sicut dñs sic et seruus eius. sicut dña sic et ancilla. Et illud Eccl. x. Scõm iudicẽ p̃ncipi. sic et mĩster eius. Ecce qualis pena in paupe. Crys. Egrotanti aliqõ solaciũ hz si opes hz. quãta igitur pena que inter vulnera caruit micis. nõ est seuior hostis fame. Vegecius de re militari. Nõ est seuior hostis q̃ qui pugnat intrinsecus. R Sed et canes veniebãt et lingebãt vlcera eius. Ecce lazarus largior fuit canibꝫ diuitis q̃ diues paupi. qz iste ñ dedit ei micã de mẽsa. iste aũt lazarus exposuit totũ corꝰ canibꝫ. Petrus raven. Canes vlcera paupis curabãt magisterio nature. diues paupem despiciat accusante natura. caibꝫ dedit diues aliqñ pinguia. paupi negauit micã. Jõ ꝺ hũc diuitẽ inuebit Crys. O infelix diues si p̃cepta di nõ cõsideras saltẽ miserere cõditõis tue. Ecce q̃ta pauptas. esurit et non potuit hẽre micas. quanta infirmitas qz nulla ps integra in corpe. qz vlceribus plen?. q̃ta diuina copia et tñ nulla p̃solatio huic paupi est exhibita. q̃ p̃solatus est a deo. Mat. v. Beati q̃ lugẽt ꝛc Et lazarus ductus in sinũ abrahe. diues sepulms in inferno . l. Scõdo oĩdit quõ se habuerũt in futuro seculo. vñ subdit. factũ est q̃ũ ut moreret mẽdicus. nõ dicit lazarus sed mẽdicus. qz mẽdicitas morieb̃at in eo. portabat ab ãgelis in sinũ abrahe. Aug. Officiũ est angelor portare aĩas ad p̃sorũ beatorũ. Petrus raven. Paupi angelica tpe tanẽ officia cui cruꝺelz negata fuerũt hũana obsequia. Crys. Nõ sufficiebat vnus angel? sed plures venerũt ut eor lenicie faceret. Ecce q̃ mirificorditer deus agit. facit hic ad tpe pat ut mũdem et ibi leuificem. Gre. in ome. Erat lazarus aur dei. margarita dei. stella di. ut igit̃ p̃beret̃ positum est aur dei in caminũ pauptatis et nõ potuit corrũpi. posita est ista margarita in sterquiliniũ vlcerose infirmitatis et non potuit infici. posita est stella in medio temptationis . et non potuit obscurari. Sed extractum modo aurum de camino positum est in celesti thesauro. leuata est margarita de sterqlinio et posita in regali ornamẽto purgata est ista stella ab oĩbꝫ tẽptatõis nebule et in celesti p̃tia nobis refulget in exemplũ qz potuit dicere illud p̃s. xcij. Scõm multitudinẽ dolorũ meor ꝛc. Nã dicit Naum. i. Nõ punit deus bis in idip̃m. afflixi te amplꝰ nõ affligã. Aug. Nõ tibi displiceat pauptas ma. Nihil eĩ p̃t diuitius inueniri vis scire q̃ locuples sit qui celũ emit. Mat. v. Beati pauperes ꝛc . Ij . Subdit. mortuus ẽ aũt et diues nõ vnica sz triplici morte. sz nature culpe et gehenne. et sepulms ẽ i inferno. Sicut eĩm faber sepelit ferrũ in igne. sic hic diues positus ẽ i p̃funditate penarũ. Symõ de cassia. Quid sibi diuitie. q̃d epule p̃sunt. quid purpura. q̃d cõuiuia. quid ferculorũ copia cũ descẽdit ad inferna. melius fuisset carnifex esse q̃ ita vixisse. Sepulms in inferno. Crys. Tanq̃ parrochian? diaboli et hoc ẽm aiam. nã ẽm corpus possibile ẽ ipm honorabile habuisse sepulchrũ. sed q̃d p̃fuit. Gre. et habet. xiij. q. ij. Hic defunctorũ Curatio funeris cõditio sepulture. pompa exequiarũ. magis sunt viuor solacia q̃ subsidia mortuor. qz ẽm Crys. et habet in cano. rl. di. multi. Ioh. locus sanctificat hoĩem sed homo locũ. August. Quos pctã grauia deprimũt hos sacra loca nõ liberãt. sed cũ grauia dimissa sunt tũc prodest mortuis. rõo ut amici. p ipis p̃ces fundãt subdit. eleuãs aũt oculos suos cũ esset in tor mẽtis oculos. i. interioris cognitõis. Sctũs

tho. sup. iiij. di. vlti. Oculos eleuare est cog
noscere Attēde qui hic fuit sup̄ ibi erat infra
erit ibi in tormentis qui hic fuit in delicijs.
vidit abrahā a lōge et lazarū in sinu ei⁹. pri⁹
de ꝓpe nolebat ip̄m videre. Gre. Oculos q̄s
culpa claudit pena aꝑit. et mgr̄ in iiij. di. vlti.
beati vident sp̄ reprobos ad augmentū leticie.
de quo p̄s. lvij. Letabit̄ iustus cū viderit vī
dictā. Idem. cxlix. gl'ia hec est om̄ibꝫ sctis e⁹
Sed reprobi añ diē iudicij bene vidēt bonos
Sap̄. v. Videntes turbabūt̄ timore horribi
li dicētes. hi sunt quos aliqñ habuim⁹ in deri
sum et in sil'itudinē im ꝓperij nos insensati vi
tā illorū estimabamus insaniam. post diem
iudicij v̄o tūc implebit̄ illud Isa. xxvi. Tol
lat̄ impius ne videat gl'am dei. Et post hanc
vitā cognoscemus nō solū quos hic nouim⁹
sed etiā quos nō vidimus. ut patet de diuite
q̄ nouit abrahā ⁊ sinū abrahe. de q̄ Mat. viij
Multi veniēt ab ori. et oc. et recūbent cū abra
ham ysaac et iacob in regno celorū. Ip̄e cla
mās dixit pater abrahā miserere mei. hic cla
mauit in penis. qui pri⁹ clamauit in epul'. Di
cit pater abrahā. vbi insinuat̄ ꝙ fuit iudeus
q̄ vocauit eū p̄rem. nō rōe carnalis ꝓpagatio
nis sed rōe imitatōis ut iudei. Job. viij. vos
ex p̄re dia. estis. si filij abrahe estis opa abrahe
facite miserere mei. ⁊ mitte lazarū ut ītingat ex
tremū digiti sui in aquā. Ecce adhuc volebat
lazarū habere in s̄uū ut sibi p̄staret obsequiū
ut intingat extremū digiti sui in aquā ut refri
ger et linguā meā. N Iste diues fuit
in diuers̄ tormentis s̄m ꝙ fuit in diuers̄ pec
catis. ut impleret̄ in eo illud Sap̄. xi. Per q̄
quis peccat ꝑ hec ⁊ torquet̄. Primo peccauit
in diuitiarū vbertate. ideo punitus cū maxīa
paupertate. ita ꝙ non vinū sed aquā. nō situlā
nec manū plenā. sed guttā petijt aque. s̄z nec
impetrauit. Secūdo peccauit in vestiū varie
tate. ideo ibi punit̄ in penaꝝ diuersitate. Iu
xta illud Apoca. xviij. Quantū glorificauit
se et in delicijs fuit tm̄ date illi tormentū et lu
ctuz. et sic ille hic in purpura. ibi in igne. Ter
cio peccauit in ciboꝝ gulositate. ideo punit⁹
in lingua. i. in aīa ꝓ peccato līgue. Gre. quia
ꝯuiuādo loquacitate peccauerat. ideo attroci
us ꝓ peccato lingue ardebat. et sic adhuc ml'
ti qui in ꝯuiuijs detrahūt. paupes derident.
paupis obliuiscunt̄. Et sic ille ideo clamauit
crucior in hac fla. q̄ crucē xp̄i hic ꝯtēpsit por
tare. Crisost. Hic diues minimū negauit. ideo
ad minimū petendū ꝑuenit. et nō impetrauit
q̄ extremū digiti. i. opus minimū meritoriū
ꝑ aquā intelligit̄ refrigerans dei misc̄dia. Et
dixit illi abraham. Fili recordare q̄ recepisti
bona in vita tua. hoc d. ad augmentū pene. bo
betius. Maximū genus infortunij est fuisse
felicē et nō esse. dicit glo. recordare q̄ tu fui
sti diues. ip̄e mendicus. tu epulatus es. ipse
esurijt. tu habuisti abundantiā. ille defectum
tu purpura vestitus. ip̄e vlceribꝫ plenus. tu ī
plumis. ip̄e in terra iacebat. ideo subdit. ⁊ la
zarus sil'r mala. nūc vero hic cōsolat̄. tu vero
cruciaris. Ip̄e cōsolat̄ ꝓpter pacie meritū. et
ꝓ paupertate accepit regnū. iuxta illd̄ Math.
v. Beati paupes spū. possidebit ꝓ tribulati
one cōsolatōem. tu v̄o cruciaris ꝓpter defec
tū misericordie. gre. Spāliter cruciabatur in
gl'ia lazari quē habebat despectū. Idē. Nō tur
bemur fr̄es si videmus hic malos florere. bo
nos pati. hoc fit iusto dei iudicio qui nullū bo
nū irremuneratū derelinquit. ut figurat̄ gen̄.
xxv. in abrahā qui cūctas possessiones v̄o fi
lio reliquit. filio ancille et filijs cōcubinaꝝ de
dit munera O Nota in om̄ibus que po
stulauit nō fuit exauditus. p̄mo ꝓpter ingrati
tudinē. q̄ hic bona a deo accepat et grates ñ
egit. Gre. Nō est dignus dādis qui nō agit
grates de datis Bern̄. Ingratitudo est vent⁹
vr̄es siccās fontē pietatis. Scd̄o ꝓpter im
misericordiā Jaco. ij. Judiciū sine misericor
dia fiet illi qui nō facit misericordiā. Et luce
vi. Eadē mensura qua mēsi fueritis ⁊c̄. ꝓuer.
xxi. Qui obturat aures suas ad clamorē pau
peꝝ clamabit et ip̄e nō exaudiet̄. Tercio ꝓpt̄
tp̄is p̄teritōez q̄ tp̄us misericordie trāsierat
ij. Corin. vi. Ecce nunc tp̄us acceptabile. p̄s
ci. Tp̄us miserendi eius Ideo ecc̄i. iiij. Fili
obs̄ua tēpus. stulte agit qui querit rosas ī hy
eme. nam et sapiēs mercator emit anteq̄ mo
neta vilescit Apoca. x. Jurauit angelus ꝑ vi
uētē in secula seculorū. q̄ post hoc tp̄us nō e
rit tp̄us. Ideo subdit. relinquēs eū inexaudi
tū d. inter nos et vos chaos magnū firmatū
est. Mgr̄ in. iiij. di. vlti. Chaos inter bonos
et malos est hinc iusticia inde iniq̄tas que nul
latenus sociari valent. adeo sancti dei iusticia
sunt firmati ut nulla cōpassione ad reprobos

trāsire valeāt. nulla ꝑ eis inter frēs fiat inter cessio. ideo subdit. ut hi q̄ volūt hinc transire ad vos scz volūtate naturali. nō possint voluntate deliberata. neqꝫ inde huc trāsmeare. gre. Sicut reprobi a penis ad glam sctōꝝ trāsire volunt et nō pñt. ita iusti in nature bonitate mīam hñt. et mente ꝑ misericordiā volūt ad positos in tormētis ire ut eos liberēt sed non pñt. qꝛ ita sunt vniti iusticie dei ut nulla moueant cōpassione ad dānatos. Sed d. tñ legit de troiano ip̄m redemptū fuisse de īferno ꝑ p̄ces greg. et hoīes dānatos apparuisse. g̃ pñt exire. Rñdet. aliquē esse in inferno intelligit dupliciter Uno mō ꝑ sniam diffinitiuā vltimate sine reditu. et sic nullus p̄t exire. alio mō deputatus ad tp̄us cū reditu. et tunc pñt exire. qꝛ ꝑm legē ꝯmunē omnes mali exibūt in iudicio. sed ante vel post ꝑm ꝯmunem legē nulla erit redemptio. tñ de gratia spēali p̄t deus bene facere alicui. sicut dicit aug. li. xi. super Gen̄. tractās illud Actuū. ij. solutis doloribus inferni.

De eadez dominica Sermo. cv.

Recordare fili. qꝛ recepisti bona īvita tua et lazarus silr mala. Luce. xvi. P Antiqui sapiētes statū mūdi ꝯsiderātes et īueniētes eū nō hr̄e stabilitatē in aliqua sui ꝑte sed ꝙ subiacet motui et mutabilitati. ideo ip̄m sub rota fortune descripserūt in hūc modū. depinxerūt em̄ quattuor hoīes in rota. vnū in ꝑte supiori coronatum. et ridentē. aliū in ꝑte inferiori miserū nudum et egentē. Terciū ex latere vno manibꝫ et pedibꝫ sursum conantē ascēdere. quartū in alio latere capite depsso ⁊ pedibꝫ eleuatis ad ima tendentē. et scripserūt hūc v̄sum. Regno regnani regnabo sum sine regno. Moraliter sic est in mūdo. de q̄ Bohetius de cōso. phie. li. ij. Hunc ludū quotidie ludimꝰ. hac rota mobili orbe v̄sam̄. Sūma infimis infima sūmis mutare gaudemus. Uidemꝰ em̄ ꝙ hi q̄ sunt in ꝑte supiori. i. in ꝓspitate diuitiaꝝ et dñationū rident et non ꝑpēdunt ꝙ sunt in magno piculo. Unde aug. de v̄bis dñi. Mūdus cū arridet magis est piculū q̄ꝫ solaciū. p̄s. xc. Cadent a latere tuo mille. s. in aduersitate et decē milia a dextris tuis. s. ꝓspitatis. Ideo Luce. vi. Ue vobis q̄ hic ridetis. g̃ nō est ꝯfidēdum altitudini ꝓsperitatis. i. Thimo. vi. ꝑcipe diuitibꝫ huius seculi ñ spare in incerto diuitiarū. Et posset eis dici illud Isaie. xxxvi. Ecce cōfidis sup baculū arūdineū cōfractuꝫ. qꝛ dicit venerabil' Beda. Oīs honor mūdanus est quasi fumus qui in modico eleuat et avento dispgit. et implebit in eis illud Job xxi. Tenēt tympanū et citharā et gaudēt ad sonitū organi. ducūt in bonis dies suos et in pūcto ad inferna descēdent. Scdus in inferiori ꝑte fleuit. et sunt paupes in aduersitate ⁊ afflictōe positi nō eleuati in rota fortune q̄ nō debēt tristari. Mat. v. Beati q̄ lugēt ⁊c. Et Jaco. i. Omne gaudiū existimate fratres cū in varias tēptatōes incideritis. qꝛ beatꝰ vir qui suffert tēptatōem. Aug. Gaudeat xp̄ianꝰ in aduersis. qꝛ si iustus est ꝓbatur si peccator est emēdatur. Tercius se ita habꝫ in rota fortune ꝙ nitit ascendere manibus et pedibus sic aliqui in mūdo cupiūt regnare in diuitijs et dñatōibus et dant munera faciūt honorationes plures. contra quos inuehit Eccī. vij. Noli querere ab hoīe ducatū. neqꝫ a rege cathedrā honoris. Quia eccs. viij. dicit. Interdū dñatur homo homī in malū suū. Jō Hebre. v. Nec quisqꝫ assumat sibi honorē sꝫ qui vocat a deo tanqꝫ aaron. tales dicūt regnabo o fatuitas. Aug. Quāto quis in loco supiori tanto in piculo maiori Eccī. iij. Qui amat piculum in illo pibit. Gre. De q̄to gradus altior de tanto casus ꝓfundior. Ideo Bern̄. Quem sequimī miseri quē sequimini. nōne ille est mons in quē ascendit angelus et factꝰ est diabolus. Nā dicit ꝓuer. x. Qui ambulat simpliciter ambulat ꝯfidenter. Quartus capite depsso et pedibꝫ eleuatis deorsum tendebat. sic aliqui sunt in mūdo qui fuerūt magni in diuitijs honoribꝫ et dñatōibꝫ. et hūiliant in hoc mūdo et deponunt. Unde hiero. Letamur ad ascensum timeamus lapsum. nō em̄ est tanti gaudij excelsa tenuisse quāti meroris de excelsis cecidisse. Ideo bohetius. li. ij. ꝓsa. ix. In omni aduersitate fortune infelicissimū genus infortunij est fuisse felicē et nō esse. qualis fuit diues cui dictū est recordare fili. Q In verbis p̄missis duo innuūt Primo ꝓspitas diuitis que eū duxit ī malū

ibi recordare fili qꝛ ꝛc̄. Scd̄o subiūgit̄ aduer
sitas pauꝑis que illū ꝑduxit ad gloriā. ibi. et
lazarus sil̄r mala. De primo dicit. recordare
fili. Fuerūt aliqui insensati ut possent eo libe
rius peccare negauerūt vitā post hāc vitam
dicētes illud Eccs. iij. Unus est interitus ho
minū et iumentoꝝ et equa vtriusq; ꝯditio. si
cut moriūt̄ hō sic et illa moriunt̄. et nihil habꝫ
homo iumento amplius. nō ponētes dr̄am in
ter aīam rōnalem et sensualē aīalium. et ideo
xp̄us illū errorē voluit cōuincere dicens. iaꝫ
mortuo diuite in corpe aīam in inferno fuisse
vbi cruciat̄. et aīam pauꝑis lazari ī refrigerio
vbi cōsolat̄. Nā sicut hereditas patris carna
lis ꝑuenit ad filios carnales. sic spūalis ad fi
lios spūales. quales nos spūales esse debem⁹
i. Job. iij. Charissimi nūc filij dei sumus. ps̄
lxxxi. Ego dixi dij estis et filij excelsi oēs. glo
sa. qꝛ omib̄ celestia ꝓmisit Ro. viij. Si aūt
filij et heredes. heredes quidē dei. coheredes
aūt xp̄i. Sed si filius carnalis peccat in patrē
s̄m iura priuat̄ hereditate paterna. ita filius
spūalis peccās ꝯtra deū priuat̄ hereditate pa
terna et gloria eterna. hic aūt diues filius dei
fuit creatōe. qꝛ eum sicut et alios ad imaginē
suā formauit. in hoc mundo ut pater filiū gu
bernauit. ideo eum merito filiū appellauit. di
cēs fili. Sed quia in deū p̄rem peccauit here
ditatē p̄rnā amisit. ideo dixit ei. recordare qꝛ
recepisti bona ꝛc̄. R. Reuera triplicia
bona recepit in vita sua Primo ratōnalia. qꝛ
homo rōnalis. o magnū bonū q̄ eum creauit
ad imaginē suā. Bern̄. O hō cogita qualem
te fecit deus s̄m corpus egregiā creaturā. s̄m
aīam ad imaginē suā eterne claritatis capacē
sed heu hoc diues nō ꝑpendit. de q̄ ps̄. xlviij.
Homo cū in honore esset nō intellexit Sen̄.
Peius est bestialiter viuere q̄ꝫ bestiā esse. ta
lis fuit ille abutēs rōe. O quot sunt hodie ta
les. de quib̄ ps̄. xxxij. Noluit intelligere vt
bene ageret. melius esset talib̄ rōe carere tūc
nō imputaret̄ eis. ut habet̄ in cano. xv. q. i.
§. q̄ aūt. Ea que alienata mente fiūt nō sunt
imputāda. sed ecōuerso de bene et clare intel
ligētibus dicit aug. in soliloquio. Infelices
sunt qui sciūt q̄d faciūt. nā aꝑtis oculis ad in
fernū descendūt. Scd̄o recepit bona honora
bilia. qꝛ quidā. i. singularis hō et dn̄s fuit fa
mosus honoratus a mundo. sub cuius dn̄io

fuerūt plures s̄ui et ancille. et de hoc ingratus
fuit deo. nō ꝑpendēs illud Gre. Cū crescunt
dona crescūt rōes donorū. et tāto hūilior v
nusquisq; debet esse ad s̄uiendū deo et ꝓmp
tior q̄ꝫtum ex munere fit obligatior. Luce. xij
Cui multū datū est multum queret̄ ab eo. sꝫ
ille nō p̄stitit deo honorē ꝑ honore sibi colla
to. ideo obticet̄ nomē eius. qꝛ dn̄s dixit ma
thei. x. Qui negauerit me corā hoib̄ negabo
et ego eū corā patre meo. Tercio recepit bo
na desiderabilia que ab om̄ib̄ cōmuniter de
siderāt̄. s. diuitias. phūs. Appetitus diuitiaꝝ
crescit in infinitū. Sed deus fecit eū diuitez.
cū quibus potuisset acq̄rere salutē. ut d. am
bro. Sicut diuitie sunt impedimēta reprobis
sic bonis sunt adiuuamēta v̄tutis. S.
Sed ip̄e abusus fuit quadrupliciter. Prīo
qꝛ nimiā ꝯfidentiā in eis posuit ꝯ dictū sapiē
tis. ꝓuer. xi. Qui ꝯfidit in diuitijs suis cor
ruet. et ps̄. lxi. Diuitie si affluāt nolite cor ap
ponere. nō dicit nō habere sed cor nō appone
re. i. nō nimiū diligere. Eccs. v. Qui amat
diuitias fructū nō capiet ex eis sed damnum
Eccī. viij. Multos ꝑdidit aurū et argentum
Scd̄o abusus fuit. qꝛ inutiliter ꝯsumpsit in
suꝑbia. qꝛ induebat̄ purpura et bisso. Ideo
Crisꝰ. Ille nō fuit culpabilis. qꝛ diuitias ha
buit. sed qꝛ abusus fuit ad voluptatē. nō ad
necessitatē. qꝛ induebat̄ purpura ꝛc̄. Vide in
p̄cedenti s̄mone. Aug. Nō affectetis placere
vestib̄ sed morib̄. Tercio abusus fuit. qꝛ ni
mis crapulose vixit. Unde dicit. epulabatur
q̄tidie splendide. Symō de cassia. Sicut lo
cus furādi facit furē nō p̄cogitantē. sic hūane
diuitie voracitatē. sic ille. nam quotidie splēdi
de ꝯmedebat. quod ꝓhibet apl̄us Ro. xiij. n̄
in ꝯmesatōibus ꝛc̄. Ecce recepit bona delecta
bilia et abusus ē. Ideo d̄r. xiiij. q. iiij. Quid
dicā. male possidet q̄ male vtit̄. sicut ille Lu.
xij. Aia mea epulare ꝛc̄. et sic iste hic. Quar
to abusus fuit qꝛ pauꝑi nō distribuit. Crisꝰ.
Omnia que nobis deus dat. ꝑ nos alij s dat
ut de eo q̄d accepimus alijs ꝑtē tribuamus.
qꝛ dispensatores diuitiarū sumus nō dn̄i
T. Dixi secundo subiūgit̄ aduersitas pau
peris que eū ꝑduxit ad gloriā. ibi. et lazarus
similiter mala. Reuera mala. qꝛ erat q̄dā mē
dicus. Unde nota. septē sunt genera pauꝑm
quoꝝ quattuor damnant̄. et tria saluantur.

Primi pauperes qui damnant sunt impatientes q murmurāt ꝺ deū in sua paupertate dicentes. quare ego tā paup sum. deus oblitus est mei. tales stulte faciūt. nā quid nbi deus tenemur aut qd hz a te. plus. n. nbi dat q̄z dign⁹ es vel vnq̄z meruisti. qz dicit aug. Peccatoz nō est dignus pane quo vescit. vide igit quid tibi dedit. ip̄e creauit te. p̄s. xcix. Ip̄e fecit nos ꝛc̄. Ip̄e redemit te Apoca. v. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Ip̄e dedit tibi corp⁹ ꝛ animā grām. i. Coz. iiij. qd habes qd nō accepisti. et de bis omnibus bonis nūq̄z ve regratiamis es deo. nec vaciter ꝯgnouisti te talia a deo accepisse Ro. i. Qui cū ꝯgnouissent deū nō sicut deū glorificauerūt aut grās egerunt De quibꝫ Gre. Nō est dignus dādis qui nō agit grās de datis. qd ergo ꝺ deū murmuras Sap̄. i. Custodite vos a murmuratōe que nihil ꝓdest sed nocet. qz dānat Gre. Neo murmurās regnū dei accipit. Ideo. i. Coz. x. neq̄z murmuraueritis sicut qdā eoꝝ murmuraverūt et pierūt ab exterminatore. i. angelo qui eos extra terminos terre ꝓcussit q̄s terra absorbuit ut datban et abirō. et cbore. Nūeri. xvi. Secūdi pauperes qui damnāt sunt qui in paupertate viuūt et illa parua bona que bñt lucrant iniuste. sicut qui furāt gramina segetes ꝛc̄. Quia dicit sanc. Tho. ū. ij. In talibꝫ minimis si quis habet aīm furādi et ꝓmo nocendi est ꝓcess̄ mortale. Luce. xvi. Qui i mo dico iniquus est et in maiori iniqu⁹ ē. Quia dr. xiiij. q. vi. Fur. nō furtū sed mens furātis attendit. Itē qui emūt vel vendunt et decipiunt ꝓximos mentiēdo iurādo. cuā in paruis rebus grauiter peccāt. Silr qui in diebꝫ festiuis mercācias exercēt et abstinēt se a missa ꝛ dei ꝯuinio. Itē meretrices totiēs se dyabolo vendūt quotiēs actū luxurie exercēt et peccāt mortaliter. et tā sunt pauꝑes. Itē opatores qz opa sua fraudulēter faciūt. Silr artifices. i. Thes. iiij. Nemo circūueniat fratrē in negocio. qz dicit aug. Ꝓcess̄ nō dimittit ꝛc̄. Terci pauꝑes sunt supbi q̄ inuident diuitibꝫ de bonis a deo eis collatis. De q̄bus Cassio. supꝑs. Si supbiat paup nō est dei pauper et si locuples būilitatē habet nō est seculi diues. Voluntates enī taliū sunt inspiciēde et nō nomina. Nā paup supbus multū est repbensibilis. qz nō habet occasionē supbie sicut diues

Sed diues q̄ est būilis multū est laudabilis Et talis paup bz duplex damnū. hic habet pauptatē et in futuro dānatōez eternā ꝓpter supbiā et inuidiam que sunt pcā dyabolica Sap̄. ij. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbē terrarū. et sunt filij mortis eterne. i. Joh. iij. Qui nō diligit manet in morte. Hylaris enī expedit q̄ hic sunt pauꝑes. Idcirco facē necessitate vtutem et sustine pauptatē tuam patiēter. Eccl. ij. In dolore sustine in būilitate tua paciam habe. qm̄ in igne ꝓbat aurū ꝛ argentū. homies vero receptibiles in camino būiliatōis. Dicit nāq̄z gre. in dyalogo. pauꝑtas bonis mētibꝫ est humilitatis custos. Quarti pauꝑes qui damnant sunt illi q̄ dū vidēt diuites alios exercere vsura ludere vel in vestibꝫ supbire vel gulose viuere ipi etiam libēter vellēt sic vivere si bēnt pecuniā. et q̄ sic optāt pecūias peccāt mortaliter. qz ad malū finem et vsum. i. Thimo. vi. Qui volunt diuites fieri incidūt in tēptatōes et in laqueos diaboli. Dicit enī Anf. in li. de similitudinibꝫ. Sicut bona volūtas est ozigo vtutis sic mala ozigo vicij et crimis. ꝛ tales peccāt ꝺ nonū ꝓceptū. s. nō concupisces. Aliqui sunt q̄ licet nō furant tñ dimittūt furtū solum ꝓpter pnā. illi ꝓpter malā voluntatē damnant. et tales sunt miseri et infelices hic et i futuro pauꝑes. qz sine grā. Bern. est pauptas pniciosa carere dei grā. ¶ Quinti pauꝑes sunt q̄ saluant qui elemosinā recipiūt et paupta tē libēter sustinēt. ꝛ libēter essent diuites si esset volūtas dei. sed ꝓtra volūtatē dei et iusticiam nollēt bre quascūq̄z diuitias. sed potius vellēt sustinere pauptatē lazari qui micas panis bre nō potuit. q̄z quicq̄z ꝓtra deū habere. De talibꝫ dicit aug. Nō tibi displiceat pauptas tua. nihil enī diuitius pt inueniri vis scire q̄z locuples sit qui celū emit. Et tales tenē mur fideliter orare ꝓ illis a quibꝫ elyam accipiunt et q̄ ꝓ eis laborant et de suis laboribꝫ administrāt. Nā si tales pauꝑes ꝓ se laborare nō pñt tunc frequēter orare dēbēt. r. q. i. qz. Quia sacerdotes ꝓ omnibꝫ orare debēt a quibꝫ elemosinā accepunt sic et seculares. Exemplum de quodā paupe q̄ vestē accepit a pegrino. ꝛ oblitus est orare ꝓ eo. postea ipa veste est exutus et grauiter punitus. Serū pauꝑes sunt qui saluant qui se nutriūt de suis fidelibꝫ la

boribus. et illi dicunt beati p ps. cxxvij. Labores manuū tuarū ꝛc. ut opariij qui artificij sui opa nō falsificāt. et bonā intentōem in labore habēt. De quibus Sap. iij. Bonorū laborū gloriosus est fructus. X. Sed d. qualis debet esse intētio. Rñdet prima ut iuste habeāt vnde viuāt. et ne necesse habeant furari vel rapinā facere vel vsurā ꝛc. et iō bonum est addiscere artificiū cuilibet. nam octauianus impator noluit filiā suā esse sine arte laborādi. sz heu iā aliqui diuites verecūdant q eorum filij deberent studere aliqd artificiū pmittētes eos ociari. nō ppendētes illd iob v. Hō nascit ad laborē et auis ad volatum. et ij. Thes. iij. Si quis nō vult opari nec manducet. Et ade dictū est Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Scda intentione caro habeat occasionē peccādi. Sen. Ociū est sentina viciorū. Eccī. xxxiij. Multā maliciā docuit ociositas. legit in vitaspatrū. laborās habet vnū diabolū temptatorē sz ociosus mille. Ideo Ephe. iiij. Nolite locū dare diabolo qd facit ociosus. vñ sicut in aqua tepida residēt musce. et in aqua stāte crescūt vermes. sic in anīa ociosa generāt multa mala. Ideo hier. hortat. Sp aliqd opis facito ne te diabolus inueniat ociosū. Tercia intētio ut habeat vñ subueniat necitatē patienti. vnde cū omes laborare nō pñt ppter infirmitatē aut seniū vel aliā causam si deus tibi ꝯtulit fortitudinē corpis labora ut paupi subuenias. et illa elemosina multū placet deo si ē sine pctō mortali. ad ro. viij. Scim⁹ qm di. dū oīa cooperant in bonū. Septimi paupes sūt qui nō solū saluant. sed et magnā glam habebūt in celo. et hi sunt q omia voluntarie ppter deū relinquūt dicētes cū beato petro Math. xix. Ecce nos reliqmus oīa ꝛc. Bern. Felix pauptas oīm volūtarie relinquētiū. et illi pauperes sunt optimi. Hugo. Bonū est sua pauperibus erogare sed melius est oībꝫ renūciare. et xpm imitari. Bern. Volo te esse amicum pauperum. magis tñ xpi imitatorē. Iste ē gradus proficientiū. ille pfectorū. Mathei. xix. Si vis pfectus esse vēde oīa que hēs et da pauperibus. et s. m. et h. the. in celo. ad quod nos pducat ꝛc.

De eadez dominica

Sermo. cvi

Homo quidā erat diues qui induebat purpura et bisso. et legit vbi supra. Y. Mistice homo iste ē cristus. Et dicit qdā ppter status excellētiam. qz in omnibus qui sunt fuerūt et erūt nō habebat silez. et h ppter quiqz causas. Prio ppter pctī immunitatē Isaie. liij. ꝛ. i. petri. ij. peccatū nō fecit. Sed alij omnes declinauerūt. ps. xiij. et. lij. omnes declinauerūt. et alibi. cxv. oīs hō mēdax. Scdo ppter cōiunctā diuinitatē. Joh. i. Verbū caro factū est. Tercio ppter gre vbertatē. Eccī. xxiiij. In me oīs gra vie et veritatis. Quarto ppter singularē ꝯceptibilitatē et natiuitatē Isa. vij. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū Isaie. liij. Generationē eius qs enarrabit. s. in terris sine pre. in celis sine matre. Quinto ppter singularē ptātē. Mat. vl. Data est mihi oīs ptās in celo et in terra. Iste hō erat diues qz oīa que sūt fuerūt aut erūt sua erant. ad Coloceñ. ij. In ipo inhabitat oīs plenitudo diuitatis corpaliter. Hic ergo singularis hō ut supmā et pfectā diuitiarū copiā thezaurisaret induebatur purpura passiōis et bisso inocētie. et epulabatur qtidie splēdide portās cumulū supme actionis meritorie. Idcirco iste dñs diues ihūs xpus aliqñ in scripturis dat in exēplū caritatis. Joh. xv. Hoc ē pceptū meū ut diligatis inuicē. Aliqñ in exēplū hūilitatis. Math. xi. Discite a me qz mitis sum ꝛ humilis corde. Aliqñ in exēplū pauptatis. Mat. viij. filius hoīs nō hz vbi caput ꝛc. aliqñ in exemplū misericordie et pietatis. Luce. vi. Estote misericordes. Et sic hic mistice se poit in exempluz in diuitiarū cumulatōe. Judicū. vij. Qd me videritis facere h omes facite. i. diuitias spūales sicut me videtis facere ꝯportate. i. Joh. ij. Qui dicit se ī xpo manere dz sicut ille ambulauit ꝛ ipe ambulare. Bern. vtinā fratres essem⁹ cupidi gre spūalis quēadmodū tpalis pecunie sunt pctōres. magna em ꝯfusio q illi desiderāt pniciosa pl⁹ qz nos vtilia fructuosa Et de tpalibus diuitijs dicit Job. xxvij. Diues cū dormierit nihil secū afferet. De spūalibꝫ vero dicit ps. cxxvi. Cū dederit dilectis suis somnū ecce hereditas ꝛc. Ideo greg. in ome. Veras diuitias amate. Z. Unde

quattuor sunt diuitie nobis possibiles in scri
ptura ꝓposite quas qui cõsequit̃ ꝟaciter est
in deo diues. Prime diuitie sunt pure ꝯscie
Eccl̃i .xiij. Bona est substãtia cui nõ est pec/
catũ ĩ cõsciẽtia. Et hee diuitie acquirũt̃ ꝑ pe
nitentiã. Berñ. Ascendat hõ tribunal sue m̃
tis ut audiat cãm p̃terite vite sue. sedeat ratõ
iudicãs. stet cõscia accusans. assit memoria te
stificãs. et quidq̃d rõni tãq̃ iudici p̃ntatũ fue
rit annihilet̃. et tãdiu hoc agẽtes donec spũs
q̃escat a laboribꝰ. et dicat̃ spũaliter nobis ut
marie magdalene. dimissa sunt ei pctã. vade
in pace. et sic in his diuitijs homo habꝫ pacẽ
ꝓuer. xxi. Thesaurus desiderabilis et oleũ in
habitaculo iusti. ꝓuer. x. Substãtia diuitis
vrbs fortitudinis eius. Scd̃m genus diuiti
arũ spũaliũ cõsistit in cumulo meritoꝝ. igitur
his diuitijs magnũ cumulũ ꝯptare debemꝰ.
opa nr̃a agere debemus triplici exercicio. ⁊ i/
stas diuitias frequẽter q̃rere. Primo debemꝰ
opari freq̃nter ut sint multa Eccl̃s. ix. Quod
cũq̃ facere põt manus tua instãter opare. et
ita instanter ut dicit̃ Eccl̃s. xi. Mane semina
semẽ tuũ et vespe ne cesset manus tua. Ber.
Nullũ vnq̃ ꝟuũ dei inueniat nec dies nec ho
ra nisi in exercicij labore vel ꝓficiendi studio.
vel experiendi dulcedine aut fruẽdi gaudio.
Scd̃o debemus opa nr̃a facere sapiẽter ne a
liq̃d rep̃hensibile aut fedũ in bonis opibꝰ infi
scemus. Leuitici. xix. Agꝝ tuũ nõ seres diuer
so semine. Eccl̃i. xxxiiij. Vnus edificãs ⁊ vnꝰ
destruẽs. quid ꝓdest illis nisi labor. vnꝰ orãs
et vnus maledicẽs cuius vocẽ exaudiet deꝰ.
Eccl̃s. ix. Qui in vno peccauerit multa bona
ꝑdet. Jaco. ij. Quicũq̃ totã legem seruaue
rit offendat aũt in vno factus est omniũ reus
i. Corin. v. Modicũ fermentũ totã massam
corrũpit. Tercio faciamꝰ opa nr̃a diligenter
et erũt nobilia. dñt enim opa nr̃a fieri et ꝓce
dere ex nobili subiecto affectu et obiecto. pri
mo subiecto. i. radice. A. Sunt em̃ tres
radices ex q̃bus agimus bonũ. res aĩa et cor
pus. ex rebꝰ bonũ agimus elemosinã largien
do. ex corpe ip̃m ꝟuitio dei ꝯstrigendo. ex aĩa
deũ ꝯtemplãdo. Berñ. Nullũ nobilius ẽ ex
erciciũ hoĩm q̃ quod fit in illo q̃d est melius
i. in aĩa. ⁊ sic liquet ꝙ cõtẽplatio que surgit ex
aĩa melior est q̃ actio. Scd̃o ex nobili affectu
s. deuotõe et caritate. i. Cor. xvi. Om̃ia opa
vr̃a in caritate fiãt. Tercio ex nobili obiecto.
Sũt em̃ opa nr̃a varia. aliqua peccata dimit
tũt. aliqua hoĩes instruũt. aliqua elemosinas
p̃bẽt. Sed optima sunt que in deũ libere ordi
nãt̃. i. Cor. x. Oĩa in glaꝫ dei facite. de talibꝰ
dicit̃ illud ꝓuer. x. Egestatẽ opata est manꝰ
remissa. manꝰ aũt fortiũ diuitias parat. Ter/
ciũ genus diuitiarũ spũaliũ cõsistit in ꝟtutũ
opulentia. in quibꝰ erimus tãto ditiores q̃
to ꝟtutes ꝯportabimus meliores. Gre. Ve
re diuitie nõ opes sed ꝟtutes sunt. B.
Que aũt virtutes efficiũt nos ditiores. dic̃
Berñ. Hũilitas hoĩem deo subijcit. iusticia
deducit. obediẽtia cõducit. patiẽtia ꝓducit. ꝑ
seuerãtia introducit. puritas cõiungit. caritas
vnit. Et sic charitas qꝛ vnit nobilior inuenit̃
et sic ꝯsequẽs est ꝙ eadẽ virtus faciat nos p̃
ceteris ditiores. Sicut em̃ aurũ omne metal
lũ nobilitat. sic charitas om̃e opus Apoca. iij
Suadeo tibi emere a me aurũ ignitũ ꝓbatũ
ut locuples fias. et sic charitas facit nos diti
ores. qꝛ includit om̃es ꝟtutes. phũs. Qui
hꝫ vnã ꝟtutem habet omnes. Etiã charitas
oĩa sustinet aduersa. et sic est pacĩa. cũ bene fa
cit odiẽtibus est benignitas. cũ nõ extollit̃ ẽ
hũilitas. cũ obtꝑat supioribꝰ est obedientia.
cũ execrat̃ carnis feditatẽ est castitas. cũ diui
tias abijcit est pauꝑtas. et sic de singul̃. Eccl̃i
xliiij. Laudemꝰ ⁊c. sequit̃ Homĩes diuites
in ꝟtute. pulchritudinis studiũ habentes.
Quartũ genus diuitiarũ spũaliũ ꝯsistit ĩ dei
p̃ntia. quo solo habito om̃ia bona possident̃
plenissime. ut possemus dicere illud Thob.
x. Oĩa simul in te vno hñtes te nõ debuimꝰ
dimittere a nobis. Aug. Qui deũ hꝫ oĩa hꝫ.
qui deo caret nihil hꝫ. ita deus p̃t dicere no/
bis illud Geñ. xxx. Modicũ habuisti anteq̃
venirẽ ad te. et nũc diues effectus es. Quã/
do aũt iste diuitie acquirũt̃ patet ꝑ hoc ꝙ deꝰ
vnitus aĩe omnes diuitias ei cõicat quas ex
ꝑte diuinitatis ab eterno habuit. et quas ex
hũanitate in tpe acquisiuit. nã ex ꝑte diuini/
tatis ꝑticipat aĩa patris potẽtiã. ut sit potens
a filio sapiam a spũ sctõ clemẽtiã. Johan. xv
ij. Omnia mea tua sunt et tua mea. Cantico
rũ ij. Dilectus meus mihi. et ego illi.

Dominica secũda

post trinitatis.

Sermo.cvij

Homo quidā fecit cenā magnam et vocauit multos. Luce.xiiij.

E. Dicit Cōstātinus. Qui nimis se exercitāt in labore corpali p nimiā caloris intensiōez humores nimis cōsumentē se destruūt et ꝯsumūt. et ob hoc canes venatici solū viuūt ad.x.annos. domestici ad.xiiij.ut dicit aristo. In nimiū vero q̄escē tibꝰ causa est ꝯtria. qꝛ in ipis est magna et immoderata humiditas supflua disponēs ad putrefactōem. Mistice. sic qui se nimis occupāt corpalibus et tpalibus ꝯsumūt in se hūores deuotōis p calorē et dilectōem inordinatam quā ad ea hñt. d quibꝰ ps.lvij. Supcecidit ignis et nō viderūt solē. Glosa. ignis supcecidit inordinati amoris tpaliū. et nō viderūt solē. i. vitā eternā ꝓpter defectū deuotōis. et sic corrūpunt̄ et damnant̄. i. Cor.vi. Nolite errare ꝛc. et sequit̄. neq; fures neq; auari nec ebriosi nec maledici nec raptores regnuz dei possidebunt. sic q̄ nimis q̄escūt sequētes carnales delectatōes et voluptates ꝓpter carnales hūores putrescūt in aīa et intereūt p eternā damnatōem. ideo Ro.viij. Qui autez in carne sunt. i. carnalibꝰ desiderijs deo placere nō pñt. quoꝝ damnatio oñdit̄ in pabola pñtis euāgelij. vbi dicit̄. homo quidā fecit ꝛc.

D. In summa euāgelij tria innuunt̄. primo magnifici cōuiuij p̄patio. ibi. homo q̄dā. Scdo inuitatoꝝ iniqua excusatio. Tercio excusantiū digna reprobatio. ibi. nemo virorū. De primo dicit. in illo tpe. s. cū xp̄s inuitatus fuit a principe phariseorū vbi sanās idropicū docuit eū cū facis cōuiuiū voca paupes illi nō hñt tibi retribuere. sed retribuet̄ tibi ī regno celorū. Tūc dixit vnus. Btūs q̄ manducabit panē in regno dei. Tūc dixit pabolā istā. homo q̄dā Cirillus. i. deus pr̄ q̄ dicit̄ hō ꝓpter benignitatē. vel etiā p̄t intelligi filiꝰ ꝓpter susceptā hūanitatē. de qua loquit̄ Richar. Cū audio deū hoīez factū quasi de graui somno ad spez salutis euigilo. quasi ꝯfortatus vires resumo. quasi reuocatꝰ ad me redeo quasi viuificato calore calesco. et gr̄as deo meo ago. Et merito qꝛ s̄m aug. in s̄mōe de natiui. Qui me in principio p maiestatez creauit in humanitatis carne venit et saluauit. descēdit deus ut homo ascēderet. fecit se hoībꝰ participem ut hoīem faceret deo ꝯsortē. factus ē deꝰ homo ut hō fieret deus. nō natura sed gr̄a. hec ille. Et dr̄ hō quidā discretiue ꝓpter singularē ꝯceptū et natiuitatē. qꝛ ip̄e solus ē hō ꝯceptus de spūsctō. natus ex maria virgine. Secundo dr̄ quidā ꝓpter singularē immunitatē qꝛ sine peccato originali et actuali. i. petri.ij. Peccatū nō fecit. ps.xiij. et.lij. Omēs declinauerūt vsq; ad vnū. Tercio dr̄ quidā ꝓpter singularē dignitatē rōe vniōis diuinitatis cū hūanitate. Joh.i. Verbū caro factū est. Athanasius. Perfectus deus pfectus homo.

E. Vñ duplicē cenā fecit xp̄us. vicz cenā gratie et glorie. Primo cenā spūalis gratie. Apoca.iij. Ego sto ad ostiū et pulso si q̄s audierit vocē meaz et apuerit mihi ianuā intrabo ad illū et cenabo cū illo. i. gr̄e mee participē faciā. Quia dr̄ Joh.i. Gratia ꝛ vitas p ihm̄ xp̄m facta est. Et dicit̄ cena. qꝛ in vltima etate mūdi pata. nō añ legē. nō in lege. i. Cor.x. Nos sumus in quos fines seculorū d̄uenerūt. Et dr̄ cena magna ꝓpter dignitatez et p̄ciositatē cibi. De q̄ Joh.vi. Caro mea vere est cibus. Etiā dr̄ cena magna rōe charitatis magne De qua ps.lxviij. Zelus domꝰ tue ꝯmedit me. et Joh.xv. Maiorē hac dilectōem nemo hz. Bern̄. Puto q̄ oēs angeli suis intelligētijs nō pñt cape vehemētiā caritatis. Ad hāc cenā gratie itur p viā charitatis. Aug. Charitas est via dei ad hoīes et hominū ad deum. Scda est cena glorie. de qua Apoca.xix. Beati q̄ ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sunt. Et dr̄ cena ꝓpter cene ꝓprietatem. Primo qꝛ sicut post laborē cena recipitur. sic beatitudo gl̄e. ps.ciij. Exibit hō ad opꝰ suū. et ad opatōz suā vsq; ad vesperꝝ. tūc dabit̄ cena et merces. Math.xx. Cū sero factum essz ꝛc. voca oparios ꝛc. Isaie.liij. ꝓ eo q̄ laborauerit aīa eius videbit et saturabit̄. Scdo dr̄ cena ideo qꝛ post cenā non redit̄ ad laborem sed ad requiē. et sic erit in gloria. Apoca.xiiij Amodo dicit spūs ut req̄escāt a laboribus suis. et Isa.lviij. Requiē tibi dabit dñs deus tuus sp. Tercio qꝛ ad cenā solū inuitāt̄ boni amici et singulares et nō alieni. ut figurat̄ genesis.xliij. Joseph cenauit cū fratribꝰ exclus

egiptijs. et sic xp̃us cū electis exclusis pecca toribus Joelis.iij. Et erit ibrl'm sancta ꝛa liem nō trāsibūt p eā amplius. Mat.vij. Nō omnis qui dicit mihi dñe dñe ꝛc. et tales sūt ami ci dei. Matb. xij. Quicūq; fecerit volūtatē patris mei qui in celis est ipe meus frater so/ ror et mater est. ✠ F- Item dicit cena ma gna. primo ꝓpter ꝓuinarū pluralitatē. Mat. viij. Multi veniēt ab oriēte et occidente ꝛc. Reuera multi Apoca. vij. Vidi turbā mag nā quā dinūerare nēo poterat. Scdo dicit magna ꝓpter ministrāciū nobilitatē. qz ange lorū ut figurat̃ hester. i. Rex ꝓposuerat singu lis mēsis ministros ex suis principib. i. ange lis. ad hebre. i. Omnes sunt admistratorij spūs. Tercio ꝓpter ferculoꝝ dignitatē. Pri mū ferculum est clara visio diuinitatis. i. Jo han. iij. Videbimus eū sicuti est. Est enim generale puerbiū. melius ferculū boni bospi tis est iocūda facies eius. Sic deus pī ꝓ pri mo ferculo exhibet iocūdissimā faciē in quo erit salus nr̃a. ps. lxxix. Oñde nobis faciē tu am ꝛ sal. e. Hoc ferculo cibant nūc angeli in celo. Mat. xviij. Angeli eorū sp videt faciē patris ꝛc. Aug. Visio dei est tota merces. et sic nūc sancti in celo refician̄t. Unde aug. vi. de ciui. dei. Sicut sācti nūc vidēt deū sic nos visuri sumus eū. hoc erit tāi saporis qꝫ dicit ps. lxxxiij. Melior est dies vna in atrijs tuis supꝫ milia Ubi aug. Tāta est iocūditas vite eterne in clara dei visiōe. ut si etiā nō liceret i ea āpli? manere cū vnius diei mora. ꝓt ꝝ in numerabiles anni deliciarū huius vite cōtē nerent. Quia fm Bern̄. Illud solū est verꝫ gaudiū quod nō de creatura sz ō creatore ꝓci pit. in ꝓpatōe illius omnis iocūditas meror ois suauitas doloꝝ. omnis dulcedo acerbitaꝫ ois decor horribilitas? Scdm ferculū erit vi sio humanitatis. Joh. xvi. Videbitis me et gaudebit cor vr̃m. Videbimus em illā būa nitatē p quā dignificati sumus in natura. cō/ solati et redempti in gr̃a. videbim? eius clari tatē. de qua letificatus est petrus. Mat. xvij. Bonū est nos hic esse. Terciuz ferculū visio vnionis hūanitatis et diuitatis. Bern̄. Ple nū erit omni dulcedine videre boiem et bo/ minis cōditorē. Figurat̃ numeri. xiij. Fruct? terre ꝓmissiōis erāt triplices. ficus. vue. ma lagranata. De quib fructib ps. cij. Reple/ bit i bonis desideriū tuū. ut impleatur illud Job. x. Ingredient̃ et egredient̃ et pascua inueniēt. ingrediēt in diuinitatē. et egrediēt in hūanitatē. ✠ G- Quarto dicit cena ma gna ꝓpter copiositatē ferculoꝝ. De qbꝫ ter. Fercula celestis cōuiuij sunt tā magna qꝫ non pñt mēsurari. tā lōga qꝫ nō pñt terminari. taz pñt mēsurari. tā lōga qꝫ nō pñt terminari. taz multa qꝫ nō pñt numerari. tā ꝓciosa qꝫ ñ pñt estimari. Ideo aug. Fide nō attingit̃. spe nō capit̃. charitate nō cōprehendit̃. delideria trāi gredit̃. acquiri pōt. estimari nō pt. i. Cori. ij. Quod oculus nō vidit ꝛc. Ibi gaudebunt supꝫ se de dei visiōe. infra se de inferni evasiōe intra se de corpis et aie glorificatōe. circa se ō boim et angeloꝝ associatōe. ut impleat illud Thob. x. Oia simul in te vno hñtes. ꝛ aug. de ciui. dei. ca. vlo. O qꝫta ē illa felicitas vbi nullū latebit bonū nullū aderit malū. Quito dicit cena magna ꝓpter pfectā sanctatē. De qua ps. xvi. Satiabor cū apparuerit gla ma. ibi satiabit intellectus. Bern̄. Ibi mgēm se/ mel vidisse oīa didicisse est. Ibi implebit illud Hiere. xxxi. Nō docebit vltra vir ꝓxim et vir frēm suū dicēs. Cognosce dñm. oīes em ꝓgnoscēt me a mīmo vsqꝫ ad maximum. Aug. de ci. dei. li. xxij. ibi esse nūm nō habebit defectōem. nosse nūm nō habebit errorē. ibi e rit sufficiētia sine omni indigētia. iō Bolzn? Brūndo est status oīm bonoꝝ aggregatōne ꝓfectus. qz dicit mgr̃ in. iij. di. xlix. Beatus est q̄ habet oīa q̄ vult et nihil mali vult. nam q̄q̄d amabit̃ aderit. nec deliderabit̃ qō nō erit. et sic erit pfecta lacietas. Sexto de cena magna ꝓpter duratōis eternitatē. ps. lv. de lectatōes in dextera ma vsqꝫ in finē. i. in etnū Isaie. lxv. Gaudebitis et exultabitis vsqꝫ i sempiternū. Aug. O bō exarde se in amore et deliderio vite eterne. ibi actio nō opasa. re quies sine deli dia. laus sine fastidio. sine de fectu vita. ibi nulla deficiēa sed ois supefluā entia. Figurat̃ ꝓ cōuiuiū assueri qō durauit ꝓ septē dies qbꝫ omnia numerant̃ fm eterni tatē. Sap̃. v. Justi imꝑpetuū viuēt. ✠ Ad hoc cōuiuiū vocauit multos. Matbei. xi. Uenite ad me oēs. Bre. Multos vocauit sz pauci venerūt. qz male viuēdo cōtradicunt O qꝫ multis modis nos vocauit. Primo v ce diuina. vox em diuina est inspiratio intra. Aug. Locutio ē occulta inspiratio. Job. iij.

Cena dr. magna ipsa de mensa.

1°

2°

3°

3° principalis

1m

3m

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

Porro ad me dictū est verbū absconditum. Gre. in mora. Verbū abscōditū est diuinuz inspiraculū. ps. lxxxiiij. Audiā quid loquat̄ in me dn̄s. sed aliq̄ nolūt audire qd̄ ꝯquerit̄ Job. xix. Seruū meū vocaui et nō respōdit. ore ꝓprio dep̄cabar illū. Gre. in. xxi. moraliū Vox dn̄i audit̄ dum inspiratio mēte cōcipitur. Scd̄o vocauit ꝑ lr̄as. i. ꝑ p̄dicatores vbi ꝓponūt̄ dei verba quasi q̄dam lr̄e. de quo in textu. misit seruū suū. i. ordinē p̄dicatorū. de quo Job. xx. Sicut misit me pr̄ et ego mitto vos. s. in mūdo p̄dicare. et Math. x. Qui vos audit me audit. luce. xi. beati q̄ audiūt verbum dei. Tercio vocauit nutu manus. i. bn̄ficiorū largitōne. de quo Job. xiiij. Vocabis me et ego rn̄debo tibi. Opi manuū tuarum porriges dexterā. i. ꝓspitatē. Sed huic vocationi ꝯtradicūt multi abutēdo non in ordine ad deū sed in se diligēdo Aug. Vere diligūt tua nō ꝓpter te sed ꝓpter se. Quarto ꝑ nūciū i. ꝑ tribulatōez. de quo in textu. cōpelle intrare. Gre. Mala que nos hic p̄mūt ad deū ire cōpellunt. Sic discipuli cōpellebant̄ ad suscipiendū dn̄m cū nauicula fluctibꝫ opiret̄. et sic nos in tribulatōibus. ps. cxiiij. tribulationem et dolorē inueni. ⁊c̄. et ps. xc. cū ip̄o sum in tribulatōe. J. Et nō solū cōpellit sz etiā trahit. Osee. xi. in funiculis adam trahā eos. i. in penalitatibꝫ. Aug. Felix necessitas q̄ ad meliora cōpellit. Sed heu huic vocatōni ꝯtradicūt aliqui murmurādo dicētes O domine q̄d ꝑmittis sup me. nō faciūt ut Job. ij c. Si bona suscepimꝰ de manu dn̄i. mala aūt quare nō sustineamus. Dicamus igit̄ cū btō aug. Hic seca. hic vre. ut in eternum parcas Mat. xi. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos. In hac vocatione ꝓmittit seip̄m eternaliter fruendū. Genesis. xv. ego ero merces tua magna nimis. Gre. Quis enarrare sufficit q̄ta erūt superne ciuitatis gaudia. angelorū choris interesse dei videre vultū. nullo metu mortis affici. incorruptōnis ꝑpetuo munere letari. Et de tali quadruplici vocatōne habet̄ ꝓuer. i. Vocaui vos et rēnuistis scz ꝑ p̄dicatōem. extendi manū meā ꝑ bonorū largitōem. et nō fuit q̄ aspiceret. sed q̄ reciꝑet ut porcus nō leuās rostrū ad arborem quercus ad gratiarum actionez. et sic nec vos voluistis referre gratiarum actionem. Despexistis omne consilium meum. id est inspirationem. et increpationes meas id est tribulatōnes neglexistis. Ego q̄z in interitu vestro ridebo. cū vos sine penitētia recipiam hora cene. i. in fine seculi. R. Subdit. dicere inuitatis ut venirēt. qꝛ iam ꝑata sunt omnia. Reuera deus pr̄ in xp̄o parauit omnia nec̄aria ad vitā eternā. qꝛ pctōꝝ remissionem. gr̄e collatōem. sacramentorū efficaciam. remouit pr̄is offensam. mūdauit ꝑ suum sanguinē nr̄am cōscientiā. apuit suo sanguīe celi ianuā. Hebre. x. Fiduciā habemꝰ in introitu sctōꝝ in sanguine xp̄i. ꝑatus est locus. Johan. xiiij. Vado ꝑare vobis locū. et paratus est cibus ps. lxvij. Parasti in dulcedine tua pauꝑi deus. naz meritis xp̄i ꝑata sunt nobis om̄ia bona ad eternā vitā correq̄sita solū sup est q̄ pctōres leuent manus et faciē. i. ꝯsciaz et opa. ps. xvij. s̄m puritatē manuū mearum retribuet mihi. quia dicit Aug. Qui te creauit sine te non saluabit te sine te. qꝛ oportet nos cooꝑari ad tantā beatitudinē ꝯsequendā. Sed heu cōqueritur grego. Peccatores seducti amore tꝑaliū obliuiscunt̄ eternorum. L. Dixi scd̄o subiungit̄ inuitatorū iniqua excusatio dicēs. et ceperūt simul om̄es excusare. o lamētabile factū. deus homo factus ī humanitate passus vult diuidere hereditatē suā nobis et nos sꝑnimus et excusamꝰ. Gre. Pius dn̄s offert qd̄ rogari debuit. nā cum potēs diues aliquem pauꝑem ad mensaz vocat. occurrere festīat et nos ad dei inuitamur ꝯuiuiū et nos excusamus. Gre. Ille se excusat qui plus diligit terrena q̄ celestia. nā tanto disiūgimur a sup̄nis quanto inherem⁹ terrenis. aliqui terrene glorie. aliqui terrenis bonis. aliqui terrenis delectatōibꝫ inherēt Primo aliqui terrene glorie. de quo in textu. primus dixit. villam emi. August. In emptōe ville intelligit̄ sup̄bia dn̄ationis. et bn̄. Ecc̄i x. Initiū oīs peccati est sup̄bia. hāc villā sup̄bie emit lucifer. Isaie. xiiij. In celū cōscēdaz et similis ero altissimo. sed in infernū ē dimersus. Ibidem. Quomodo cecidisti lucifer ⁊c̄ Item Luce. x. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Hanc villam emit Nabuchodonosor cum ambulauit in aula babilonis. cum dixit. Nonne hec est babilon ciuitas magna quā ego edificaui in domū regni ī

robore fortitudis mee ⁊ in gl̃ia decoris mei. Cũq; sermo esset adhuc in ore regis vox de celo ruit. tibi dicit nabuchodonosor rex. Regnũ tuũ trãsibit a te. et ab hoib⁹ ejiciẽt te ⁊ cũ bestijs et feris erit habitatio tua. fenũ quasi bos p̃medes et. vij. tpa mutabunt sup te. donec scias q̃ dñet excelsus in regno hoim. et cuicũq; voluerit det illud. et factũ est. quia dicit p̃s. xxx. retribuet abũdãter faciẽbꝰ superbiaz. Hãc villã dñatõis emit balthasar rex danielis. v. cũ fecit cõuiuiũ grande optimatibus suis. cepitq; tã temulẽtus rex ut afferrẽtur vasa aurea et argẽtea que asportauerat nabuchodonosor p̃r eius de tẽplo q̃ fuit in hierusalẽ. ut biberẽt in eis rex et optimates eius uxores q; et cõcubie. bibebãt vinũ et laudabãt deos suos aureos et argẽteos et ferreos ⁊ ereos ligneos q; et lapideos. In eadẽ hora apparuerũt digiti quasi manu vnis scribentis p̃ cãdelabrũ in superficie parietis aule regie. mane. thetel. phares. et rex aspiciebat articulos manus scribẽtis. tunc facies regis cõmutata est. et genua eius ad se inuicẽ collidebantur. exclamauit itaq; rex fortiter ut introducerẽt sapiẽtes babilonis. sed nõ potuerũt scripturã legere. et p̃misit quicũq; interp̃taret vestiretur purpura. et torquẽ aureaz habebit in collo. et tercius in regno erit. et ingressi sapiẽtes babilõis nõ potuerũt scripturã legere nec interp̃tari. Rex cõtristat⁹ ẽ regina audiẽs ingressa est et ait. Rex in eternũ viue. nõ te p̃turbent cogitatões tue. est in regno tuo vir qui habz spm̃ deorũ in se nomine daniel et vocetur et narrabit interp̃tationẽ. et introductus est et p̃misit ei donaria. trãdit. munera tua sint tibi. scripturã legã. et dixit. Tu balthasar fili⁹ nabuchodonosor non humiliasti cor tuũ cũ scires omnia que acciderũt p̃ri tuo et aduersus dñatorem celi eleuatus es. idcirco scriptura hec digesta est. mane. i. numerauit regnũ tuũ thetel. i. appensum est in statera. phares. i. diuisum est et datũ est medis et p̃sis. et eadem nocte interfectus est rex. Ideo Jac. iiij. deus superbis resistit. Hãc villã emit regina vasti. hester. i. et repudiata est ab assuero q; sprevit eũ in cõuiuio. ¶ S. Q̃ multa mala facẽ superbia. primo impedit salutẽ. Gre. Qui diligũt vanam gl̃iam amittũt eternã. Secũdo facit cõsuetudinis p̃aue necessitatẽ. Aug. in li. confes. Dũ p̃suetudini p̃ue nõ resistitur fit necessitas. ideo dixit in textu necesse. Tercio facit mentis euagatõnem ibi. exite. q; hõ a se ipo exit a p̃pria cognitõe putãs se talẽ ẽ qualis nõ est. Quarto facit solicitudinẽ ibi. et vilis nõ est. Quarto facit solicitudinẽ ibi. et vilis nõ est. Quarto facit solicitudinẽ ibi. et vil

pagatõez sobolis ꝓuidentia diuina instituit nonnulli ñ non fecunditatẽ ꝑdis sed deside/ria expetũt voluptatis. De talibus Thobie vi. qui ita ꝓiugia suscipiũt ut deũ a se et a sua mẽte excludãt. supillos demoniũ habet pote statẽ. quid hic sup fornicatores et adulteros de talibus. i. Corin. vi. Regnũ celoꝝ possidere nõ pñt. ideo exclamat Aug. de conflic. vi ciorũ et vitiũ. O q̃ parua ẽ hora ꝙ cubit? ꝙ qua ꝑdit vita eterna. ergo ille non peruit excusatõem sed dixit. nõ possum venire. quia infamat voiem. Greg. in mora. Luxuria hebe tat sensum. cõfundit intellectũ. obscurat me/ moriã. Osee. iiij. Fornicatio et vinũ et ebrie/ tas auferũt coꝝ. i. Coꝝ. vi. Fugite fornicatio/ nẽ. Crisꝝ. sup math. ꝙ vsum libidinis efficit hõ aialibꝫ similis. hec sunt illa tria de q̃bꝫ. i. Joh. ij. Osne q̃ est in mũdo aut ẽ ꝙcupiscẽ na carnis. aut ꝙcupiscẽtia oculoꝝ aut superbia vite. De quo Isido. de sum. bo. li. ij. ca. iij. Luxuriosis superbis et auaris demones plus fautores existũt. de talibꝫ dicit textus. nemo virorꝝ illoꝝ gustabit cenã meã qui vocati sũt et se excusauerũt. Ideo greg. nemo ꝓtemnat nec vocatus se excuset ne dũ voluerit intrare non valeat. Ex dictis patet q̃ miseri sunt illi voies q̃ tales delicias coꝝpis et gaudia mũ di et honores seculi ꝑeligũt gaudijs eternis illic regnare cũ xpo. hoc nõ aduertũt seculi a/ matores. adulteri ꝛ fornicatores. q̃d dic̃ ber. Qui carnalibꝫ delicijs occupat̃ eternis indi gnus habet̃ cũ illa carnalia tranſitoria sunt et breuia. Gre. Momentaneũ est ꝛc. Sed d. quare deus posuit dulcedinẽ in creaturis. rñ det Bern. ut nos incitaret ad dulcedinẽ cre atoris. ad Ro. i. Inuisibilia dei ꝑ ea que fca sunt intellecta cõspiciũt ꝛc. Rogemus ig̃it.

Dominica tercia

Sermo. cviij

equitibus. qz ꝓualidi nimis. et nō sunt cōfisi sup ſcīm israel et dñm nō requisierūt. ipe autē dñs sapiēs adduxit malū. ſ. pene sup eos. et verba sua nō abstulit. et ꝓsurget ꝑ domū pessi moz. et ꝑ auxiliū opantiū iniquitatē Ideo ꝺ talibꝫ Sapie. vi. Potētes potēter tormēta patientur. et q potētes hic sunt o ꝓrimendo pauges et vim faciēdo viduis et orphanis. erūt in inferno amētes. et a vilissimis demonibꝫ torquebūt. ut dicunt sancti ad ꝓfusioēz malorū potentiū huius seculi dū morīūt ca pe eorū aīas ad eterna supplicia nō veniūt no biliores demones et potēnores sed viliores Valis aūt potētibꝫ huius seculi qui exercēt pompas suas in suppbia quid veniet post finē vite audi Baruth. iii. Vbi sunt prīcipes gēti um et qui dñant sup bestias que sunt sup ter ram. exterminati sunt et ad inferos descēderūt et alij loco eoz exurrexerūt. O. Ter / ci sunt qui ꝓfidūt in suo prudenti cōsilio. ml / ti et sūt q sciūt dare astuta cōsilia quō paupe res tꝛādentur. viduaz z orphanoz bona au ferāt. et quō mlā opꝓmāt iniuste. sedēt enī in latibulis suis in absc̄ōdito et excogitāt ma la ꝓsilia cōtra ꝓximos quō auferāt eos qui ꝑ tci sunt illis. sicut scriptū est in ꝑs. ix. Sedet in insidijs cū diuitibus in occultis ut interfi ciat innocentē. Oculi eius in paupem respici unt. et talibꝫ minat eternū ve. Isa. xxix. Ve qui ꝓfundi estis corde ut a dño absc̄ōdant ſ ꝑ silium. quorū sunt in tenebris opa et dicūt. qs videt nos et quis novit nos. puersa est dcor strā cogitatio quasi si lutū ꝑ figulū cogitet. et quis astuti sint ut sciāt excogitare mala ꝓsilia in quibus cōfidunt. maxime tñ cōfundent et in patibulo suspendēt. ut figurat ij. Reg. xv ij. de achitofel qui tunc tpis dedit cōsilia qua si deus. ita q multi quesierūt ꝓsilia ab eo. Et cū absolon filius regis dauid venit cū multi tudine magna in ihrlm contra patrē suum. z ꝑ eius dō fugit a facie absolonis cū exercitu suo. achitofel dedit absoloni ꝓsiliū ꝑ dauid iustū et innocentē. ut dimissa multitudine ex ercitus dauid interficeret. Quo audito chu si amicus dauid revelavit ꝓsiliū dauid regi. qui evasit manus absolonis. z sic cassatū est ꝑ silium. et ꝓfusus est achitofel. Qui confusus laqō se suspendit. qz ꝓuer. xxi. dr. Non ē sapia nō est prudētia. nō ē ꝓsiliū ꝓtra dñm. Job. v.

Qui dissipat cogitatōes malignoz ne possint implere manus eoz qō cepant. q appēndit sapiētes in astutia eorum. et ꝓsiliuz prauoz dissipat. Vnde gre. in moza. Deus dissipat ꝓsilia prauorū cum in eo q ꝑ diuinā volūta / tem agūt multotiēs implēt eā. nō tñ illis ad salutē sed ad damnatōem. deus enī scit vti ꝑ silijs et malis volūtatibꝫ aduersoz ad imple / tōem eterne sue volūtatis. nā in eo q mali bo nos ꝓsequunt et mali ꝓsilia ꝑ eos inueniunt in hoc ꝓparāt eos ad eternā felicitatē. multo / tiēs etiā in hoc seculo boni exaltāt in cōsilijs maloz sine velle eorū. et hoc ꝓbat gre. multi exēplis. Vnio de xpo. de quo. pōtifices iude orū et ꝓncipes sacerdotū inierūt malū ꝓsiliuz ex invidia cū viderunt totū mūdū eū sequi z omīs turbas ei inherētes ꝓpter suā celestē do / ctrinā et miracula. dicebāt. Quid facim⁹. qz hic homo multa signa facit. si dimittim⁹ eum sic. omnes credent in eū. et venīt romani z tol lent nrm locū et gentē. Vn⁹ aūt ex ipis Cay phas noīe cū essz pōtifex āni illi⁹ dixit. Vos nescitis dcōz nec cogitatz. qz expedit vobis. i. vule ē ut vn⁹ moriat hō ꝓ ꝓplo et nō tota gēs ꝑeat. Cōsiliū eoz in hūc finē fuit ut ois ꝓplus separet a xpo et ipse occideret ne turbe eum seqrent. Sz deus dissipauit ꝓsiliū eoz et ap / pbēdit eos in astutia dū q eoz cōsiliū occiso xpo innumerabiles turbe vnite sunt xpo ca / piti suo q fidem spez z charitatē. et vndevolu erūt xpm deficere. christus ꝓfecit et electi sui q ꝑ resurrectōem sibi ꝓiuncti sunt. Sic etiaz hēt gen. xxxvij. Frēs ioseph cū remisisset eis somnia sua quō vidisset eos ligare manipulos in cāpo z suū stare eoz aūt cadere et suū ado rare. Vidit eē cp. xi. stelle et sol et luna adora uerūt eū et exinde intellexerūt q futur⁹ essz dñs eoz. et exīde odio eū habuerūt. z cogitauerūt cō silium eū occidēdi. Sed vo eo venīte ad eos dixerūt. Ecce somniator venit. venite occida / m⁹ eū. et videam⁹ qd ꝓsint illi somnia sua. iu das aūt d. fribꝫ suis. nō occidam⁹ eū sz vēda m⁹ eū ismaelitis q ducēt eū in egiptū. qō ita fa ctū ē. Joseph aūt in egipto exīs q prudētiā z ꝓuidētiā suā qua ꝓfuavit totā regiōez egipti q semetipm a fame effect⁹ ē dñs tot⁹ egipti a pharaōe ege. p⁹ ea vo frēs e⁹ famē patētes ve nerūt in egiptū emē frumta z venīētes ad ioseph ꝓpositū tot⁹ regiōis egipti ceciderūt ꝓni facie i

terrā et adorauerūt eū. et sic deus dissipauit
ꝯsiliū eoꝝ. ipi eñ ꝯsiliati sunt ut venderēt io
seph egiptijs ne constitueret dñs eorū. et ex
inde disponēte deo fit dñs eorū. Sic hodie
fit ꝙ deus dissipat praua cōsilia impiorū qñ
excogitant praua cōsilia cōtra ꝓximos suos
ut nō ꝓcedāt ad finē quem ipi voluerūt. ut ec
factum est Amon. ut habet in li. hester. q̄ de/
dit ꝯsiliū regi asuero. ut mardocheus iustus
⁊ innocēs occideret. cui in domo sua ꝑparauit
patibulū. sed deus eū appꝫhēdit in astutia sua
et dissipauit cōsiliū eius cū iubente rege asue
ro amon suspensus est loco mardochei in pati
bulo quod ꝑparauit mardocheo · P ·
Quarti sunt qui cōfidunt in suo sancto ꝓpo
sito. de quibꝫ in pñti euāgelio eterna veritas
dicit. qui in se cōfidebāt tanq̄ iusti. Et etiam
phariseus stās apud se orabat ut patebit. et
hoc est abominabile corā deo. nā dicit grego.
sup Job. Sordet in oculis dei quod fulget ī
oculis opantis. ⁊ alibi dicit. Oīs iusticia no
stra respectu diuine iusticie est magis iniusti/
cia q̄ iusticia. Est eñ species supbie mentis
qui sp de se presumit. ut supius dictū est. De
talibus qui sic cōfidunt in sua sanctitate ut fa
cint ypocrite. Apocalipsis. xviij. dicitur sub
methaphora ciuitatis babilōis que confusio
dicit. Ue ve ciuitas illa magna babilon ciui
tas illa fortis. qñ vna hora venit iudiciū tuū
et negociatores terre flebūt et lugebūt sup il
lā. qñ mercedes eoꝝ nemo emet amplꝰ. mer
ces auri et argēti et lapidis ꝑciosi et margari
te et byssi et purpure ꝛc. vbi glo. dicit ꝙ ypo/
crite ꝑsumentes de suis meritis simulāt se ha
bere oñs virtutes designatos ꝑ aurū et argē
tum et lapides ꝑciosos. tales negociant hic
nō celestia sed terrena in suis ꝟtutibꝫ in q̄bus
ꝯfidunt et ꝓ q̄bꝫ eos hic hoīes amāt. in futu
ro aūt cognoscēt eoꝝ falsitatē et ꝑsumptōez
ideo cū eis nō negociabunt amplius. viden/
tes eos dānatos in flama inferni. Unde de il
lis qui cōfidunt in sua scītate dicit eccs. viij
Vidi īpios sepultos q̄ etiā cū adhuc viue/
rēt in loco sancto erāt et laudabant in ciuita/
te quasi iustorū opa haberēt · Q · Quīti
ꝯfidunt in diuturnitate vite. de q̄bus b. gre.
vi. mo. Reproboꝝ mētes erga dies vite pñ
tis tāto amore ꝯstringunt. ut sic sp hic appe/
tant viuere. quatenꝰ si valeāt viuēdi cursum
desiderarēt nunq̄ finire. cogitare q̄ppe futurā
despiciūt spem totā in rebꝫ trāseuntibus po/
nūt augeri sibi optāt tpa. sed tñ in illis subsi/
stere nō pñt. quāto eñ plures dies addunt
tāto ꝓpiores morti sunt Unde Orosius sup
ps. ij. Cū exarserit in breui ꝛc. dicit. Cum esti
māt adhuc hr̄e longa tpa vite sue subitanea
mors rapiet eos ad eterna supplicia. Jō stul
tum est cōfidere in diuturnitate vite. · R ·
Sexti cōfidunt in abūdantia diuitiaꝝ ut di/
uites huius mūdi. qui iuxta gre. tāto amore
diligūt trāsitoria ut totā spem suā ponāt in il
lis. Sed spes eorū ꝑibit sicut scriptū est. ba/
ruth. iij. Ubi sunt qui argentū thesaurisant ⁊
aurū in quo cōfidunt hoīes. et nō est finis ac
quisitōis eorū q̄ argentum fabricāt et soliciti
sunt. nec est inuentio opm illoꝝ. Extermina
ti sunt ad inferos descenderūt. et Job. xxvij.
Diues cū dormierit nihil secū afferet aperiet
oculos suos et nihil inueniet. appꝫhendet eū
quasi aqua inopia. nocte eterne damnatōnis
opprimet eū tēpestas. et tollet eū ventꝰ vrēs
s. snīa maledictōis. et sunt verba hec ut d. sā.
gre. valde notabilia. Diues cū dormierit ni
hil secū ꝛc. nā dormire et oculos apire sunt in
corpe cōtraria. sed intelligendū est cū corpꝰ
dormierit in moriendo. oculi eiꝰ claudent. sz
oculi anime tunc apiunt ad intelligendū ea
que hic ꝯtempsit. qꝛ dum corpus dormit in
morte aīa vigilat. et tunc videt se aīa miserā ⁊
paupem eternaliter damnatā cū diuite in in
ferno. qui hic in corpe fuit in abundantia di
uitiarū. nā diuitibus huius mūdi ista vita est
sicut somnus in quo somniāt se esse felices ⁊
habere abundantiā diuitiaꝝ. sed post mortez
euigilabūt aīe eorū et cognoscēt eternam ege
statem et intolerabilē miseriā. tunc ꝟificabit
dictū ps. lxxv. turbati sūt oēs insi. corde. dor
mierūt somnū suū. ⁊ nihil inuenerūt oēs viri di
uitiaꝝ ī maībꝫ suis. s. ꝑmij vite eterne sz dānati/
onis · S · Septimi ꝯfidūt in sua eloq̄n/
tia. ut maxīe sunt heretici q̄ ī alto sermōe ⁊ maxi
me in eloq̄ntia florida veniūt ad simplices ut
mētes eorū facilius attrahāt in amorem suū.
et inde eos facilius decipiāt. De hoc dicit et
declarat gre. sup Job in pluribus locis. ut pz
intuenti et legēti. Ideo hortat fideles xpi be
atus aug. in li. de vita xpiana. Quāto maior
eloq̄ntia ī doctore tāto maior eē dz ꝓuidētia ī

auditoribus. ne falsitas ꝑ veritate capiat̃. nã dicit Gratianus in decretis. Sacra scriptura nõ est ornãda ꝟbis sed ꝟitate et aucte sctõꝝ Et di. lxxxvi. §. in doctrina. et. c. sequẽti. Cuꝫ multa. vbi etiã ꝓhibet ne epus vel sacerdos ornet ꝟba sacre scripture. sꝫ simpliciter ꝓnũciet. nã sacra scriptura dña sciaꝝ nõ vult fulciri snĩa iouis et poetarũ sed autoritatibꝰ sctõꝝ Hinc venit ꝙ dicit scriptura ꝑ salomonẽ ꝓuer. xxiij. Pone modũ sapie tue ne sapiẽs videaris. Et Isido. in. iij. de sum. bo. De suꝑbis doctoribꝰ q̃ vtunt̃ eloquẽtia et ornatu ꝟboꝝ ad oñtatõem nõ ad edificatõem fideliuꝫ xp̃i ꝙ tales ꝯfundent̃ teste scriptura. p̃s. xxx. Muta fiãt labia dolosa Et. i. reg. ij. Impij in tenebris cõticescent. s. eterne dãnatõis. nam regnũ dei nõ est in sermõe sed in ꝟitate et virtute teste apl̃o. i. Cor. iiij. et. i. Cor. xiij. Si lĩguis hoĩm loquar et angeloꝝ. charitatẽ autẽ s. dei et ꝓxĩ. nõ habeã factus sum velut es sonans aut cimbalũ tĩniẽs . T. Octaui cõfidunt in multitudine amicoꝝ et in fauore hoĩm qui gl̃ant̃ de multis amicis et ꝯiũgũt se adinuicẽ ut nemo possit eos diuidere. et iõ alios ꝑturbãt et opprimũt vbi pñt. taliũ amicicia ꝑiculosa est. ut dicit Isido. in. iij. de sũ. bono. Sicut em̃ amicicia et vnitas bonoꝝ ẽ laudãda et vtilis. sic amicicia malorũ mala est ⁊ ꝯria bonis. vñ de amicicia malorũ d̃r Job. xli Corpꝰ illius quasi scuta fusilia. cõpactũ squamis se p̃mẽtibꝰ. vna vni cõiũgit̃. ⁊ ne spiraculũ quidẽ incedit ꝑ eas. vna alteri adherebit. et tenẽtes se nequaq̃ seꝑabunt̃ Hic ut dicit sanc. gre. notãtur mali qui sunt corpꝰ dyaboli. qui firmiter radicãt̃ in hoc mũdo ꝑ amicicia multorũ q̃ sunt firmi quasi scuta fusilia ⁊ ꝑ multitudinẽ amicorũ qui sibi inherẽt tãq̃ squame in pisce. et tenẽtes se nõ pñt diuidi. ⁊ tales faciũt vim alijs impugnãtes veritatẽ Et si vnus in aliquo app̃hendit̃ oẽs accurrũt et eum defendũt etiã ꝯ veritatẽ. sed ip̃i ꝯfundent̃. cũ amicicia eorum in odiũ eterne damnatõis vertet̃. nã gre. sup Job. Qui hic sũt socij in culpa erunt socij in pena. Ex his oĩbꝰ ptꝫ q̃ ꝑiculosum est et dãnabile spem ponere in aliq̃ plusq̃ in deo. signãter ꝯfidẽtia securitatis ꝑiculosa est scꝫ cũ hõ nimis ꝯfidit de ꝓprijs meritis et ꝓpria iusticia. et credit se securũ. Contra quos d. aug. in. x. ꝯfes. Nemo securus dꝫ esse in via ista que tota tẽptatio nominat̃. vtrũq̃ em̃ fieri poterit. scꝫ ex deteriori melior et ex meliori deterior. Nã de talibꝰ dicit Isido. de summo bono. Securitas parit negligentiã. negligẽtia trahit ad vicia. ꝓpter quod scribit̃ ꝓuer. xiiij. Sapiẽs timet et declinat a malo. nã de ꝯfidẽtia securitatis d. Aug. Multũ strẽnuus ẽ qui illuc ire ꝯtẽdit vbi multos meliores se corruisse cõspicit. q̃s lucifero clarior. quis samsone fortior. quis nabuchodonosor potẽtior. petro feruentior. q̃ omnes ꝓpter p̃sumptionẽ corruerunt. Ideo Grego. xxix. mor. Sepe quẽ temptatõis certamen suꝑare non valuit securitas ꝓstrauit. Exemplũ de quodã patre qui vsq̃ ad seniuꝫ ꝑdurauit in heremo et cepit cõfidere de meritis. et dicere post obitũ euꝫ dignũ ministerio angeloꝝ ad celũ eum ducentiũ. appropĩquãte termino vite venit dyabolus ducẽs eum ad puteũ inferni. Ideo Cassiodo. sup psal. lxxij. Nihil est securius q̃ ꝙ totũ d̃o ꝯmittimꝰ qui nouit p̃stare cõgrua ꝓfutura suis cultoribus. eo ꝙ scribit̃ eccs. ix. Sunt iusti atq̃ sapientes. et opa eorum in manu dei. Jõ apl̃s i. Cor. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. et Eccĩ. vij. Nõ te iustifices añ deũ. qꝛ agnitor cordis ip̃e est deꝰ. qꝛ habet̃ Job. xv. Celi nõ sunt mũdi in ꝯspectu eius. q̃tomagꝫ abominabilis et inutilis hõ. Nam paulꝰ d. i. Cor. iiij. Nihil mihi ꝯscius sum. sꝫ in hꝰ nõ iustificatus sũ. ꝓpter qd̃ dicit gre. in mor. Nihil securius q̃ cũ spe sꝑ timere . U. Sciendũ ꝙ ꝯfidendũ nõ est in ꝓpria iusticia quattuor de causis. quia nostre iusticie sunt incerte. mixte. nõ firme. nõ a ꝓprobate Dixi prĩo confidendũ nõ est ꝛc̃. Eccs. ix. Nescit homo vtrũ amore an odio dignus sit. sed om̃ia ĩ futurum seruantur incerta. Unde Job. ix. Si simplex fuero hoc ip̃m ignorabit anima mea. Secundo iusticie nostre sunt mixte. Isaie. lxiiij. Quasi pannus menstruate omnes iusticie nostre. qui in vna parte est mundus. ⁊ in alia maculatus. Et sic de nobis scribit̃ Eccs vij. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet. Ideo ꝓuer. xx. Quis potest dicere mundũ est cor meum purus suꝫ a peccato. quasi diceret nullus. et ad Roma. iij. Omnes peccauerunt et egent gratia dei. Tercio iusticie nr̃e nõ sunt firme. nã si hodie

4°

bō est iust? cras p̄t fieri iniust?. vñ Job. xv. Ecce inter sctōs ei? nemo immutabil' ē. aspice petr̄ q̄ estimabat se firmū d. mat. xxvi. Si oportuerit me mori tecū ꝛc. attñ cecidit. idcirco nō debes in te p̄fidere. Quarto iustic̄ nr̄e ñ sunt approbate. q̄ adhuc dñt examiari dei iudicio. ps. lxxiij. Cū accepo tps ego iustic̄as iudicabo. et nēo scit qual' in iudicio dei fiunt? sit. ꝓpter q̄d d. Job. ca. ix. Si iustificare me voluero os meū p̄dēnabit me. si innocētē oīs dero p̄uū me p̄probabit. ꝓpter q̄d subdit. Debar oia opa mea sciēs q̄ nō p̄ceres delinq̄nti iō gre. Depr̄ nra iustic̄a ad examē diuī iudicij adducta iniustic̄a ē. iō dicit. Cōfidebāt i se tāq̄ iusti. nō de iusti. q̄ d. gre. Vera iustic̄a ꝓassiōem bz sz falsa indignatōez. et sic erāt ip̄i. q̄ aspnabant'. i. valde spnebāt ceteros Ecce p̄sumptio. nō sunt ꝓtēti d ꝓfidēcia in suis meritis sz alios habuerūt ꝓtēpnibiles volentes respicere in cordā aliōr et nō ꝓgnouerūt seipos. Jō de talib. eccl. xxi. Pes fatui facit in domū p̄ri. et ad Ro. ij. in quo alterū iudicas teipm̄ ꝓdemnas. et ad Ro. xiiij. Tu q̄s es q̄ iudicas alienū ſuū dño suo stat aut cadit Hā tales dñt se sicut ille q̄ stat in tenebris et videt aliū in luce et non ecōuerso. et sic mali sunt in tenebris pctōr̄. puer. iij. Via impior̄ tenebrosa nesciūt vbi corruāt. Boni vero sunt in luce. ibidē. Semita iustor̄ quasi lux splēdens. ꝓpter q̄d mali videt bonos et iudicāt eos spnēdo. iusti vo cernūt seipos in defectib⁹ eorū neminē iudicādo. de q̄ Bern̄. ad Eugeniū papā. Uer? iustus se nūq̄ ꝓbendisse putat. sed in omnib⁹ timet. de quo etiā leo papa Perfectorū vna ē iustic̄ia ut se nūq̄ p̄sumāt p̄fectos. et b̄ causat' ex eor̄ hūilitate. quā nō habuerūt isti. ergo defuit eis vna iustic̄a et gratia. Quia dicit gre. vbi dees hūilitas. ibi nō est alicuius gr̄e vitas.

De eadez dominica. Sermo. cxxxiij.

Olo homies ascēderūt in templū ut orarēt. Luc. xviij. ·x· In ista p̄te euāgelij ꝓpōit saluator duas p̄sonas in mō orōis realit' differētes. nā vnus orauit cū mētis elatōe. alter cū cordis et corporis hūilitate. et d. de eis. duo homies ascēderūt in templū. dicit gre. Duob⁹ gñib⁹ homin̄ mixta est eccl̄ia. s. elector̄ et reprobor̄. nā oēs ad fidē gñat sz nō oēs ꝓducit. sicut dēt in ca. xviij. q. iij. hec aūt. Hec aūt vita q̄ inter celu et infernū sita ē sicut i medio sublimit vtrarū pt̄iū ciues cōiter recipit ds tñ sctā eccl̄ia et indiscrete suscipit postmodū in egressione discernet. De q̄ etiā aug. de fide ad petr̄. circa finē d. Quādiu durabit eccl̄ia multās i se tenet bonos et malos tāq̄ paleas cū trinco in area. sz cū venerit xp̄us iudex tenēs ventilabr̄ in manu sua purgabit areā suā in fine mundi Sz d. quare eccl̄ia ꝓtinz bonos ⁊ malos Rñ dēt ut quātūcūq̄ ds ꝓficiat nō dz securitatē sibi ꝓstituere. eō quātūcūq̄ peccem⁹ nō desperem⁹. iō sum⁹ mixti et b̄em⁹ sil' ꝓuenientia apō bones et dīnitiā apud deū. ꝓuenūt boni ⁊ mali in quattuor. Primo dñt vnā venoiatōem sicq̄ xp̄iani vocāt'. ut d. aug⁹. de vita xp̄iana in p̄in. Mali solū dñt venoiatōem et nō rē. boni aūt rē cū noie. sz em̄ oēs dicāt' xp̄iani in ecclesia. tñ de bonor̄ noie dr̄ Eccl. xli. Bonū nomē p̄manebit in euū. De mal' vo dēt ibi dē. Nomē impior̄ delebit'. Secdo boni ⁊ mali ꝓuenūt in b̄ q̄ sil' dñt vocatōez. q̄ sil' vocati sunt ad fidē et ad sacra eccl̄ie. sic scribit' Mat. xxij. Multi sunt vocati pauci vo electi ad etez nā btitudinē triūphāntis eccl̄ie. Hoc ꝓbat bu go de arra aie. vbi assumit figurā de li. bester. c. ij. vbi loq̄t' q̄ multe gines ex regiōe alue ri vocate sunt ad regalē cibū q̄ yngebant' vnctōe regali et vtebāt' cibo regali et ornati i domo regis. trāslactis aūt duodecim mēsibus rex iussit inducere gines ut eligeret sibi vnā in cuius oculis regis. q̄ cū rege ingressa ē in cubiculū regis abiectis alijs oīb⁹. Sic ⁊ multa introducūt et vocāt' in domū sūmi regis ad p̄s tē eccl̄iaz in qua yngūt' crismate et oleo sacro in baptismate. ⁊ vtūt' cibo regali. s. sacro corpis ihū xp̄i in altari. sz tñ vna spōsa. i. oēs exīt tes in vnitate dilectōis dei et p̄ximi q̄ pauci sūt eligit' ingredi cū rege eterno xp̄o in cubiculū eterne felicitatis. ad fruēdū castis āplexibus eo lestis spōsi in eternis delicijs. s. nā teste scriptura ro. iiij. de⁹ vocat ea q̄ nō sunt tāq̄ ea que sunt Ipe em̄ vocauit tā bonos q̄ malos ad p̄nte ecclesiā. sz solū bonos elegit ad eternā beatitudinem. Tercio in b̄ ꝓueniūt boni et mali.

qꝛ naturaliter oēs hñt vnā intentōez ad sum
mā felicitatē. oīes em̄ intendūt venire ad et
nam vitā naturaliter. ut dicit Bohe. de ꝯso/
latu Mentibꝫ oīm hoīm naturaliter inserta ē
cupiditas summi boni. q̄uis deuius error ꝑ
falsa gaudia huius mūdi eos abducit. Hoc
etiā vult apl̄us. i. Cor. ix. Oīes quidē cur/
runt. sed vnus accipit brauiū. In quo apl̄us
innuit ꝙ oīs hoīes boni et mali in cursu hꝰ
vite querūt et intendūt venire ad summā fe/
licitatē. Sed vnus. i. pauci exñtes in vnita/
te dilectōis dei et ꝓximi accipiūt brauiū eter
ne vite. Quarto ꝯueniūt in hoc. qꝛ sil̄em acti
onem hñt. ut dicit in pñti euāgelio. ambo as
cēderūt in tēpluz. vñ boni et mali multotiēs
sil̄es sunt in actōe apud hoīes. qꝛ simul ascen
dunt in templū. simul orāt. simul celebrāt di
uina. simul accipiūt sacramēta auarus et largꝰ
simul ieiunant. luxuriosus et castus simul ele
mosinas dāt. De quibꝫ Bern̄. Isti boni et
mali dū simul sunt in actōe hoīes vidēt sil̄es
actōes. deus aūt discernit volūtates et inten
tōnes. vnusquisq̄ em̄ ex fructibꝫ sue intentio
nis pascit ꝯsciam suā. nā reprobi q̄ dquid faci
unt intentionaliter ordināt ad terrena. boni
vo ad celestia. idcirco orōnes reproboꝝ repel
lunt̄ Hiere. xiiij. cū ieiunauerint nō exaudiā
p̄ces eoꝝ. et si obtulerint holocaustomata et
victimas nō suscipiā ea. qm̄ gladio et fame et
peste ego ꝯsumā eos. Sed orōnes bonoꝝ ex
audiunt̄. Unde Isa. lxv. Anteq̄ clamēt ego
exaudiā. V. Pro quo sciendū ad orā
tem quattuor req̄rūt̄. Primo ne sit distractꝰ
a sensibꝫ interioribꝫ. et notat̄ in hꝰ ꝙ duo hoīes
ascēderūt. s. ꝙ exterior et interior dñt esse sil̄
in orōe. qꝛ dicit Augꝰ. Quid ꝓdest strepitus
labioꝝ vbi cor ē mutū. q. d. nihil. et Hiero.
Nō verbis sꝫ corde orādus est deus Idcirco
dicit san. tho. ij. ij. q. lxxxiij. Si euagatio mē/
tis fit ex ꝓposito pctm̄ est et impedit oratōnis
fructū. i. Cor. xiiij. Nā si orē lingua. spūs meꝰ
orat. mēs autē mea sine fructu est. Quid er
go est. Orabo spū orabo et mēte. psallā spiri
tu psallā et mēte. Ideo docet aug. in regula.
Cū oratis hoc vsēt̄ in corde qd̄ ꝓfert̄ in ore
Si aūt euagatio mētis fit p̄ter intentōez. orā
tis fructū nō impedit. De quo basiliꝰ. Si cā
debilitatis orare nequeas q̄tuz potes teip̄m
exhibeas ut deus ignoscat. Idcirco eccs. iiij.

Melius est duos esse simul q̄ vnū. qꝛ bonū
est orare vocaliter. melius mētaliter. optimū
vocaliter et mentaliter sil̄. Scdo orās dꝫ ele
uari in supioribus. et notat̄ in hoc ꝙ dicitur
ascēderūt. qꝛ ꝑm Damas. orō est mētis ī deū
eleuatio Ideo p̄s. lxxxiij. Btūs vir cuiꝰ ē au
xiliū abs te. ascēsiones in corde suo disposu
it ī valle lacrimaꝝ in loco quē posuit. Debet
em̄ mēs orātis ascendere ꝑ tres gradus. prīo
ꝑ fidem summe trinitatis. Scdo ꝑ spem eter
ne retributōis. Tercio ꝑ charitatē summi bo
ni. Sed mali nō ascēdunt. de quibꝫ p̄s. xvi.
Oculos suos statuerūt declinare in terrā. o/
culi sunt intellectus et affectus hos deprimūt
ad terrena desideria. Vñ p̄s. lxxi. Inimici eꝰ
terrā lingēt. ꝓpter qd̄ nō exaudiūt̄. qꝛ sunt si
ne charitate ip̄ius summi boni. ꝓpter qd̄ dic̄
Hug. Nō clamor sed amor sonat in aure dei
Dicamus igit̄ cū hieremia Tren iij. Leue/
mus corda nr̄a cū manibus ad dñm in celos
Tercio orās dꝫ q̄rere locū ꝯpetentē. et nota
tur in hoc cū dicit. in tēplū. Unde sanc. tho.
ij. ij. q. lxxxiiij. ar. iij. d. Licet vbiq̄ sit orāduz
sicut dicit p̄s. cij. In oīm loco dñatiōis eius
bñdic aīa mea dño. Signāter tñ in tēplo. pri
mo ꝓpter loci significatōem. qꝛ templū signi
ficat cor fidele qd̄ esse debet tēplū dei. iuxta il
lud. i. Cor. iij. Templū dei sctm̄ est qd̄ estis
vos. Hoc tēplū dꝫ esse deo dedicatū. ij. Cor.
vi. Vos estis templū dei viui. Scdo ꝓpter
deuotōnem. qꝛ ex pñtia corpis xp̄i et intuitu
crucis et imaginū augēt̄ deuotio. Vñ Bern̄
Cū astat orāti sacra imago dei nascētis moriē
tis vel resurgētis strīgit aīm in amorē vtutuz
Tercio ꝓpter celeriorē impetratōem. et hꝰ rōe
orōis sacerdotis q̄ orat in collecta. Quisq̄s hꝰ
tēplū bñficia petiturus ingredit̄ cūcta se impe
trasse letet̄. Quarto ꝓpter fideliū associatōez
vñ Iohel. ij. Vocate cetū. ꝯgregate ꝓplum.
nā ad hꝰ sunt cāpane ꝓpter ꝯuocatōez populi
Aug. Multi mimi dū ꝯueniūt fiūt magni. nā
sic abbas citꝰ exaudit totū ꝯuentū q̄ fr̄ez vni
cū. sic ꝑm hiero. impossibile ē mltoꝝ p̄ces nō
exaudiri. nā Mat. xviij. d. saluator. vbi sunt
duo l̄ tres ꝯgregati in no. m. ibi sū ī medio e.
Et ibidē. Si duo ex vobis ꝯsenserint sup t̄rā
de oī re quacūq̄ peti. fiet ill̄ a p̄re m. q̄ i cel̄ ē.
Et si duo tm̄ ipetrare pñt mlto magꝫ si mltitu
do petit. Quarto orās dꝫ ascēdere ī tēplū ut

deū querat deuotius. ⁊ hoc innuit̄ in textu cū
dicit ut orarēt. nō ut se oñtarent ut superbi.
nec ut murmurarēt ut vaniloqui. qꝛ dicit au
gust. In oratorio nihil aliud agendū est q̄ꝫ il
lud ad quod factū est. scꝫ ad laudem dei. de q̄
p̄s. xxviij. In tēplo eius oñs dicēt gloriam
et Luce. xix. Domus mea domus orōis voca
bit̄. Z Tunc subiūgit̄ amboꝝ oratio
Et primo pharisei oratio infatuata. d. phari
seus stās hec apud se orabat. Nā phariseꝰ in
orōne sua habuit quattuor mala. prīo habuit
corpis irreuerētiā. cū dicit̄ stans. ecce elatio.
qꝛ erecto collo orabat. cū scribit̄ Isaie. xlix.
Vultu in terrā demisso adorabūt te. nā xp̄us
adorās p̄rem ꝓcidit in faciē. Luce. xxij. nobis
in exemplū hūilitatis. quia dicit̄ ad Philip.
ij. In nomine ihū oñe genu flectat̄. Et s̄m
gre. in mora. Quāto q̄sq̄ꝫ sibi vilior tāto deo
p̄ciosior. Ideo ambro. Qui vult in orōe ex
audiri dꝫ pompā a se remouere. qꝛ deus sup
bis resistit hūilibus dat gr̄am. Jacobi. iiij.
Scd̄m malū quod habuit phariseus est mē
tis ꝯplacētia. et notat̄ cū dicit̄. apd̄ se orabat
vbi Basilius. nō apud deū. qꝛ redijt ad seip̄ꝫ
ex quo sibi cōplacuit. Nam dicit gre. Oratio
hoīs sibi cōplacētis nō ascendit ad deū. qꝛ nil
inuenit̄ orasse sed seip̄m laudasse et orāti in
sultasse. Tercio habuit oris iactantiā et innu
itur cū dicit. deus gr̄as ago tibi. Unde aug.
de verbis dñi. Nō rep̄hendit̄ qꝛ gratias age
bat. sed qꝛ nil gratie sibi addi cupiebat. idcir
co subdit. o pharisee iā plenus es. iā abūdas
ut nō dicas dimitte nobis debita nr̄a. quasi
nullū peccatū haberes. cū tñ dicit Crisꝰ. super
Math. qñ mare sine ꝓcellis tūc nos sine pec
catis. Idcirco iste ꝑuertit ordinē orōis. quia
scribit̄ ꝓuer. xviij. Justus prior est accusator
sui. sed iste nō accusabat seip̄m sꝫ se iactabat.
Quarto habuit ꝓximi ꝯtemptū. Et notat̄ ī
hoc. cum dicit̄. nō sum sicut ceteri hominum.
Ecce male ꝓsecutus est qꝛ alios in cōi accusa
uit. q. d. ego sum solus iustus. Unde d. Sy
mon de cassia. Veniēs ad dei tribunal in suo
tribunali se posuit. se iustificans. alios ꝯdem
nans. solē iusticie credebat apud se lucere so
lū. et suorū oblitus criminū alioꝝ iudicabat.
cum dixit. nō sum sicut ceteri hoīm. raptores.
iniusti adulteri. Reuera ea que in se esse ne
gauit in illa incidit. incidit eñ in sp̄ualē rapi
nam dum titulū bonitatis sibi vsurpauit. cuꝫ
habet̄ Marci. x. Nemo bonus nisi solus deꝰ.
incurrebat in iniusticiā dū ꝓximū temerarie
iudicauit. qꝛ ad Ro. ij. In quo alteꝝ iudicas
teip̄m ꝯdemnas Itē incurrebat sp̄uale adul
teriū. dum gl̄am dei que est sponsa dñi sibi v
surpauit. Unde Isa. xlij. Gl̄am meā alteri ñ
dabo. A. Idcirco ꝑ sup̄biā in phariseo
facta est omniū virtutū euacuatio. dicit beda
Quid est si tota ciuitas custodiat̄ et vnū fo
ramen ꝑ qd̄ hostes intrāt relinquat̄. Sic q̄d
ꝓdest omnes hr̄e virtutes si non adest hūili
tas. ideo subdit̄ sua elatio cū dicit̄. velut etiā
hic publicanus. Crisꝰ. Nō eñ satiauerat ꝯtē
ptum eius tota natura hūana sed etiā aggres
sus est publicanū. moderatius eñ peccasset si
publicanū excepisset. Ex quo patꝫ q̄ ꝓpriuꝫ
delictū nō nouit. quia dicit Bern̄. Qui pec
catum suū ꝑfecte examinādo intelligit. nulliꝰ
pctm̄ par suo existimat. ⁊ hoc nō fecerat iste sꝫ
fatue egit. nā elemosinā petere venit et diuiti
as suas oñdit. s. bona opa dicēs. ieiuno bis
in sabbato. dicit eñ Theofi. pharisei feria se
cūda et q̄nta ieiunabāt. et in hoc religiosiores
erant aliquibꝫ xp̄ianis qui feriā sextā nō ieiu
nāt. cum sit vna bona ꝯsuetudo que facit legē
sed fatue egit iactās se de ieiunio sicut de falsa
moneta. ita q̄ hēbat ieiuniū corpale sine sp̄ū
ali. qꝛ ieiunauit a cibo sed nō a peccato elatōis
Unde pius papa. et habet̄ in cano. de cōsec.
di. v. nihil. Nihil ꝓdest homī ieiunare et ora
re et alia religionis bona agere. nisi mens ab
iniq̄tate et ab obtrectatōe lingua cohibeatur
Et Isaie. lviij. Nūq̄d tale est ieiuniū q̄d ele
gi. Ip̄e eñ abstinuit se a gula et crapula non
aūt a sup̄bia. Sed iactabat se nō fore auarū.
dicēs Decimas do omniū que possideo. sed
ꝑ hoc nō fuit iustus. quia dicit gre. Quid ꝓ
dest sua dare deo seip̄m dyabolo. q. d. nihil
qꝛ d̄r eccī. xxxiiij. dona iniq̄ꝝ nō ꝓbat altissimꝰ
Nā s̄m aug. Nihil bonū nisi ex te bono. attñ
iustior fuit ī hoc aliq̄bꝫ xp̄ianis q̄ decimas dare
recusant. nā decime a deo iubent̄ dari in oñi
lege. Prīo in lege nature. ut pꝫ in Abel ⁊ ca
ym Gen̄. iiij. et in abrahā gen̄. xiiij. abrahā re
diēs a cede regū dedit decimas ex oñibꝫ mel
chizedech sacerdoti. iō hēt̄ in cano. xvi. q. i.
decimas. Decimas a ꝓplo sacerdotibꝫ ac leui
tis esse reddēdas diuī legꝫ sanxit autoritas.

Scdo in lege moysi. Leuiti. vl. Omnes decie terre siue de pomis arboꝝ siue de frugibꝰ dñi sunt. et illi sanctificant. Tercio in lege ꝓphetica. Malachie. iij. Inferte oēm decimam in horreū meū. et sanc. tho. scda scde. q. lxxxvij. ar. ij. Radix solutōis decimarū est debitum. qꝛ seminantibus spūalia dant tpalia. et oppositū faciētibus magna pena est imposita. de penis in clemen. cupiētes. B Sed d. Quid tunc vbi nō est cōsuetudo Rñdet sā. tho. ij. ij. q. lxxvij. ar. iiij. ibi ecclesia nō repetit licet repetere posset ꝓpter vitare scandalum nā prius breui manu soluerūt. iō eccia redonauit eis. Aug. et habet. xvi. q. i. decime. decime tributa sunt egentiū animaꝝ. ꝙ si decimā dederis nō solū abūdantiā fructuū recipies sed etiā saītatē corporis cōsequeris. sequit Cū enim decimas dādo et terrena et celestia possis p̄mia ꝓmereri ꝓ auaricia duplici bñdictōne fraudaris. hec est enim dei iustissima cōsuetudo ut si illi decimā nō dederis tu ad decimā demonuz reuoceris. dabis impio militi quod nō vis dare sacerdoti. Malachie. iij. Quia vos cōfigitis me et dixistis. in quo cōfigimus te. in decimis et in primitijs. et in penuria vos maledicti estis. Ideo. xvi. q. vij. maiores. Hoc tollit fiscus qd nō accepit xp̄s Ecce ille peccauit in iactātia. ideo iactātia vitāda est pluribꝰ de causis. prīo qꝛ deū offēdit De quo maximus in sermōe. Nō possumus simul ꝓ vno et eodē ope fauorē mūdi expetere et p̄miū celestis glie acquirere. nā vbi gloria hoīm q̄ritur ibi gratia dei pdit. Ecci. xx. fatuoꝝ gratie effundent. Ideo gre. in morali. Miseri sunt qui laudes hoīm affectāt. nā fructus laboꝝ suoꝝ dissipant. Scdo qꝛ talis de seip̄o testimoniū ꝑhibet. ergo ad talē p̄t dici sicut xp̄o false dixerūt. tu de seip̄o testimoniū ꝑhibes et testimoniū tuū nō est veꝝ. Johan. viij. Nā xp̄us potuit de seip̄o loqui veꝝ. nos aūt nō. Ideo Hilariꝰ. Soli deo de se credendū est qui se solus nouit. Sed in alijs veruz est quod dicit. ij. Cor. x. Nō qui seip̄m ꝯmēdat ille ꝓbatus est sed quē deus ꝯmendat. Ideo Bern. Quid mei vel alteriꝰ cōtentus sum testimonio cū dei sum p̄ntādus iudicio. Tercio qꝛ qui se iactat ydolū se facit et seip̄m colit. et glam sibiip̄i tribuit. cū tñ scribitur. i. Thimo. i. Soli deo honor et glia. p̄s. cxi.

Nō nobis dñe nō nobis ꝛc. C. Sz d. qñ iactātia est pctm̄. Rñdet seip̄m iactare vl laudare prīo fit ꝓpt bone fame cōseruatōem. ꝛ sic se samuel laudauit corā filijs isrl. i. regū. xij. d. Cōuersatus sum corā vobis ab adolescētia mea vsqꝫ ad hāc diē ecce p̄sto sum loq̄mini de me corā dño et corā xp̄o eius vtrum bouē cuiusqꝫ tulerim aut azinū. si quēqꝫ calūniatus sum. si dep̄ssi aliquē. si de manu cuiusqꝫ munus accepi et ꝯtemnā illud hodie. restituāqꝫ vobis. et subdit. testis est mihi dñs. qꝛ nō inueneritis in manu mea q̄ppiā Sic simili mō est cū q̄s inculpatus esset iniuste vel timeret inculpari in tali casu. dicit Aug. Crudelis est q̄ nequit defēdere famā. imo hō tenet vt dicit aug. de ꝯmuni vita clericoꝝ. et habetur xij. q. i. nolo Nolo ut aliq̄s de nobis inueniat male viuēdi occasionē. Hugo de sanc. victo. Nō suffic̄ nobis sctā vita nisi assit bona fama Aug. Cōscīa ꝓpter te. fama ꝓpter ꝓximū est nccaria. Scdo p̄t quis se laudare ꝓpter spei subleuatiōem. sic se laudauit ezechias rex. ut habet Isa. xxxviij. cū egrotauit vsqꝫ ad mortē et venit ysaias d. Dispone domui tue quia morieris tu et nō viues. et ꝯuertit ezechias faciē suā ad pietē et fleuit amare et dixit Obsecro dñe memēto q̄so quō ambulauerim corā te in ꝟitate et in corde pfecto. ꝛ qd bonū est in oculis tuis fecerim. qꝛ valuas tēpli apuit. quas achaz p̄r suus clauserat. Qui statuas ꝯtriuit quas ille erexit. q̄ templū mūdauit qd ille polluit. q̄ sacerdotes honorauit quos ille ꝯtēpsit. qui serpētem eneū fregit cui ꝓplus incēsum obtulit. et sic cū homo esset in tēptatōe desp̄atōis tunc posset bona sua ad memoriam reducere ne desp̄aret. sicut ecōuerso cū temptaret de elatōe tunc pctā dz reducere ad mēoriam. Tercio ad dei glificatōem et ꝓximi edificationē. et sic fecit b. paulus. i. Corint. xv. dicēs. Abūdantius omnibꝰ illis laborauī. Et ij. Corin. xi. Iactat se de illis que passus ē in erūna. labore. in vigilijs multis. ut alios ad tolerātiā animaret. et ut ꝓpter talia passa. sua p̄dicatō ñ ꝯtēneret. sic docuit ro. xij. bñdicite pseq̄ntibꝰ vos. bñdicite ꝛ nolite maledicere. et sic nos ut deus honoret ꝓximus edificetur Math. v. Sic luceat lux vr̄a ꝛc. greg. Actio sit in publico. intētio in occulto. Quarto qñ quis se iactat propter actum venialis peccati.

ut cum quis se iactat de aliquo paruo qd nõ
est cõtra charitatẽ dei neqꝫ ꝓximi. tali intẽtio
ne ut noiet̃ et estimet̃ bonus socius. h̃ est ve
niale. Quinto ꝓpter lucꝝ tꝑale ut ex auaricia
solẽt aliqui se laudare ut ypocrite. et sic ẽ pec
catum mortale. si nõ indiget elemosina tene
tur ad restitutõnem. Sexto cũ q̃s iactat se in
malicijs. et tũc est pctm̃ tale quale est peccatũ
de quo se iactat. s. mortale vel veniale. sicut d̃
turpi opẽ vel tactu illicito vel d̃ sup̃bia in cori
sando. Unde poeta. Dupliciter peccat qui se
de crimine iactat. p̃s. li. Quid gl̃iaris in mali
cia. Berñ. Quid magis ꝑuersius q̃ꝫ de cul
pis gloriari siue letari. de quibus debem⁹ tri
stari. Septimo cũ q̃s se false et mẽdaciter ia
ctat de his que nõ sunt v̄ra et querit vanã glo
riam. et tunc est pctm̃ s̃m materiã falsitatis.
sicut est ea falsitas vel mendaciũ de quo se ia
ctat. Octauo dũ quis se iactat in bonis opi
bus querẽs gloriã que debet̃ honori diuino.
et p̃fert sue saluti vel dilectõni ꝓximi. et sic ẽ
mortale. qꝛ ibi cõstituit finẽ. secus autẽ ẽ vbi
finis nõ est laus. nã vbi laus est finis damna
tur quis cũ bono opẽ sicut ille phariseus.

De eadez dominica.

Sermo. cxxxiiij.

Descẽdit iustificatus in domũ suam.
Luc. xviij. D. Ista est scd̃a ꝑs
principalis istius euãgelij in qua ut
dixi sermõe p̃rio istius dñice. xi. qui est in or
dine. cxxxij. in lr̃a Linuit̃ publicani hũiliatio
ꝯm̃data. ibi publi. stãs ꝛc̃. Iste em̃ gerit tipũ
oĩm penitentiũ. nã om̃ia que requirũt̃ ad v̄e
penitentẽ hũit iste publican⁹ in se. P̃rio v̄e
penitẽs dꝫ habere firmã intentõem scꝫ ñ pec
cãdi quã ille habuit. qd̃ innuit̃ in hoc. qꝛ ste
tit et nõ iacuit ꝑ recidiuatõez. Et sic nos Ec
clesiastici. ij. Fili accedẽs ad seruitutẽ dei sta
scꝫ in recta intentõe. Nam s̃m gre. xxviij. mo
ra. Intẽtio p̃stituit fundamentũ opi nr̃o. nã
sicut fabrica colũnis. colũne basib⁹ fulciunt̃.
ita vita nr̃a v̄tutib⁹. virtutes in intentõe sub
sistunt. Ideo gre. Vigilãti cura intẽtio est pẽ
sanda. rõ. qꝛ qui rectã intentõem in opẽ nõ te
net totũ opus amittit. mgr̃ in. iij. di. xl. Actus
simpliciter mali sunt qui ꝑuersam intentõem
habẽt. Berñ. Intẽde in deũ et ꝓpter deũ. nã
intẽtio est suauior et melior illo qd̃ ꝯcupiscit̃
Hebr. iiij. Discretor cogitationũ et intentio
nũ cordis est. Scd̃o penitẽs dꝫ hr̃e timorez
reuerẽtialẽ. qꝛ dicit̃. eccl̃. i. Qui sine timore
est nõ poterit iustificari. Ro. xiij. Cũ malũ fe
ceris time scꝫ irã dei. et sic ille stabat a lõge co
gitãdo. tu es in ei⁹ indignatõe. tu irritasti euꝫ
peccatis. o vtinã appropiquaret sua gr̃a cũ in
dignus sum appropinquare ei. Unde Cassio
dorus sup p̃s. Nihil securi⁹ q̃ꝫ cũ spe sp̃ time
re. Rõ p̃s. cxliiij. voluntatẽ timentiũ se faciet
ꝛc̃. Et sic de filio ꝓdigo Luce. xv. Cũ adhuc
lõge esset vidit illũ pater ip̃i⁹. et misericordia
motus est. Sed heu aliqui ita irreuerẽter se
hñt ad corpus xp̃i in enormib⁹ peccatis locã
tes se sup altare. d̃ quib⁹ Eccl̃s. viij. Sũt im
pij qui ita securi sunt quasi iustoꝝ facta habe
ant. cũ tñ ambrosius noluit theodosiũ impa
torẽ ꝑmittere intra cãcellos stare. remandãs
ei ꝑ archidyaconẽ dicẽs. O impator interi
ora loca sacerdotib⁹ tm̃ sunt collata qd̃ ceteꝫ
nec ingredi nec cõtingere ꝑmittit̃. Purpura
nãqꝫ impatores nõ sacerdotes facit ꝓut diffu
se habet̃ i speculo hystoriali vincẽtij. li. xviij.
c. liiij. Nã hẽt̃ de vita et hone. cle. Layci sec⁹
altare qñ sacra misteria celebrant̃ stare vel se
dere inter clericos nõ p̃sumãt. sed ꝑs illa que
cãcellis ab altari diuidit̃ tm̃ psallẽtib⁹ pateat
clericis. Nã. ij. Reg. vi. Extẽdit oza manuꝫ
ad arcã dei et tenuit eã qm̃ calcitrabãt boues
et declinauerũt eã. Iratusqꝫ est indignatõne
dñs cõtra ozã et ꝑcussit eũ sup temeritate. q̃
mortuus est ibi iuxta arcã dei. Sed debemus
facere et dicere sicut Cẽturio mat. viij. Dñe
nõ sum dignus ꝛc̃. petrus Luce. v. Exi a me
dñe qꝛ hõ pctõr sum. Berñ. Quãto q̃sqꝫ si
bi vilior tãto deo p̃ciosior. et sic ille stãs a lõ
ge. Tercio penitẽs debet hr̃e pudorẽ. qꝛ dicit
Gre. Quantũ displicet impudẽtia tãto pla
cet pctõꝝ erubescẽtia. et sic ille nõ audebat o
culos ad celũ leuare. qꝛ iudicabat se indignũ
p̃ verecũdia pctõꝝ. sicut manasses. ij. ꝑalipo.
vlti. dicit. Peccaui sup numerũ arene maris
et liberatus erat. qꝛ dicit̃ Eccl̃. iiij. Est ꝯfusio
adducẽs gl̃am et gr̃am. Aug. verecũdia ẽ ma
gna pars p̃nie. Richar. de sanc. victo. Quã
to maior verecũdia fuerit tãto clarior diuinis
oculis innotescit. et sic ille. Euzebius. v̄ecũ
dia tꝑat penã quã quis ꝓ pctõ pati debuerat

E. Quarto penitẽs debet hãe ꝓ peccatis dolorẽ. De quo hiero. Nulla culpa delebit nisi tristicia animi. et Hugo de sanc. victo. Tũc peccatorũ salus incipit cũ veraciter ꝙ pctis ingemiscit. et sic ille penitebat pectus suũ ꝓpter ꝓtritõis dolorẽ. nã sub pectore est cor vñ pcedunt cogitatões male. homicidia. adulteria ꝛc. ut dr Mat. xv. Cognouit eñ iste publicanus illud Sap. xi. per q̃ quis peccat p hec et torquet. Ipe eñ habuit prius delectatiõem in corde. nũc vo ꝓtritõez. et sic nos. ps. l. cor cõtritum ꝛc. Dan. iij. In aĩo cõtrito et spiritu hũilitatis suscipiamur a te. Beda. dolor cordis mentẽ purgat. angelos letificat. deũ placat. nã posset cõtritio esse tãta q̃ deleret penã et culpã nõ ex valore cõtritõis pcise. sz ex merito passionis xpi. q̃n homo in fide xpi detesta tur pctũ. et tunc deus dimittit ea ꝓpter hũ qz dei filius ꝓ pctis istis sicut ꝓ oĩbus peccatis mortuus est. Ideo necessariũ esset ut hõ mane et sero ad cor rediret et ꝓsciam discuteret. pctũ deleret. et si mortiẽdo morte ꝓuentus eñã sine ꝓfessione decederet saluaret. Juxta illud ps. lxxxiij. Audiam quid loquat in me dñs deus. qm̃ loquet pacẽ in plebem suam. et sup sanctos suos et in eos qui ꝓuertuntur ad cor. Et ezech. xviij. In quacũq̃ hora peccatoꝛ ꝛc. ideo nõ dicit ibidẽ. ꝓfessus. sz cõuertus. Quinto penitẽs debet hãe devotã orõez Gre. Ea que pdestinata sunt pcibus obtinẽ tur. Et sic ille dixit. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Ecce fides qz cõfitet singulatẽ et ptãtem z bonitatẽ. in eo q̃ dicit deus. q. d. q̃ es oĩpotens. peccaui p infirmitatẽ cõtra tã potentiã. ꝓpicius esto fili dei qui es summe sapiẽs. peccaui p ignorantiã. ꝓpicius esto mihi peccatori. O oratio breuis et valde fructuosa impetrat pctõz remissionẽ et infusionẽ gẽte et vite eterne collatõem. Ecce quinq̃ vba de quibꝰ. i. Corit. xiiij. Volo quinq̃ vba sensu meo loqui. q̃. x. milia verboz lingua. Ecce diuinũ misteriũ q̃ pctõrũ cõuersio et salus quinq̃ verbis exprimit. s. deus ꝓpicius ꝛc. Nã sũt quinq̃ libri moysi in quibꝰ scribunt. x. pcepta. que sunt vera via ad eternã salutẽ Math. xix. Si vis ad vitã ingredi serua mãdata. q̃n q̃ sunt vba ordinata a xpo summo sacerdote quibꝰ primũ ꝓsecrauit sacramentũ. et dedit auctoritatẽ sacerdotibꝰ ꝓsecrãdi ad salutẽ generis hũani. Quinq̃ verbis ꝓcepit virgo celi stũ. fiat mihi ſm verbũ tuũ. Et sic hec quinq̃ verba deus ꝓpicius esto mihi pctõri si cõtrit? et devotus quis dixerit desecẽdet iustificatus in domũ suã et deus ꝓpiabit. et. de quo eccl. xvij. q̃ magna mia dñi. et ꝓpiatio illius cõuertẽtibus ad se. Reuertere igit a dyabolo et cõuertere ad deũ Hiere. xviij. et. xxvi. et. xxxvi. Reuertat vnusquisq̃ a via sua pessima et ꝓpicius ero iniquitati et pctõ eorũ. Ecce q̃ nens monet nos reuerti. q̃ si audire noluerim? dicet nobis illud ꝓuer. i. Quia vocaui et renuistis ꝛc. Ego quoq̃ in interitu vro ridebo. Subdit in textu. Dis qui se exaltat hũiliabitur. exaltauit se adã et factus est mortal. geñ. iij. plenus defecerãt. ps. xlviij. Hõ cũ i honore esset nõ intellexit. exaltauit se pharao z sub mersus est in mari rubro. Exod. xiiij. Exaltauit se datan et abyron. et terra deglutiuit eos Nũeri. xvi. Exaltauit se saul. et demoniac? factus est. i. Regũ. xvi. Exaltauit se absolon et crinibus suspẽsus est in quercu. ij. Regũ. xviij. Exaltauit se nabuchodonosoꝛ et in bestiaz ꝓuersus est. Daniel. v. Exaltauit se supbus antiochus et a vermibꝰ cõsumptus est. ij. machabe. ix. Aug. Oĩbus vmbꝰ insidiat supbia et facit pire eas. Ideo d. Math. xi. Discite a me qz mitis sum et hũilis corde.

De eadem dominica Sermo. cxxxv.

Deus ꝓpicius esto mihi pctõri Luc. xviij. vbi supra. ¶ In his verbis tria innuunt que hic publicanus intellexit. Primo credidit diuinã potẽtiã. cum dicit deus. ps. cxvij. Deus meus es tu z cõfiteboꝛ tibi. Secõ supplicat dei clementiam. cũ dicit. ꝓpicius. ps. xxiiij. ꝓpter nomẽ tuum dñe ꝓpiaberis pctõ meo. Tercio replicat suam maliciã. cũ d. mihi pctõri. Quia sciuit illud dictũ saluatoris Ezech. xviij. Nolo mortem pctõris. Unde hõ meret dei ꝓpiationẽ multis modis. Primo p vam cõuersionem de quo Eccl. xvij. q̃ magna misericordia domini. et ꝓpiatio illi? ꝙuertẽtibus ad se. Si ergo vis ꝙ ꝓpiet tibi dñs cõuertaris ad dominũ et reuertaris a dyabolo. cõuertaris ad virtutes et reuertaris a vicijs. Hiere. xxxvi.

hõ meret dei ꝓpiationẽ primo.

Reuertat vnusquisq; a via sua pessima et p/
picius ero iniquitati et pctō eorū. via ēst pec
catorū ē mala. peior et pessima. mala est ꝓmit
tendo culpā. peior extinguēdo grāz. pessima
ꝓdendo gloriā. Ideo bñ dr magna est dei p
piatio ꝙuertētibus ad se. et sic publican⁹ ꝓ/
uersus est ad deū sed phariseus ad seipm. za
charie. i. Cōuertimī ad me et ego cōuertar ad
vos. Scdō p mediatoris fidem. Vñ sanct⁹
tho. omnibus quib⁹ deus ꝓpiatus est ut essēt
de numero saluādorū ꝓpiatus est p fidē me
diatoris. i. Job. iij. Visit deus filiū suū p/
piatiōem p pctis nostris. Ad hoc ēm ipm pas
sioni et morti tradidit. Ro. iij. Quē ꝓposuit
deus ꝓpiatorē p fidem. s. ex pte nīa. Jō mo
yses Deutro. xxi. ꝓpicius esto pplo tuo israel
quē redemisti sc̄z sanguine tuo. Ideo ipm añ
oculos nīos aduocatū ꝓstituit. i. Joh. ij. Si
qs peccauerit aduocatū habemus apud pkez
ihm xpm iustū. et ipe est ꝓpiatio p pctis no
stris. et dic iustū aduocatū. qr respicit iustam
causam. Isaie. lxiij. Ego qui loquor iusticiaz
et ꝓpugnator sum ad saluandū. Et exq aduo
catus iustus dr. ideo de hac ꝓpiatōe aliquis
nō debet stulte psumere. nec ꝓpter magnā dei
misericordiā nec ꝓpter suā magnā pñiaz. eccī
v. De ꝓpiata pctōz noli esse sine mem. ne
scis ēm si vera sit tua ꝙuersio. si accepta sit tu
a satisfactio. qr diuino pensat iudicio et nō
humano. Tercio p fraternā ꝙdonatōnem. i.
Reg. xxiiij. dixit dauid. ꝓpicius sit mihi dñs
ne faciā hāc rē dño meo xpo dñi ut mittā ma
nū meā in eū. qr xps dñi ē. certe cui dñs tā ꝓ
picius est ut ei grām pcēdi tribuit primo. mlt
o magis sibi ꝓpic⁹ erit cū parcit. Aug. Vn⁹
quisq; talem indulgētiā accipiet a deo qualez
faciet primo. ꝓpicius ēm erit deus si tu ꝓpici
us eris primo ipm nō grauādo nec grauamē
affectādo. al' qui ēm ñ grauāt sed tñ grauam
diligūt qō nō diligerēt si rācorē nō seruarent.
Eccī. xxviij. Hō hoi rēseruat trā et a deo querit
medelā. Ambro. Indignū est illi deū esse ꝓpi
ciū qui crudelis est in primū. et sic ille publi
canus licet spretus fuit a phariseo tñ illud ad
mentē nō reuocauit. Quarto p mentis būili
ationem ꝓpicius erit terre ꝓ hui⁹ est būili/
bus. Ideo Amos. vij. Dñe deus ꝓpicius e/
sto obsecro. quis suscitabit iacob qr paruul⁹
est. misertus est dñs supb⁹. Sap. vi. Exiguo
ꝓcedit⁹ misericordia. et tales facili⁹ euadūt
retia dyaboli. sic piscicli parui. Mar. x. Si
nite puulos venire ad me. et sic ille nō aude/
bat oculos eleuare. reputās se pctōrē et alios
meliores. Bern. Quāto quisq; sibi vilior tā
to deo ꝓximior vel preciosior. Quinto p cor
dis dolorē Hiere. xxxi. In fletu veniēt et in mi
sericordia reducā eos. et adducā eos p torre/
tes aquarū. Et sic ille pcutiebat pectus suum
in signū doloris. qr sub pectore est cor vbi p/
cedunt cogitatōes male homicidia adulteria
ꝛc. ut dicit Mat. xv. cognouit ēm iste publi/
canus illud Sap. xi. p que quis peccat p hec
et torquet. Ipe enim primus habuit delectati
onē in corde. nūc dr ꝓtritōem. ps. l. cor ptri
tum ꝛc. Dañ. iij. In aio ꝓtrito et spū būilita
tis suscipiamur a te . G. Sexto p deuo
tam orōem. iij. Reg. viij. Si qs cognouerit
plagā cordis sui et expāderit manus suas in
domo hac tu exaudies de celo et ꝓpiaberis.
ꝓpiat enim deus homini ꝓpter orōem factā
a seipo. et a primo. a seipo ut b. s. pcutiendo
os manus et omnia membra. signāter pectus. qr
sub eo cor ꝛc. ñ. palipp. vi. Quicūq; orauerit
in loco isto exaudi de habitaculo tuo. i. de cel
et ꝓpiare. Item orōnem factā a primo pci
pue a sacerdotib⁹. Leui. iij. Rogāte p eis sa
cerdote propicius eis erit dñs. Quilibet ꝑ
sollicitus in orōe esse dr Jac. v. Orate pro
uicē ut salueminī. et. j. Bacha. iij Nūc clame
mus in celū et miserebit nīi dñs. Septimo
p ꝓfessionē. Hiere. l. Quereī iniqtas israel
et nō erit. et pctm iuda et nō inuenient. qm
ꝓpicius ero eis quos reliqro. Judas interp⁹
tat confitens. Puer. xxviij. Qui abscondit scele/
ra sua nō dirigetur. qui aūt ꝓfessus fuerit et re
liquerit ea misericordiā ꝓsequet. et sic iste di
cens. ꝓpic⁹ esto mihi pctōri. Isaie. xlij. Nar
ra si quid habes ut iustificeris. ps. xxxi. Dixi
ꝓfitebor et tu remisisti ꝛc. Octauo p pia ero/
gatōem. s. elemosinaz. Ero. xxx. Suscipiam
pecuniā q̄ collata ē a filijs israel trades ipsus
tabernaculi testionij. ut sit monimētū coz co
ram dño et ꝓpicieī animabꝰ coz. Quidquid
ēm ad cultū dei ad necessitatē tribuis paupm
b⁹ ubi ꝓficit. Dañ. iij. Pctā tua elemosinis
redime Aug. Redime te o hō dum vius. re
dime te dum potes. redime te dū pciū et t
pus babet. Leui. xxiij. Offeretis holocaust⁹ ū

dño ꝛc. qz dies ꝓpiciatois est ut propiciet vo
bis dominus deus vester. et sic fecit Jacob
de fratre suo esau. Geñ. xxxij. placabo eũ mũe
ribus que ꝓcedunt Sed deu aliq ꝑsecuue.
aliqui de alieno. Ecci. xxxiij. Dona iniquoꝝ
nõ ꝓbat altissimus nec respicit in oblatõ est in
iniquoz. nec in multitudine sacrificioꝝ eoꝝ
ꝓpiabit ꝑcis. subdit. Qui offert sacrificiuz
de substãa paupum quasi qui victimat filiũ
in cõspectu patris. nã q̃ista mezet homo. vij.
modis ꝓpiari sibi. Primo ꝓpiat de ꝑcto
rem lõganimiter expectãdo. z eũ in stam pcti
nõ dẽpendo. Neemie. ix. Tu aũt deus ꝓpici
clemẽs et misericors. longanimis et mlte mi
ſacionis. nõ dereliqsti eos cũ fecissent vitulũ
ꝓflatile. Scdo ꝓpiat minora pcta nõ impu
tãdo. Sap. xi. Dissimulas pcta hoim ꝓpter
pñiam. Ber. Ego peccabã tu dissimulabas.
ego plongaui iniqtatem. tu pietatẽ. ij. palip.
xx. Dns bonus ꝓpiabit cunctis qui in to
to corde requirũt dñm deũ patrũ suoꝝ et nõ
imputabit eis q minus sanctificati sũt. Ter
cio ꝓpiat ofia pcta vniuersaliter indulgẽ
do. ps. cij. Qui ꝓpiat ofibus iniqtatibus
tuis. Quarto ofia merita q pcta pdita resti
tuendo. ij. macha. ij. Famosissimũ in toto oꝛ
be terraꝝ templũ recuperet et ciuitatẽ libera
rent ut leges q abolẽde erãt restituerent dño
cum offi trãqllitate ꝓpicio facto illis. Quin
to viã salutis ofendo Ecci. xviij. Adimple
ut ꝓpiatõem in illis et ofidit illis viã eqta
tis. Sexto q viam ofisam eos ducẽdo. ij. pa
lip. vi. Propiciare pcto ꝑpli tui et reduc eos
ad terrã quã dedisti eis. l. i ſpe. et in futuro da
turus es in re. Septimo ad priam eis reduc
tis pfectam sui ognitõez tribuendo. que q dẽ
ognito est vita eterna. Johã. xvij. Hec ẽ vi
ta eterna vt cognoscãt te solũ vez deum. De
qua cognitõe Hiere. xxxi. Dẽs ognoscẽt me
a mimo vsq ad maximũ dicit dns. q ꝓpici
abo iniquitatẽ eoꝝz et pcti eoꝝ nõ memora
bo amplius. Ad quam cognitõnem pducat
nos deus ꝛc.

De eadez dominica.

Sermo. cxxxvi.

Non sum sicut ceteri hoim raptores
iniusti adulteri. velut etiã hic publi
canus. Luce. xviij. H. Nux in testa nõn ꝑt laudari vel vimpari. licet pondus sit signũ bonitatis et coloꝛ. tñ interius aliqñ repit vermis corrodens nucleum. Moraliter sic hõ q̃z diu latet aia in testa corpis nõ debet laudari. Ecci. xi. Ante mortẽ ne laudes hoiem quẽq̃z Nã licet aliq videant magni ponderis in cõ uersatõne. tñ ibi qñq̃z latet vermis in corde. qđ solus deus respicit. licet hoibꝫ nõ appareat i. Reg. xvi. Homo videt ea q̃ parẽt. deꝰ aũt intuetur coꝛ Ideo Luce. xvi. qđ hoibꝫ altuz est abominano est ante deũ. Dicit enim Augẽ. Vitrũ coloraꝝ ad modũ lapidis ꝑciosi quod a stulto nõ intelligente lapis reputaꝝ. sic ali qui mali reputanꝫ boni ex apparẽtia. ꝓpt qđ dicit saluatoꝛ Johã. vij. Nolite iudicare ꝑm facẽ. Quia dicit deꝛm. Judiciũ ꝑm faciẽ alli dit opinionẽ. sed illũ nõ fallit qui corda cog noscit et renes. nos vđ fallit. iõ Ro. xiij. tu q̃s es qui iudicas alienum seruũ. nã hõ seip sum nõ ꝑt rite iudicare ut dixit aplus. i. Coꝛ. iij. Neq̃z meipm iudico. q aũt iudicat me do minus est. Sed iste pharisẽꝰ iudicauit pub licanũ viliozẽ se nesciẽs eũ meliozẽ foze. lau dauit seipm vimpãs sociũ suũ. Cõtra quod scribit amb. d. Lauda post vitam. magnifica post ꝓsummatõem. nõ lauda nauigãtis felici tatẽ misi cũ venerit ad portum. qđ ille ñ fecit sed ofibus boibꝫ se ꝑmlit d. nõ sum sicut ce teri hoim. In summa residui textus euãgelij duo innuunt Primo duoꝝ hoim ascẽsus pa ritas. ibi. duo hoies ascẽderũt Scdo amboꝝ oꝛõis inequalitas. ibi. pharisẽus stans. De prio membꝛo patet in sermõe. ij. istius dñice xi. qui est in ordine. cxxxij. et incipit. duo ho mines ꝛc · J · Pꝛo quo sciendũ d. gre. xxij. moza. Duplex est supbia exterioꝛ et inte rioꝛ Interioꝛ est quadruplex. prima cum hõ bonũ quod hz estimat se habere a seipso z nõ a deo. Talis fuit nabuchodonosoꝛ. qui dixit Dañ. iiij. Nõne hec est babylon ciuitas mag na quã ego edificaui in domũ regni in roboꝛe fortitudinis mee. et in gla decoꝛis mei. z ple riq̃z sunt hodie tales. cõtra quos dicit aplus i. coꝛ. iij. Quid habes qđ nõ accepisti. si au tẽ accepisti q̃d gloriaris quasi nõ accepis. nã talis cõtemnit deũ in domo suis. De q̃to. Supbia est dei cõtẽptus. quotiẽs sibi asseri bit totiẽs deũ negat. Et grego. Auctoꝛis sui

¶ Supbia duplex est Interioꝛ et exterioꝛ Supbia exterioꝛ est multex ¶ Prima

nocte ita veniet. Et Orosius super p̄s. Cum
ꝓmittunt sibi longa spacia viuendi. et q̄n mi/
nus putant rapiunt̄ ad eterna supplicia mor/
te subitanea. et Aug⁹. Heu infelix mors ho/
mines mille modis rapit. cum estimant se ad
huc longe viuere moriunt̄ et perit om̄is spes
eorum Secūda falsa spes que multos portat
ad eternā damnatōnem est fallax spes diuiti
arum huius mūdi que ꝓmittit diuitias mul
tas et abundantiā tēporaliū. sed audiant infe
lices tales verbū lamentabile ex ore veritatꝫ
Math. xvi. Quid enim ꝓdest homī si mun/
dum vniuersum lucret̄. anime vero sue detri
mentū patiat̄. aut quam dabit homo ꝯmuta
tionē ꝓ anima sua. Tercia spes falsa ꝓmittit
veniā circa finem vite accipe cum latrone. iō
tales p̄sumptuose peccant suꝑ misericordiam
dei dicētes. deus misericors est. quacūq̄ꝫ ho/
ra pctōr ingemuerit dimittet ei omnia pctā.
Cōtra tales scribit̄ Ecci. v. De ꝓpiciatu pec
catoꝝ noli esse sine metu. neq̄ꝫ adijcias pcim̄
suꝑ peccatum. et ne dicas. miseratio dn̄i ma
gna est. multitudinis peccatoꝝ meorū mise/
rebitur. misericordia enim et ira ab illo cito ꝓ
ximant. et in pctōres respicit ira illius. non
tardes cōuerti ad dn̄m et ne differas de die
in diem. subito enim veniet ira illius. et in tē
pore vindicte disꝑdet te. ¶ Quartum vicium
quod multos portat ad eternā damnationeꝫ
est denegatio venie. Cum em̄ peccatores insti
gante dyabolo paulatim labunt̄ de vno pec/
cato in aliud donec veniant in ꝓfundū pecca
torū. tunc dyabolus eis p̄cludit viā eterne sa
lutis. scꝫ spem venie que erigit lapsos ad cele
stes sedes tunc ꝑsuadent illis desperationeꝫ.
et negat illis veniam. Et sic p̄clusi peccatores
possunt ꝯqueri quod scribit̄ in hieremia Tre
norū. iij. Ipe scꝫ dyabolus ꝑsuadēdo despe
rationem et negādo peccatorū veniam. con/
clusit vias meas lapidibus quadris. semitas
meas subuertit. et vt dicit̄ Job. xix. Transi
re non possum. Nam dicit Isidorus. de sum.
bono. Diabolus hoc habet in sua fallaci ar
te. cum perduxerit peccatores ad multitudi/
nem peccatorū precludit illis viam salutis
eterne persuadendo desperationem. ne eua
dant fauces eius per spem venie que erigit
lapsos ad celestes sedes. ¶ M ¶

Tercij mortui qui iã sunt in sepulchro vicio/
rũ p malã ꝓsuetudinẽ et qui iã fetent in suis
nequicijs cũ magna difficultate suscitantur a
dño p gr̃am spũs ſ. et ergo optet q̃ sancta mẽ
ecclia et eius fideles p talibus oret. et deus p
suã misericordiã deluꝑ infundet illis gr̃az ma
gnã ꝑm mensurã vicioꝝ. ut vbi abundauit ꝺ
licitum ibi supabũdet et gr̃a diuina. Quarti
mortui sunt qui iã defendũt culpã et glorian
tur in neqcia sua. et a stultis iã laudant. iuxta
illud. p̃s. ix. Laudat̃ pctor in desideriis anie
sue. et iniquus bñdicit̃. vnus pctor laudat a
liũ et fouet illũ in peccatis suis. ⁊ sic incurrũt
eternã damnatõnem. ut habeat̃ in decretis et
sunt v̄ba dñi Isa. v. Ve qui dicitis malũ bo
num. et bonũ malũ. ponẽtes tenebras lucem
et lucẽ tenebras. Sed q̃ xp̃s quartũ mortu
um nõ suscitauit sed dixit. sine mortuos sepe/
lire mortuos suos et tu seq̃re me hoc exponit
de. Gre. li. iiij. sup Job. mortui mortuos su
os sepeliũt cũ pctores pctores laudant. ⁊ fa/
uent illis in nequicia sua et defendũt illos ver
bis et factis. tales raro suscitat̃ a dño vel nũ
q̃. ſz tñ nulli denegãda est gr̃a ⁊ misericordia
q̃diu viuit sup terrã. qz magna est misericor
dia dei. ut habeat̃ in decretis. de pñia. et in li.
iiij. sniar̃. q̃ pñia multis modis subuenit hu
manis lapsibꝫ etiã in extremo vite cũ lingua
tacet. cor tñ clamat si gratia infundit̃. et potẽs
est deus infundere verã pñiam cui vult ⁊ qñ
vult. etiã in fine vite

De eadem dominica Sermo. cli.

Ecce defunctus efferebat̃ filius vnic⁹
matris sue. scribit Luce. vij. ¶ Pro quo sciendũ. mors spũalis est
duplex. ſ. bona et mala. mors spũalis mala ẽ
sepatio aie a deo. Ita ꝑm aug. Sicut aia ẽ vi
ta corpis sic deus est vita aie. vñ Bern. Vi
ta anie deus est. q̃ se ab eo sepat mortuus est.
Ad hãc mortẽ fit ꝓgressus ad vltimdinẽ mor
tis corpalis. nã bõ corpaliter moriẽs multas
bz ꝓditões. Prio bõ distpat et incipit ꝓpri
de dolore capitis pedũ et manuũ. Spũaliter
sic bõ pri⁹ deo subiectus stetit in iusticia nec
sensit in se aliq̃d retractiuũ a deo. ſz postq̃ tẽ
ptat̃ de pctõ tollet caput. i. mẽs bois aggra/
uat̃. nã licet in spũ nõ est assignare locũ tñ ca
put aie mens ẽ. Ita ꝑm gre. sicut capilli capi/
tis nũc sunt albi nũc nigri. sic cogitatões nũc
male nũc bone. in mẽte oculi duo designãt in
tellectũ et affectũ q̃ pri⁹ erãt in deo fixi. nunc
erũt aduersi. iuxta illud Isa. i. Oñe caput iã
guidũ et oñe cor merẽs. sic q̃ bõ tẽptat⁹ vi
cio ꝑt dicere illud. iiij. Reg. iij. Caput meũ
doleo. ímo et oia mẽbra spũalia. pedes. i. affe
ctus. manus. i. opa sunt iãguida. iuxta illud
Isa. i. A plãta pedis vsq̃ ad v̄ticẽ nõ est in eo
sanitas. Scõo bõ corpaliter moriẽs p⁹ distẽ
patõem infirmat̃. nã null⁹ imediate ex distẽ/
patõe moritur. nisi infirmitas inualescat. ⁊ hoc
fit cũ homo cessat ab oñi ope bono. et decidit
sub tẽptatõne. et cdo aie. Bẽ v̄bum dei nõ sa
pit ei. De quo p̃s. cvi. Oẽm escã abominata
ẽ aia eoꝝ. ⁊ appropinquauerũt vsq̃ ad portas
mortis. ita q̃ bõ ꝑt dicere cũ p̃s. vi. Miserere
mei dñe qm̃ infirmus sũ. Tercio bõ crucia
tur ſcz nũc a frigore tepiditatis et accidie. nũc
a calore p̃ue ꝓcupie fit cruciatus in redarguti
one ꝓscie. Ita sic v̄mis corrodit lignũ ⁊ nnea
pãnũ. sic ꝓscia mordet hoiem cũ a bono opere
cessat et malũ opari intẽdit. Dicit enim glo. su
per p̃s. Nulla maior hois pena q̃ remordens
ꝓscia. sic q̃ bõ pdit loq̃lã ꝓfessiõis crumin⁹ ⁊
laudis. De quo eccl. xv. Nõ ẽ speciosa laus i
ore pctoris. et p̃s. criij. Nõ mortui laudabũt
te dñe. In ꝫ cruciatu bõ pdit intellectũ. ſ. ꝓ
uide ꝓgnitõis. qz tam p̃terita q̃ p̃nia q̃ futu
ra ignorat. Vñ Eccs. ix. Mortui nihil noue
rũt amplius nec hñt vltra mercedẽ. qz obliuio
ni est tradita memoria eoꝝ. Idcirco bõ in tẽ
ptatõe vicioꝝ dicere dz cũ p̃s. xij. Illumina
oculos meos ne vnq̃ obdormiaz in morte.
Ita cũ homo sentit se infirmũ ita q̃ ex vicijs
grauiter impugnat̃ intantũ ut totũ corpus in
cẽdat̃ ex adustione vicioꝝ. q̃diu tñ ibi p̃sistit
nequaq̃ moritur. sed necessariũ est si mori debe
at amplius ꝓcedat. Quarto bõ agoniſat. et ꝫ
fit cũ victus ſimpotunitate tẽptatõnũ nutare
incipit et deliberare q̃d velit et q̃d faciat. et sic
tõ ꝑ sensualitatẽ luctat̃. hec luctatio ẽ periclo
sissima ¶ O ¶ Quito bõ moritur p̃ consensu
mali dãs man⁹ hostibꝫ cũ vincit̃ ꝓpugnatoꝝ
vicioꝝ q̃ ꝓsentiat in pctis. ita ex ꝓscu exalat
spũs. et sic de⁹ q̃ est vita aie euolat et aiaz mor
tuam derelinquit. Unde Leui. xx. Si q̃s de/

verit de semine suo ydolo moloch qđ interp
tat peccatū morte moriat. notāter dicit de se
mine suo. i. de cōsensu. q̄ p̄sensus semē spūs
est. et si peccato dederit mortē. Unde Aug.
sup Geñ. Ex cōsensu rea fit cōscientia. pctm̄
impurat eā si factū nō sequat Ideo scribit
Eccl. iij. Caue ne aliqñ pctō p̄sentias. qz
dicit Bernñ. Qui p̄sentit pctō manet worroz
in exitu. doloz in trālitu. Idē. Sicut bonaz
luntas remunerat. qz origo oīm bonoz. sic
mala voluntas sp puniat. qz oīm viciox mē
qz dicit Eccl. xviij. Post p̄cupiscēnias tuas
nō eas et a wolūtate tua auertere. si pstes aīe
me p̄cupias suas faciet te in gaudiū inimicj
tuis. quia iā homo mortuus est p̄sensum in
domo cordis. Unde Math. v. Qui viderit
mulierē ad p̄cupiscendū eā iā mechatus ē eā
in corde suo. Sexto hō mortuus spoliat om
nib bonis scz. vita. dignitate. diuitijs et ami
cis. sic pctōr p̄sensum pcti mortalis. Prio
spoliat vita. i. deo. qz deus est dulcis vita aīe
Amb. Si morte times. vita xp̄us est. de quo
Deutro. xxx. Ipe est vita tua et lōgitudo di
erum. Hāc pdit hō p pctm̄ mortale. iuxta il
lud ysaie. lix. Iniq̄tates vre diuiserunt inter
vos et deū vrm. Scdo spoliat amicis. i. p̄sor
tio sctoz et angeloz. Treno. i. Omnes amici
eius sp̄euerūt eā. et sic aīa peccatrix erit deso
lata. ꝑm illud ysaie. v. Auferā sepem eius et e
rit in direptōnem. Nō pt q̄ri illud Iob. xix.
Dereliquerūt me. pp inq̄ mei. et q̄ me noue
rāt oblīti sunt mei. Tercio spoliat dignitate.
i. sīlitudine dei. vñ ps. xlviij. Hō cum in hono
re esset nō intellexit. p̄pat̄s est iumētis īsipi
entib z̄. q. d. diuinā sīlitudinē et imaginem
p̄mutauit in bestialē difformitatē. Eccl. x. qs
honorificabit exhonorātem aīam suā. Quar
to spoliat diuitijs. ps. lxxxviij. hō cum intrie
rit nō sumet oīa. Iob. i. Nudus egressus sum
de vtero mr̄is mee et nudus reuertar illuc. sic
q̄ moritē spūaliter p pctm̄ mortale priuat di
uitijs spūalibus. s. virtutib et opatōib bonis
Eccs. ix. Qui i vno peccauerit mlta bona p
dit. iuxta illud Ezech. xviij. Si auerterit se
iustus a iusticia sua oēs iusticie ei⁹ quas fece
rat nō recordabunt. ita q̄ p̄ q̄ri p̄t de aīa pec
catrice illud Treñ. i. Egressus ē a filia syon
oīs decor ei⁹. Quinto p morte hō priuatur
sensu et motu. i. p̄gnitōe z meritoria opatōe.
de p̄gnitōe hēt puer. xviij. Verberaueit me
et ego nō dolui. traxeit me et ego ñ sensi. De
meritoria opatōe hēt ecc. xv. Fiāt imobiles
quasi lapis. s. ad bñ opandū. ꝑm illud ysa. lix
Opa eoz opa inutilia. et op⁹ iniq̄tatis i ma
nibus eoz. s. iā principiū opatōis meritorie
est gr̄a dei q̄ perdit p pctm̄ mortale. et sic si
ne ea hō nihil meritorie opat. Iob. ix. Ve
niet nox q̄ñ nemo opari p̄t. p nocte intelligi
tur pctm̄ mortale. qđ inducit obscuratōnem
p̄sciēnie. iō ad Ro. xiij. Abiciamus opa tene
brar et indu. ar. lu. sic ut ī die honeste ambu
lemus. (P) Septimo mortuus pannis
inuolui. et hoc fit q̄ñ hō iā victus pctō p̄sensit
ut ipsum p̄petret ope. et adhuc inuolui ea vt
valeat ea occulte facere. qz adhuc erubescit ō
p̄petratis crimib. sic occlta bat adā pctm̄ suū
cū interrogat⁹ a dño dixit. mlier quā dedisti
mihi socia dedit mihi de lig̃ z p̄medi. Sile
eua occultauit cū interrogata dixit serpēs de
cepit me. Sic dauid adulteriū occlte p̄petra
tū nitebat abscōdere cū mitteret p vria ut re
uiēs intraret domū suā. ut mortuēs cū vxore
p̄ceptū crederet esse suū. z cuz feciszt dixit dñ
Tu feciste abscōdite. ego aūt faciā vbū istud ī
p̄spectu oīs isr̄l et in p̄spectu sol hoc. et hoc ē qđ
dicit Isaū. iij. Reuelabo pudēda tua in facie
tua. z hoc p̄tingit i extremo iudicio cū reuelabit
p̄silia cordiū. Octauo mortuus pānis inuolu
tus deportat. sic pctōr cum crebr⁹ occlte pec
cat. deinde z in per⁹ pfic ut iā audacter pecca
re incipiat in apto. et nihil iā erubescit peni⁹
sz magis gl̃iat in malicia. iuxta illud puer. ij.
Letāt cum malefecerint et exultāt in rebus
pessimis. de qbus Hiere. iij. Frōs mlieris me
retricis facta est tibi. noluisti erubescere. Sic
no mortuus deplorat. et sic mors spūalis est
deflēda. Hiere. ix. Deducāt oculi nr̄i lacrias
seq̄t. qz mors ascēdit p fenestras. i. pctm̄ mor
tale p̄ sensus ad aīam. et hoc deflevit hieremias
c. ix. qs dabit capiti meo aquā. z oculi mei
fontē lacriar. z plorabo die ac nocte interfectos
filie ppli mei. et hoc decem̄ eccl. xvij. Sup mor
tuū plora. defecit. n. lux ei⁹. Decimo tumula
tur. et hoc fit cū hō exapta malicia peccādi ob
durat in cōsuetudie pcti ut nullū bēat retēn
tū vel retractatuū sz tāq̄z aīal brutū sequit affe
ctū. Juxta illd ps. lxxij. pdit quasi exadipe
iniq̄tas eoz. trāsierunt in affectū cordis.

homo mortuus spoliat 6to bona
primo

Q. Et sic ꝓficiuntur in sepulcꝛ. i. diffoꝛmitatẽ peccati ꝙ quatuoꝛ poꝛntoꝛes. i. quatuoꝛ vicia. Primꝰ poꝛntoꝛ est assiduitas male cogitatõis. Matth. xv. De coꝛde exeũt male cogitatões. homicidia. adulteria. foꝛnicatõ est nam licut difficile est ignẽ in sinu tenere ꝛ nõ ꝓburi. ita difficile est crebꝛe male cogitare et nõ peccare etiã moꝛtlr. Ham dicit Greg. De pẽs cogitatõe peccati ꝓcuꝛrit vt lõge peꝛ voluntate peccati ꝙ etiã opatione rapiat. nam ꝑm Aug. Quãto cogitatiões male maioꝛes sunt tãto facilius in actus ꝓcedunt. Scõus poꝛntoꝛ est ptãs opationis. nã multi sunt licꝫ malũ cõcipiũt tñ ꝓhibent ab opibꝰ ꝙ timoꝛe aut impotẽtiã. sed qui ptãtẽ bñt male opãdi audacter peccãt. ideo dicit Aug. li. ij. de bono discipline. Nihil pẽs ꝙ ptãtẽ ꝛ libertatem peccãdi bẽre. de quo Isiõ. de summo bono. Difficile est pꝛincipẽ regredi ad melius si viciis implicatus fuerit ꝓpꝛi peccãtes iudicẽ metuunt. reges veꝛo ꝛ pꝛincipes nisi solo dei timoꝛe metuꝫ iebenne coaꝛceaꝛi liberi in ꝓpꝛiũ tuũt. Tertius poꝛntoꝛ est pluralitas assimilationis. cũ plures vnum opus malũ faciũt tũc vnus ab alio accẽdit sicut caꝛbo moꝛtuꝰ a caꝛbone viuo. ꝛ dicũt. hoc facit ille. hoc facit iste cur non ego. dicit Aug. in li. ꝓfec. Hoc non ẽ excusare ied socios ad iebennã acquiꝛere. naꝫ ꝑm Grego. Nõ minus aꝛdet qui cũ multis aꝛdet. ideo Hiero. Vultum do socioꝝ non caut impũitatẽ criminũ. ꝓpter qõd scribit Exo. xxij. Non seqꝛis tuꝛbã ad faciẽdũ malũ. quia dicit apls ad Gala. vi. Vnusquisꝙ onus suum poꝛtabit. siꝛ. ij. Coꝛin. v. Vnusquisꝙ ꝛecipiet ꝓut gessit Quaꝛtus poꝛntoꝛ est leuitas estimationis. s. cum homo exiguũ ꝛ leue estiat peccm. vt sunt illi qui dicũt. dumtaxat semel vel teꝛ feci. Isti pẽsare dẽꝛent ꝙ adam semel peccauit ꝛ totũ genus humanum ꝓdemnauit celum clausit ꝛ dyabolo se subdidit. Idcirco peccoꝛ nõ dꝫ estimare ꝙuꝫ illud ꝙ exhonoꝛat deum. ꝛ hoc facit quodlibet peccm mortale. vi delꝫ ꝙ excludit hoiem a deo ꝛ ponit in sepulcris eteꝛne dãnationis vbi sepultus ẽ diues Lu. xvi. Moꝛtuus est diues ꝛ sepultus in inferno. Illuꝛo daꝫ vꝛmibꝰ ad coꝛꝛo denduꝫ sꝫ ꝓficia mala. Isaie vltõ. Vꝛmis eoꝝ nõ moꝛietuꝛ. sed sine fine miseꝛa ꝓficia ꝛemoꝛdebuꝛ. Ecce tot mala incuꝛꝛit homo ex peccõ moꝛtali de quo psal. xxxiij. Moꝛs peccoꝝ pessima. Reuera pessima. Pꝛimo mala ꝙ dõ sepaꝫ ab angelis ꝛ sanctis dei Scõo peioꝛ ꝙ segregatuꝛ a deo summo bono. Tercio pessima ꝙ sepeliẽ in inferno cum ꝛemoꝛdẽte ꝓficia ꝛ dyabolorũ ꝓpꝛio. ideo ecclesiaꝛ. xxi. Fili si peccaueꝛis nõ adijcias iteꝫ sed de pꝛistinis dẽpcare ꝛ quasi a facie colubꝛi fuge peccata ℟. Hũc veꝛovi deamus de ꝛesuscitatõe. naꝫ vnusquisꝙ moꝛtuus spualiteꝛ in peccõ moꝛtali. tãto facilius ꝛesuscitatuꝛ ꝙ gꝛãm ꝙto leuius moꝛtuꝰ est ꝙ culpam. Ideo dñs suscitãs puellã Matthei. ix. non legit aliud fecisse nisi ꝙ intꝛauit ꝛ tenuit manũ eius ꝛ dixit. Puella suꝛge et suꝛꝛexit. cum veꝛo laꝛaꝫ ꝛesuscitauit magna legitur fecisse. nã ibi fleuit. seipm tuꝛbauit. pẽm oꝛauit. voce magna clamauit. laꝛare veni foꝛas. ꝙ hoc insinuauit ꝙ qui pccã in ꝓsuetudinẽ duxeꝛũt difficilime ꝓuertũtuꝛ. de quo Gregoꝛius. Difficilime suꝛgit quẽ moles male ꝓsuetudis ꝑmit. qꝛ dicit Aug. Omẽ peccatũ ꝓsuetudie vilescit ꝛ boĩ quasi nullũ sit putrescit nec volꝫ nam ꝑm Crito. Infelix est ꝓsuetudo peccãdi. nã ꝙto magis peccat tanto minus intelligit. Idcirco mala cõsuetudo non minus ꝙ pnicioſa coꝛꝛuptela vitãda est. vt bẽtuꝛ in canone dis. viij. Mala aũt. ꝓpter quod dicit Greg. iij. moꝛa. Cum culpa in vsum venit tã animꝰ debilius ꝛesistit ꝛ vinctus iacet. Idcirco adoleſcens moꝛtuꝰ ꝛ ꝛesuscitatus significat hoiez pccõrem qui ꝙ opus malum peccauit ꝫ tamẽ in ꝓsuetudinẽ non duxit. hũc suscitauit ihesus hoc modo. qꝛ vidit mtrẽm flentẽ. spualiteꝛ mẽ vidua est ꝓficia viꝛtutibꝰ viduata. que dẽt deflere ꝛ dolere de moꝛte aĩme. qꝛ homo non ꝛesuscitatꝫ spualiteꝛ in anima nisi bẽat veꝛam cõtritionẽ ꝛ doloꝛẽ in ꝓficiẽa. de quo Hieroñ. Nulla culpa delebit nisi tristicia anxiet Danie. ij. In spũ humilitatis ꝛ animo contꝛito suscipiamuꝛ a te. Scõo xps fuit misceꝛia motus sup eam. ꝛ sic dicit psal. l. Coꝛ ꝓtritum et humiliatũ deus nõ despicies. vbi Cassiodo. Nemo flẽs accessit qui nõ impetꝛauit qõd postulauit. Tercio ad defunctum accessit. hoc fit cum pccõꝛi tribuit ventã ꝛ noticiã sui vt ꝓgnoscat mala que fecit ꝛ bona que neglexit. dicendo cum Paulo actũ. ix. Quid me iubes facere. ꝛ conformat voluntatẽ suã voluntati diuine. di. nõ sicut ego volo sed sicut tu. Quaꝛto

feretꝝ tetigit. ꝛ hoc fit cū coꝛ pctōris ad amo
rem sui accēdit vt doleat ex amoꝛe sui sibi pec
casse. qz dicit Aug. Nō solū oꝑtet dēū amere
vt iudicē sed enā diligere vt pr̄ēm. Quinto
dixit adolescēs. tibi dico surge. nō senex. naz
qui senescūt in vicijs raro resurgūt. ꝓuerbi.
xxij. Adolescēs iuxta viā suā enā cū senuerit
nō recedet ab ea. nam scribit Hiere xiij. Si
mutare pōt ethiops pellē suā aut pardus va
rietates suas. ꝛ vos poteritis bñfacere cuz di
diceritis malū ideo Eccls. xij. Memēto crea
toris tui in diebꝫ iuuēt⁹ tis. nā bonū est viro
portare iugū dñi ab adolescēnia. Treno. iij.
Juuēt⁹ es ñ bz se sicut virgula que est flexi/
bilis. senectus vero vt lignū vel arboꝛ inuete
rata ꝛ arida que ꝓnus frāgit cꝫ flectit. ideo
Holgot sup li. sapi. Oē pctm̄ incurabile? est
in sene cꝫ in iuuene. Sene. Pctā senū prędi
canē in quid. pctā iuuenum in quale. hoc est
senū sunt quasi substātialia ꝛ iuuenū acciden
talia. Ideo Hiero. Dū puulus est hostis in
terfice eū. Sexto portātes steterēt. hoc fit cum
oia vicia cessant. Ecclāci. v. Fili accedens ad
seruitutē dei sta. i. a vicijs cessa. vt docuit ysaias
Quiescite agere puerse discite bñfacere Se
primo cepit loqui. ꝛ sic pctōr resuscitatus ad
vitā bz loqui triplr. Primo in cōfessiōe ysaie
xliij. Narra si quid hās vt iustificeris. Secun
do in oꝛōne. i. Petri. iij. Si quis loquit̄ q̄si
ꝛmōes dei. Tercio bz loqui in grāru̅ actione
que apit fontē pietatis. vt dicit Aug. de scō
victoꝛe. Grārumactio est magna virtus que
grām augmētat bñficia ꝓseruat. mētē ad plu
ra pcipienda ꝓparat

Dominica xvij

Sermo. clij.

Cum inuitatus fueris ad nuptias re
cumbe in nouissimo loco. scribit Lu.
xiiij. ꝛ legit hodierna die ꝓ euange/
licali officio . S . Commentatoꝛ ō
imꝑssionibꝫ aer. dicit. Nubes alte nō pluunt sz
dēpsse. Spūaliter sic mētes supbe non hēnt
pluuiā gē sed mētes dēpsse ꝓ humilitatem.
Jaco. iiij. Deus supbis resistit hūilibꝫ autez
dat grām. nā ꝛm Hiero. Nulli lz veniā sparet
sine humilitate. De quo Aug. Si humilis
non fueris grām spūssancti nō hēbis. Figura
mr. ij. Reg. i. Mōtes gelboe nec ros nec plu
uia descēdat sup vos. vbi ecciderūt fortes in
ysrael. Spūaliter fortes. i. angeli ceciderunt
in mōte supbie. In quo nec ros gē nec plu
uia miscōie dei apparet. vt hī Judit. ix. Su/
perbi nō placuerūt tibi ab initio. ꝓpter qō do
cuit Thobias filiū suum ca. iiij. Superbiam
nunq̄ in mo sensu in mo verbo dñari permit
tas. qz dī. Gre. xxxiij. moza. Euidentissimuz
signum reꝓbōz est supbia electoꝝ humilitas
Jō Aug. Si vis capē alāmdinē recipē ꝓiuf
eius humilitatē quā docuit xp̄s dicēs cū in
uitatus fueris &c. In summa euāgelij duo in
nuunt̄. Primo saluatoris potēna in idropici
curatōe. Secō manifestat eius sapia in bēni
gna instructiōe. Primū pz in principio. scōz
ibi. cū inuitatus fueris. De primo dicit in il
lo tpe. s. tercio āno pdicatōis xp̄i post decol/
lationē Johā. vt dicit Vin. in speculo histo.
li. viij. ca. xxvi. Postq̄ xp̄s reꝓbauit auari
cia phariseoꝝ ꝓ tres pabolas. s. de diuite epu
lone. et de villico iniq̄tatis. aliā quoq̄ ō ōna
rio diurno tūc sabbato cū māducaret cuz pri
cipe sacerdotū sanauit idropicū. de quo dicit
ter. Cum intraret in domū cuiusdā principis
phariseoꝝ nō in ꝓpriā domū. qz dixit Mat.
viij. Filius hois nō bz vbi caput suū reclier.
sed intrat in domū principis. Simō de cassia
Intrauit nō amoꝛe ꝓuiuq̄ sz rōne docendi vt
eis ꝓberet panē sapie ꝛ salutis de quo aīa nu/
tritur ꝛ viuit. Joh. iiij. Ego cibū habeo man
ducare quē vos nescitis. nā virtuosoꝝ hoim
est panē gratis nō māducare absq̄ recompen
satione. ꝛ sic xp̄s fecit. nā in nuptijs aquaz in
vinū ꝓuertit Jo. ij. in domo simonis leꝓsi
marie magdalene pctā remisit Lu. vij. In do
mo zacheī principē publicanoꝝ ꝓuertit. Luce
xix. In domo matheī hospitē in aplm ꝛ in euā
gelistā recepit. Matb. ix. ꝛ sic vbiq̄ fecit recō
pensatōz. Tūc subdit. sabbato māducare pa/
nem. nā iudei sabbato ꝓuisia fecerūt . P
Pro quo sciēdū. cōuiuia in se non sunt ꝓhi
bita. Un Greg. ꝛ hī. xliij. dis. Quuia. Cōui
uia cōia que ex intētione impēdēde caritatis
fiūt recte vestra fraternitas i suis epl̄is laudat
Sz tñ sciēdū est ꝙ tūc ex caritate veraciter ꝓ
deunt cū in eis nulla absentū vita mordetur
nullus ex irrisiōe reꝓbendit̄. nec in eis ianes
secularū negociorum fabule sed ꝛba sacre lectū

onis audiunt. Cū nō plus ꝯ necesse sit humāe corpi q̄ sola eius infirmitas reficit vt ad vl? exercende virtutis habeat. Hec itaq; si vos in vtis cōuiuijs agitis abstinētiā fateor mgri estis. Et bñ q̄ cōuiuia bñ pñt fieri q̄ male. si cut hic istud cōuiuiū cōmebat aliqd malicie. q̄ etiaz aliquid bonitatis. Aliqd bonitatis habebat primo ex pte ei? cui impēsum est. s. xpo sic paupi xpiano q̄ iusto dz fieri elēosina. p̄io paupi. Lu. xiij. Cū facis cōuiuiū voca pauperes debiles. q̄ claudos. q̄ cecos q̄ beatus eris. q̄ nō bñt retribuere ubi. retribuet? em̄ ubi in resurrectōe iustoz. Prosp de vita cōtemplatiua. Hñm dare est ꝓdere. paupi vero dare ē ꝓdere xpo. Mat. xxv. Qđ uni ex mīmis meis fecistis ꝛc. de quo Gre. Qđ paupi in terra dederis xpo in celo regnū largiet?. Iō poeta Dū seces in mensa primo de pauꝑe pensa. Tunc bñ prādet? cū xps adesse vidz. Et signāter de residuo dñt vesci pauperes. Lu. xi. Qđ superest date elēosinaz. Aug. De verbis dñi paupm sunt reliq̄e nō delicie ñ oblectam̄ta sed fragm̄ta. Secđo habebat aliquid bonitatis q̄ fuit cōmendabile ex pte largientis. q̄ princeps sacerdotū. principes em̄ et qui plus bñt dñt retribuere indigentibz. Thobie. iiij. Si mltz tibi fuerit abūdāter tribue. si exiguz tibi fuerit etiā exiguū libenter impārti studе. Lu. xij. Cui multū donatū est multum queret? ab eo. Basi. Si fateris tpalia tibi venisse a dño dc cur tu abūdas q̄ paup eget nisi vt tu de superfluo largiaris egeno q̄ vt merearis. Dz nunc in domibz principū plures repiunt fures q̄ dones qui cibātur ꝯ pauperes. qđ ꝓqueritur ysa. i. Principes tui infideles socij furū. pl? recipiūt nūc pauperibz ꝯ tribuāt. de quo ysa. iij. Rapina pauperis in domo tua quare atteritis plm meū. q̄ facies pauperū ꝓmolitis dicit dñs exercituū. q̄ ysa. xxxij. Ue qui pdaris nōne et ipe pdaberis. s. vita eterna. Aug. Si tenes o bolū teneris a dyabolo. tales cibant? de sāguine pauperū. Eccliaci. xxxiiij. Panis egentū vita pauperis ē. Tercō fuit cōmendabile ex pte tpis. q̄ in die festo q̄ in solēnitatibz pauperes vocādi sunt ad mēsam. Ubi legit Thobie. ij. Dū eēt patū prādiū bonū thobie in die festo misit filiū suū vocare pauperes timētes deū. q̄ hoc docuit filiū suū di. c. iiij. Panē tuum cuz esurientibz q̄ egenis comede. q̄ Ecclesiastici. viij. Mittite pteleis qui ñ ꝓparauerit sibi. q̄ scūs dies dñi est. nā qđ quis duris q̄ iustis laboribz acq̄siuit dz diebz festiuis pauperi impārti. vt pz in exēplo in li. narra. Crisō. Sia q̄ nobis dñs dat per nos alijs dat. ¶ V. Quarto fuit laudabile q̄ ibi fuit mo destia. s. in cibo. q̄ notat? ibi vt māducarēt panē. Per panē itel ligit necessitatē vt pcinuit Salo. puerbi. xxx. Mēdicitatē q̄ diuitias ne dederis mihi. Tribue tm̄ victui meo necessaria. de quo Augu. Docuisti me dñe vt ꝯadmodū medicamenta sumptur? sim alim̄ta. s. vt sufficiat ad sustētationē q̄ pfit corpi q̄ aie. vñ Eccliaci. xxxvij. Propter crapulā multi obierūt. s. in corpore tanīa. qui autē abstinēs est. i. moderatus adiciet vitā. iō Luce. xxi. Attendite ne forte grauent? corpa vra crapula. Galie. Ples moriunt? crapula ꝯ gladio. iō eccliaci. xxxvij. Noli auidus esse in oīm epulatiōe. iō Eccliaci. xxxi Utere quasi bō frugi bis q̄ ubi apponunt? nō quasi bestia sicut filij israel. de quibz psal. lxxvij Māducauerūt q̄ saturati sunt nimis. sequitur Adhuc esce erāt in ore ipoz. q̄ ira dei ascēdit sup eos. ideo bē in Cañ. de pse. di. v. ne tales vbi dz. Nēo oneret? cibis vsq̄ ad inflationē ventris. iō petrus. panē nēm quotidianum notāter dicit nēm Cri. Qui panē iuste q̄situ māducat suū panē māducat. de talibz psal. cxxvij. Labores manuū tuaz ꝛc. Thobi. ij. dicit Thobi. cū audiuit agnū balātē dixit. videte ne forte furtuus sit. q̄ ñ licz nobis aut edere ex furto aliquid aut ꝓngere. q̄ ꝓ panē intelligimus necessitatē. vñ Cipria. Si vno die tā tū expēdis quantū pluribz diebz ubi sufficere posset. iā ñ panē quotidianū sz multoz diez comedis. Ité in hac dictōne. panē. excludit delicias q̄ voluptates. Greg. Ut frequēter epulas comitat? voluptas iō tales sunt resecande q̄ euitāde in huius dei. iō Augusti. in li. questionū q̄ bēmr. xli. di. ca qđ dicit. Nō vsus sz ꝓcupia repbendenda est. Idcirco si aliquis ē ꝓsuetus delicijs dicit Aug. de verbis domini q̄ bē xli. di. s. Nō cogant?. non cogant? diuites paupes cibis vesci. vtant? consuetudine infirmitatis sue. sz doleāt aliter se nō posse sustēta re. dicit sēm scūs Tho. cōtra gēiles. li. iij. cap. cxxviij. Sicut venereoz vsus absq̄ pcō est si sm rōem fiat. ita etiā vsus ciboz. Fit autem sm rōem q̄n ordinat? sm qđ congruit debito

fini finis aũt debitus cibo⁹ est confuatio cor poris p nutrimtũ. ⁊ quicunq; cibo hoc facere põt absq; pctõ põt sumi. nullus igit cibi sum ptio est pctm̃ ꝼm se. Si aũt ꝓpter delectatiõ⁹ vel etiã in nimia q̃titate sumat ꝓtrahat saluti corp's. ℟. Subdit in ter. Jpi obfuabãt eu⁹. ecce hoc fuit reprehensibile. ⁊ sic hodie psecutões ⁊ detractões fiũt in puiuijs. Jõ est cõsilium in pci. tollit. ⁊ hẽ xliij. di. p reuerentia statutũ est vt in mens clericor⁹ sacra lectio re/citetur ad vitãdum verba inutilia et detracto/ria. Sup quo dicunt doc. q̃ non solum sacer dotib⁹ sed etiã laicis abstinendũ est ab inutili bus fabulis ⁊ detractionib⁹. rõ qr detractio ẽ vnum pctm̃ de maximis. teste Alexandro pa pa sexto. q. i. summa. Sũma iniquitas est de trahere. ⁊ scũs Tho. ij. ij. q. lxxiij. ar. iij. Detra ctio ꝼm genus suũ est maius pctm̃ mortale q̃z furtũ. qr magis nociuũ. qr detractor furatur bonã famaz ꝓuer. xxij. Melius est nomen bo num q̃z diuitie multe. Eccliaci. xli. Curaz ba be de bono noie. hic subdit. Ecce quidã ydro picus erat añ illum. nõ petebat sanitatẽ. qr in firmitas loquebat̃ p illo. vel ꝼm Ciril. ꝓpter iudeor⁹ pñiam nõ audebat in sabbato curati onem petere. Sed vidit xp̃m benignũ expec tans eius grãm qui nouit occulta cordis. Et ñ tens ihesus ad legis ritos. s. non ad dicta sed ad cogitata. In quo dei sapiam in se dmõ strauit hẽ quia corda hoim̃ deus scrutatur. psal. vij. Scrutãs cordaz renes deus. d. Si lz sabbato curare. i. si licz sabbato opus carita tis facere sine sabbati violatõe. vt esset illud curare infirmũ. At illi tacuerũt. Bed. merito tacent qui ꝓtra se dcm̃ quidquid dixerint vi dent. Si em̃ lz sabbato curare cur ipm̃ obser/uant. si non lz cur pecora curãt. tacebãt ergo qr nesciebãt quid dicere debant. ℣. Nota tacitumitas est triplex. s. ignorãtis. pru dentis. ⁊ insidiantis. Prima est tacitumitas ignorantis. Eccliaci. xx. Est tacẽs ⁊ ñ bñs sen sum loquele. ⁊ hoc est laudabile. de hoc Eccli. v. Si est tibi intellectus tñ de primo. sin aũt sit manus tua sup os tuũ. Secũda est tacitumi tas prudẽtis. de quo Eccliaci. xx. Est tacens sciẽs tps apti tpis. naz hõ sapiẽs tacebit vsq; ad tps vt dicit Isi. d. de summo bono. Tẽpe ꝓruo loquere. tpe ꝓruo tace. Jdeo agathõ p trienniuz portauit lapidẽ in ore vt disceret tacere. Jdeo Amb. sup Lu. Maior est vtilis tacendi q̃z loq̃di. Jdeo idem li. i. de officio. Plures vidi loq̃ndo pctm̃ incidisse. vix quẽ q̃z tacendo. ideo tacere nosse difficilius est q̃z loqui. plures sunt qui loqui nesciũt. pauci ve ro tacere bñ sciunt. Jdeo legit de tribo philo sophis nõ multa loquẽtibo cur tacerẽt. Rñ. primus stultus tacere nescit. Scõs qui bene loqui nescit melius est vt taceat ne q̃d dixisse peniteat. nã sapiens nõ loquit multa nisi pri⁹ psideret quid aut quo loco vel tempe dicat. Tercius noie Solinus vt dicit Valeri⁹ ma ximus rñdit. Me dixisse aliq̃n penituit. tacu isse nunq̃z. Juxta illud. nulli tacuisse nocet. no cet esse locutũ. di. em̃ Ambro. li. i. de officijs. Patiẽtia silendi ⁊ opmnitas loquendi sunt maxia fundamẽta virtutũ. Tercia tacitnitas est insidiãtis nolẽtis informare ꝓximum. vt hẽat quid vituperet. De quo Hiero. Valũt vituperare q̃z emẽdare. quales fuerunt isti. Jd circo deus nõ aduertit malicia eor. lz vt subi/ditur. Jpe apprehensum sanauit eũ ac dimisit Bed. in ome. di. Jdeo añ pharisẽos ydropi cum sanauit vt mox ꝓtra auariciam disputet vt ipor⁹ auariciã arguat. p quã sabbatum vio lant. nam p illius egritudinẽ corpis exprimi tur illor⁹ egritudo mẽtis. ℣. Nam sicut ydropicus hz tres ꝓprietates. s. corpus infla tũ. anhelitũ fetidũ. ⁊ sitim inextinguibilem. sic p ista tria designant̃ tria genera peccatorum que maxime regnãt in domib⁹ diuitũ et pauci pum. Primo p inflationẽ corpis intellige su perbiã. Vñ ysa. iij. Eleuati sunt ambulauerũt extẽto collo. nõ curãtes an pauper⁹ pereunt. di. illud Sapi. ij. Sit fortitudo nẽa lex iiusti cie. Sequit̃. Nõ parcam⁹ vidue ꝛc. de talibo ysa. xxviij. De corone supbie. qr odibilis co ram deo est ⁊ hominib⁹ superbia. Eccliaci. x. ꝓpter quod scribit̃ Sapi. iiij. Disrumpet in flatos sine voce. s. excusatõis. ⁊ hoc erit in die iudicij. de quo ysa. ij. Dies dñi exercituũ su per oẽm supbum ⁊ excelsum ⁊ supoẽm arro gantem ⁊ humiliabit̃ ꝛc. ve anime eorum. q̃a implebit̃ illud psal. xxx. Retribuet abundan ter faciẽtibo superbiã. Secõdo per sitim intelli/gitur auaricia. naz sicut ydropicus quãto plꝰ bibit tãto amplius sitit. sic et auarus Eccls. v. Auarus non implebit̃ pecunia. et vt dicit Didimus. Omnis auarus est insanabil' ap

penitus. nō dicit sufficit sicut infernus. ō quo Puer. xxx. Tria sunt insatiabilia ⁊ quartum qō nunqꝫ dicit sufficit infernus ꝛc. nam scōm Hiero. Auaricia modū ignorat. iō Tullⁱ⁹ in rethorica. li. viij. ¶ Pessimū viciū auaricia pci/pue in pncipibꝰ ⁊ rem publicā gerēnbꝰ. pro pter qō Jetro cognatus moysi dixit moysi ex odi. xviij. Prouide de omi plebe viros sapiē tes ⁊ timētes deum in quibꝰ sit veritas ⁊ qui oderint auariciā. Sed vbi sunt. raro inuenū tur tales. nā pquerit ysa. ca. i. Principes tui infideles socij furū. omnes diligunt munera. sequent retributōes. pupillo nō iudicāt. ⁊ cā vidue nō ingredit ad illos. de talibꝰ di. apⁱs ad Ephes. v. Omis auar⁹ nō hz hereditatez in regno xpi ⁊ dei. Tercio p fendū anbelitum intelligit luxuria que sequit auariciā. Unde Hiere. v. Saturaui eos ⁊ mechati sunt. sed vbi est amplior fornicatio ⁊ excessio puritatis in carnali mollicie qꝫ in domibꝰ pncipum ⁊ diuitū Mat. xi. Qui mollibꝰ vestiunt in do mibꝰ regū sunt. Jō Hiero. Ubi superbia vbi auaricia vbi luxuria qꝫ apud infelices diuites huius mūdi. Hūc subiungit saluatoris sapia in obpuatoꝝ insidiantū pfutatōne di. Et cū dens ihesus nō ad voces sed ad corda quibus murmurabāt. ⁊ di. ad illos. Cuius vēm bos aut asinus cadet in puteū ⁊ nō pnuo extra/ het illū die sabbati. notāter dicit vēm in plu/rali. qz omēs laborabāt vicio auaricie. Juxta illud Hiere. vi. A minore vsqꝫ ad maiorem oēs auaricie studet. ⁊ a pphēta vsqꝫ ad sacer dotez. Hā cupiditas mouebat ipos aialia ex trahere de puteo die sabbati. xpm aūt caritas ad sanandū bōies ⁊ nō poterāt ad hoc cū dere qz sciebāt seipos culpabiles ⁊ reos p cupidi tatē violare sabbatū ¶ A ⁊ Pro q̄ scien dum. de festiuitate sabbati di. Tho. ij. ij. q. c xxvij. pceptū de sabbato fuit quodāmō mora le ⁊ quodāmō cerimoniale. Inqꝫtū cerimo/niale. et sic fuit figura quietis xpi in sepulcro que pterijt. ⁊ sic cessare debuit vt hī de cōse. dis. iij. quenit. vbi dr. Qui die sabbati pbi/bent operari pdicatores antixpi dicimus. hec Greg. Sed inqꝫtū morale tunc designat in p cepto q vnus dies dz esse in ebdomoda bo nori dino singulr deputatus. in quo debem⁹ quiescere ab opere seruili. i. pctō. vñ August. ꝑmone. xx. sup Joha. Sacm sabbati est au tiquis patribꝰ pceptū. qō nos xpiani spūalr obpuamus. cum ab omi opere seruili. i. peccato abstinemus. ⁊ sic festiuitas sabbati est muta/ta per ecclam scām in die dnicam quadrupli/ci rōe. Primo ob memoriā dnice nativitatis qz dnico die natus est ihesus in mūdo. in hoc maximā caritatē nobis exhibuit. vñ August. sup Joha. Si deus peccatores nō amaret ō celo ad terrā nō descēderet. ideo Bern. O na tivitas scā mūdo amabilis. angelis letabil⁹ Re uera fuit nativitas amabilis ⁊ letabilis vt d. Aug. Quia deus factus est filius hoīs vt fi/lios hoīm faceret filios dei de quo angeli leta bantur di. Lu. ij. Euāgelizo vobis gaudium magnū qō erit omi pplo. qz natus est nobis hodie saluator. Reuera gaudiū magnum fuit isto die. qz dicit Aug. Subiecit se vt exalta ret te. inclinauit se vt susciperet te. exinaniuit se in maiestate vt impleret te dinitate. descen/dit vsqꝫ ad te vt ascēderes vsqꝫ ad eum. et hoc factū est die dnico. Secōo ob memoriam bnficij resurrectiōis que fuit die dnico. que ē cā ⁊ exēplar nostre resurrectōis Johannis. xi Ego sum resurrectio ⁊ vita. nam illa die tria nobis pculit bona. Primo mortē ntrām mori endo destruxit ⁊ vitā resurgendo repauit Se cundo naturā humanā veste imortalitatis in duit. cum imortalis ⁊ impassibilis resurrexit Tercio qz nimorē mortis abstulit ⁊ nos p su am resurrectōz de eterna beatitudine assecura uit. Cum certū sit q mēbra sequi dēant vbi caput pcessit. Unde Gre. Si mēbra nri redem ptoris sumus psumamus in nobis quod iaz gestū pstat in capite. s. q resurgem⁹ ad vitam immortalē. ō quo. i. Cozin xv. Sicut in adā oēs moriuntur ita ⁊ in xpo oēs viuificabunt Ideo scribit in Can. de pse. di. iij. Sabbato vbi dr. die dnicum pter venerabilē resurre ctionē nō solum in pasca sed singulis dnicis celebramus. Tercio festiuitas sabbati muta ta est in die dnicum pter hoc. ne videamur iudaisare. de quo dicit Aug⁹. sup Jo. sermōe xx. Sacm sabbati est antiquis patribꝰ pcep tū. qō nos xpiani spūaliter obpuamus cū ab omi seruili ope. i. pctō abstinemus. de quo et glo. deutro. v. Quidquid agimus si pter fu turā requiē facimus sabbatum obseruamus. Quarto festiuitas sabbati mutata est in diez dnicum pter dignitatem diei dominice

¶ Sabbum mutat⁹ in diem dñicū ꝓpter 3 ꝓmo

1° ꝓmo

2° ꝓ

3° ꝓ

4° ꝓ

B) Dicit enim Leo papa et hr in Can. lxxv. di. quod die dñico quidquid a dño insigne est instituti in huius diei dignitate est gestum. In hac enim die mds sumpsit exordium. in hac per resurrectionem mors interitum et vita accepit principium nam quam plura opa digna deus fecit die dñico primo illa die dus celum et terram et angelos creauit. Secdo illa die stetit archa Noe post diluuium in montibus armenie. Tercio ipso die dñs eripuit populum suum de egipto in manu forti. Quarto eadem die primitus mana pluebat de celo in escam filiorum ysrl. Quinto eodem die xps natus est de virgine maria. Sexto eodem die xps circumcisus est et primo sanguinem suum fudit pro nobis. Septimo eadem die conuertit aquam in vinum in nuptijs et fecit initium signorum. Octauo aliqui dicunt quod baptisatus sit eodem die. xps. Nono eodem die satiauit. v. milia hominum quinque panibus et duobus piscibus. Decimo eodem die honorificatus est cum ramis in die palmarum. Undecimo eodem die surrexit. Duodecimo misit. s. s. dis. Idcirco scribitur Exodi. xx Memento vt diem sabbati sanctifices. i. summo studio illum honores et nihil opis manualis in eo facies per quod possis impedire quietem mentis in deum Di. enim Augu. in regula. Dñico die a labore terreno cessandum atque omno orationibus insistendum est. vt si quid negle per sex dies agitur per diem resurrectionis dñice precibus expietur. nam hr in Can. de cons. di. iij. ieiunia. Dñico die nihil aliud est agendum quam deo vacandum. Pro quo sciendum quod preceptum de celebratione festiuitatis contingit transgredi quadrupliciter. Primo manualiter operando. Secdo placitando. Tercio mercando. Quarto peccando. Primo dixi transgreditur festiuitas manualiter operando. quia prohibetur a deo. Exo. xx. Non facies in eo omne opus Unde di. scus Tho. ij. ij. q. cxxij. In quattuor casibus contingit laborare manualiter et festiuitatem non transgredi Primo propter laboris modicitatem. puta si labor tam modicus sit quod quietem mentis impedire non possit in deo. quia solus ille labor qui tollit quietem animi et spus libertatem cant mortale pctm Secdo propter laboris necessitatem que tanta debet esse vt labor opis sine rei periculo preueniri vel differri non possit. sicut contingit in messe propter periculum hostium. vel sm vilhelmum. Si iacentibus segetibus in agro aut fenum immineret tempestas. Item non videtur peccare carnifex pistor vel pincerna qui preparant victualia vt sequenti die vendant si prius comode non poterant preparare vel preparata conseruare Similiter contingit in vindemijs propter frigus imminens. vel in captura allecum vt hr de ferijs. c. licet. Tercio propter cordis pietatem. quia bn licet propter deum arare et agrum pauperis seminare vel ducere religiosis pauperibus ligna vel alijs presbiteris miseris. sic quod paupertas hoc exigat et non affectio carnalis vel spes remunerationis. Quarto propter publicam vtilitatem puto laborare pro ponte vel in muro vel fossato contra inuasionem hostium. sicut machabei fecerunt. i. Macha. ij. Sic sm glo. in bello iusto possent se homines munire. sic etiam pro conseruatione vite vt conficere spes in apoteca vel fodiendo herbas. et sic hic reprehendit iudeos. Cuius vestrum bos vel asinus. q. d. si licitum est et sine pctō subuenire iumento. magis homini in die sabbati

C) Secdo transgreditur festiuitas placitando vnde. xv. q. iiij. placita. placita secularia dñicis diebus vel alijs precipuis festis seu etiam in his diebus in quibus ltima ieiunia celebrantur sm canonicam constitutionem minime fieri decernimus. di. vilhelmus. Nisi pro pace. et sic etiam iuramenta pnt fieri. Tercio festiuitas transgreditur mercando vt hr de ferijs. omnes dies dñicos decreuimus obseruari vt mercatura in eis minime exerceatur. dicit tn vilhelmus. Si homo non facit ex consuetudine sed ex necessitate vt forte alio die ita comode non posset inuenire quo indiget non credo peccare mortaliter. Sin autem hoc facit cupiditate lucri. vt mercatores mane exponentes non visitant officia dina nec sermones. et tales mortaliter peccant. Si autem emptio et venditio fieret de victu alibus vt pane carnibus ceruisia et sic de alijs. et si fieret post sermonem et dinum officium non neglectum non creditur illicitum. quia quilibet xpianus tenetur audire missas totas die dñico. vt hr de cons. di. i. missas. Missas totas die dñico audire precipimus. similiter vt habetur. ca. sequenti cum ad celebrandas. Cum ad celebrandas missas in dei nomine conueniat populus non ante discedat quam misse solemnitas compleatur. et vbi eps non fuerit benedictionem a sacerdote accipiat. similiter die dñico tenetur vnusquisque ad dei verbum audiendum. vt hr de cons. di. i. sacerdote. Sacerdote verbum dei in eccia faciente si quis egressus de auditorio fuerit excomicetur. Item fabri subferrantes equos in die festo sm vilhelmum. si non faciunt hoc ex

necessitate sz ex cupiditate peccāt mortaliter similiter qui faciūt serta de floribꝰ nō excusantur. qꝛ in his de facili fit abusus ⁊ sunt incitamēta vanitatis ⁊ lasciuie. vilhelmus. nisi fiat sine p̄cio ⁊ cum sit modicus labor ⁊ nō est intentio ad lasciuiā sed ad recreationē moderatā eque bñ est veniale pctm̄. Quarto trāsgreditur festiuitas peccādo Hieremie. xvij. Nolite portare pondera in die sabbati. hoc est pōdus peccati. de quo psalmi. xxxvij. Iniquitates mee supergresse sunt ꝛc. Scribitur nanq̄ de ferijs. omnes dies dñicos decreuimus obseruari et ab om̄i opere seruili illicito abstiere modo peccatuz mortale est opus seruile illicitum. Per illud em̄ seruitur dyabolo Johānis. viij. Qui facit peccatū seruus est peccati sed simil̄r ⁊ dyaboli. ij. Petri. ij. A quo quis superatus est huius ⁊ seruus est. modo indignum ⁊ illicitū est seruire diabolo qui nll̄o placatur obsequio. nam dicit sanctus Thomas ij. ij. Homo magis impedit̄ a rebus diuinis ꝑ opus peccati q̄ꝫ ꝑ aliud opus corꝑale quodcunq̄. Similiter Alexander de halis in suo tercio. Qui peccatum in die festo ꝯmittit dupliciter peccat. primo facit mortale ꝯtra p̄ceptum. Nō mechaberis vel aliquod aliud. scd̄o facit cōtra illud preceptū de obseruatōne festiuitatis. Ideo scribit Greg. in dyalogo. Mulier a viro cognita sabbato de mane die dñico immiscuit se ꝓcessioni et a dyabolo est obsessa ⁊ grauiter vexata Ideo valde ꝑuersi sūt qui diebꝰ festiuis nolūt sancte viuere. quia sicut sancto loco deferēdus est honor sic et tp̄i Unde. si quis in om̄ibꝰ festiuitatibꝰ ararz malus iudicaretur sed peiores qui fornicant̄ chorisant ⁊ inebriantur. dicit em̄ Aug. Meliꝰ est die domīco arare q̄ꝫ chorisare. melius ē feminam lanam texere q̄ꝫ tota die impudice saltare D. Propter quod nota qui festiuitates violant tripliciter puniūtur. Primo ī temꝑalibꝰ. quia in his nō ꝓsperantur sed quādoq̄ꝫ captiuātur equi ledunt̄ vel domus ꝯburuntur. Juxta illud Sapi. xi. Per que quis peccat per hec ⁊ torquetur. Scd̄o puniuntur in corpore vt aliquādo infirmātur per mēsem vel duos vel frangūt crura vel brachia vl̄ manus. ⁊ sic oportet eos festiuare. Tercio puniuntur in anima. quia quotiens festa soluūt totiens mortaliter peccant ⁊ animam occidunt Exo. xxxi Qui polluerit sabbatū morte moriatur. Jacobi. i. Peccatū cum ꝯsummatū fuerit generat mortem. ita q̄ de talibꝰ d̄r Isa. i. Solēnitates vestras odiuit anima mea. naz qui violant festiuitatē diei dñice in sanctam trinitatem peccāt. Primo in patrem cuiꝰ potentia mundus creatus est. Scd̄o in filiū cuius sapiēcia mūdus redemptus est. Tercio ī spiritū sanctū qui tali die in mundum missus est. ⁊ sic ꝯsequenter ingrati sunt creatori redemptori ⁊ consolatori ꝓpter quod legit̄ numeri. xv. de quodam qui collegit ligna in sabbato. nescierūt quid facerēt ei ⁊ cōsuluerēt dominū qui dixit. Morte moriat̄ homo iste. obruat eum lapidibus omnis turba. ⁊ sic econuerso qui festiuat dat ei deus ꝓsperitatē aīme ⁊ corporis. exemplum dic.

De eadem dominica Sermo. cliij

Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco. scribit̄ Luce. xiiij. E Ista est secunda pars principalis huius euāgelij. in qua īnuitur saluatoris sapientia in benigna instructiōe dic. Cum inuitatus fueris ad nuptias. Pro quo sciēdum triplices sunt nuptie ad quas inuitamur. prime culpe. secūde gratie. tercie glorie. Prime sunt nuptie culpe ⁊ celebrantur inter animam ⁊ dyabolum per cōsensum peccati mortalis. ad illas inuitat nos dyabolus per nuncium praue suggestionis alliciēs nos ad peccatū. sed non recumbe in primo loco. cōsiderando peccati delectationē. sed recumbe ī loco nouissimo considerando confusionem eternam ⁊ inferni penam. de quo Greg. Momētaneum est quod delectat ꝛc. ideo Ecclesiastici. vij. Memorare nouissima ꝛc. nam lecator retrahitur ab esu morselli ex magnitudine pagamenti. nec est credēdum cauponi potū suggerenti. quia non facit nisi vt expendas et vt bursam spoliet. sic dyabolus facit vt te spoliet salute. Prouerbioꝝ. v. Nouissima illiꝰ amara quasi absinthiū. quia stipēdia peccati mors ad Roma. vi. Secunde sunt nuptie gratie. s. vnio anime cum ~~dyabolocibi~~ deo. Haꝝ nuptiaꝝ sunt cōsolationes spirituales. Ad has nuptias inuitamur per sacrā scripturā ⁊ p̄dicatōes

Sermo

ꝛ inſpirationes dīnas. ſed non diſcumbas in
primo loco. id eſt noli extolli ꝺ gratia tibi col
lata ne forte honoratior te ſit inuitatus. id eſt
alter qui te ꝓcellit in gratia. ꝛ veniēs qui te
inuitauit ꝛ illū. id eſt deus qui ſingula corda
noſcit dicat tibi. da huic locum. id eſt ex eo q
alīs te ꝓmliſti ſubtrahet tibi grām. dicit enim
Grego. De medicina venenū facit qui ꝺ gra
tia ſuperbit Jacobi. iiij. Deus ſuperbis reſiſtit.
humilib aūt dat grām. Idcirco recumbe in
loco nouiſſimo. ſ. minimū te alīs reputando
vt apoſtolus. i. Cozin. xv. Ego ſum mīmus
apoſtolor qui nō ſum dignus vocari apoſto
lus. qm̄ ꝓſecutus ſum eccīam dei. gratia autē
dei ſum id q ſum. Ecce nihil aſcripſit ſibi ſz
deo. talis fuit dauid qui dixit. ij. Re. vi. Vili
or fiam ē factus ſum et ero humilis in ocul
meis. Dicit nāq Augu. de verbis dñi. Va
gis cogitare debes quid tibi deſit ē quid tibi
aſſit. quod habes caue ne ꝓdas quod nō hēs
ſupplica q habeas. ſ. in humili oratōe Eccle
ſiaſtici. vij. Humilia valde ſpūm tuū. Nam
vas de quāto ꝓfundius de tāto capaci⁹ ad ſu
ſcipiendū humorē. ſic ꝛ cor ꝓfunde humilita
tis diſpoſitū eſt ad grāz. Eccli. iij. Quāto ma
gnus es humilia te in oīnib ꝛ inuenies gra
tiam. nam ſm Bern̄. Humilitas dine gratie
eſt familiaris. Idem ſup Cant̄. In veritate
dicici nihil ita efficax ad grām ꝓmerendā cō
ſeruandā ꝛ nutriēdam ſicut non alte ſape ſed
timere. Tercie ſunt nuptie glē. de quib matt.
xxij. Simile eſt regnum celor homi regi. qui
fecit nuptias filio ſuo. Ad has nuptias multi
ſunt vocati ſz pauci electi. vocatus fuit lucifer
ſed non recubuit i loco nouiſſimo ſed primo
cum dixit yſaie. xiiij. In celum conſcendā ſu
per aſtra celi exaltabo ſoliū meū ꝛ ſilis ero al
tiſſimo. ꝓpter quod cecidit vt dēmr ibidem ꝛ
Lu. x. Videbam ſathanā quaſi fulgur de celo
cadentem. O quot ſunt hodie tales q̄ volunt
intrare ad nuptias celeſtes ꝛ volūt recumbe
re in primo loco. de quib Bern̄. Quē ſequi
mini miſeri quem ſequimi. nōne iſte eſt mōs
in quem aſcēdit angelus ꝛ factus eſt dyabol⁹
F. Idcirco merito dicit. recumbe in loco
nouiſſimo. i. teipm̄ būlia. ꝛ hoc multis ꝺ cau
ſis. Primo ꝓpter ſecuritatē ꝓuerbio. x. Qui
ambulat ſimplr ambulat ꝓfidenter. Auguſt.
Qui in terra ſedet nō hz quo cadat. ecōuerſo
idem dicit. Quāto quis in loco ſupiori tan
to in piculo maiori. ꝛ ſcribit Eccli. iij. Qui a
mat piculum pibit in illo. Ideo Seneca. Ad
yma te redige mi lucille. Secdo ꝓpter ꝓditio
nis vilitatē quia terra ꝛ puluis es Eccliaci. x.
Quid ſuperbis terra ꝛ cinis. Nam terraz teris
terrā geris in terrā reuerteris. ꝓpter qd̄ excla
mat innocen. in de vilitate humane cōditōis
Vñ homi faſtus ꝛ ſuperbia cum hō in principio
eſt ſperma fetidū in medio ſaccus ſtercor⁹ in fi
ne cibus vermiū. Tercio ꝓpter xpi ꝓformitatē
Philip. ij. Exinaniuit ſemetipm̄ formā ſerui
accipiens. nam ipe dī. Apoca. i. Ego ſum pri
mus ꝛ nouiſſimus. Glo. Primus in eternita
te ꝛ nouiſſimus in humilitate. ꝛ hanc docuit
Mat. xi. Diſcite a me q̄ mitis ſum ꝛc. Hiero
nimus. Quātūcūq te būliaueris xpo būili
or nō eris. non igit verearis ſedere in loco in
quo xp̄s ſedet. Ideo Aug. Erubeſcat ſuperbire
humana infirmitas cū ſe ita humiliauit dina
maieſtas. Quarto ꝓpter acceptabilitatē. naz
nullum opus nec vlla aīa eſt deo accepta ſine
būilitate. de quo Gre. Perit omne q̄ agitur
niſi būilitate cuſtodiat. Ideo yſa. vltimo di
cit dñs. Ad quē reſpiciā niſi ad pauperculū ꝛ
ptritū ſpū ꝛ trementē ſermones meos. naz di
cit Innocē. Quāto quiſq ſibi vilior. tanto
deo acceptior ꝛ ꝑcioſior. Silr ꝛ opera būilium
acceptat deus. Judith. ix. Humilium ꝛ mā
ſuetor ſemp̄ ubi placuit dēpcatio. Hinc eſt
q maria ſe iactat de būilitate. di. Luce. i. Re
ſpexit humilitatē ac ſi di. nihil tam acceptum
erat deo in me. de quo Bern̄. Audeo dicere
q nec virgitas marie placuiſſet deo ſi humili
tate caruiſſet. Ideo Iſi. Eſto paruulus i o
culis tuis ꝛ eris magnus in ocul dei. Quito
ꝓpter neceſſitatem. quia ſine ea nullus ad re
gnum celor ingreditur. Matth. xviij. Niſi cō
uerſi fueritis ꝛ efficiamini ſicut paruuli nō in
trabitis in regnum celorum. G Aug.
Excelſa eſt patria ſed humilior eſt via. ambu
la q viam humilitatis ꝛ pueniaz ad gaudiuz
eterne claritatis. de quo textus. Qui ſe būili
at exaltabit ſcilicet in terris in iudicio et in ce
lo. Primo exaltabitur in terris ꝑ gratie viſi
onem. yſa. xl. Omis vallis exaltabitur. Unde
Caſſ. ſuper pſal. ciij. Inter medium montiū
pertrāſibunt aque. In vallibus humilium
animaz pertranſeunt aque gratiarum. Ideo

Bern. Magna virtus humilitas cui facile se inclinat diuina maiestas. Secūdo humil' exaltabitur in iudicio per iudicis assessionē Mathei.xix. Vos qui secuti estis me scilicet in vera humilitate verbo ⁊ exemplo sedebitis super sedes ꝛc. ⁊ implebitur illud Sapi.v. Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum ꝛc. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est. Tercio humil' exaltabitur in celo per gloriam. Prouerbiorum .xxix. Humilem spū suscipiet gloria. Reuera gloria. quia dicit Isidorꝰ. Humilitas nos deo iūgit. superbia separat a deo. Ideo ter in anno leguntur ista verba. qui se humiliat exaltabitur. ad designādum ꝙ vera humilitas debet stare in tribus. Primo in corde per defectuum considerationem. Michee.vi. Humilatio tua in medio tui. Augus. Estimate vos in corde inferiores qui in manifesto estis supiores. Secūdo in ore per locutionē confessiōis Eccli.iiij. Presbitero humilia animam tuam habetur enim de pe. di.i. taciturnitas. Taciturnitas peccati ex superbia nascit' cordis. ne talis reputetur apud homines foris qualem se iam dudum exhibuit diuino cōspectui. Ubi autem superbia regnat vel ypocrisis hūilitas locum habere non potest Tercio in opere per sanctam operationem. vt hētur de pe. dist.ij. si quis. vbi dicitur exercicia humilitatis sūt vilioribus se subdere officijs. sicut xp̄us qui lauit pedes discipuloꝝ. Johannis.xiij. tales tripliciter exaltantur vt dictū est. Sed qui exaltat se humiliabitur scz in terris a priuatiōe gratie. In iudicio stabit in terra post iudiciuz erit in inferno. Unde Greg.xxxiij. moralium Consideret homo quid elatus in terra merebitur si angelus alijs prelatus in infernum ꝓsternitur. ij. Petri.ij. Si deus angelis peccātibus non pepercit sed rudentibus inferni detractos in tartaꝝ tradidit cruciandos. quid faciet figmento ⁊ nequā seruo. naz superbia est dño deo valde cōtraria ꝓuer.vi. sex sunt que odit dñs ⁊ septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes ꝛc. Ideo scribitur Eccli.xxiij. Extollentiam oculoꝝ meoꝝ ne dederis mihi. rōem dicit Eccli.iij. Sinagoge superborum nō erit sanitas. s. gratie. H. Est enim superbia infirmitas incurabilis duplici rōne Prima est qꝛ nō cognoscūt se infirmos. Et dicit Aug. Nemo insanabilior q̄ꝫ qui sanꝰ eē videtur ⁊ non est. ⁊ sic superbi. Unde Bern. oīs superbia est stulticia qꝛ seip̄m nescit. Nam s̄m Hiero. Superbia plus audet q̄ꝫ pōt. ⁊ sic seipsum ignorat. ⁊ sic erit insanabilis. di. em̄ Sene. Salutis initiū cognitio ꝓpria. ideo ad sanitatem difficulter venimus. qꝛ nos egrotare nescimus. Scdo non curat' de facili. qꝛ remedium a superbis nō accipitur. qꝛ deteriores ex correptionibꝰ sicut iudei ex p̄dicatōne xp̄i. Cris. Sicut q̄ꝫto plura ligna tāto maior orit' flamma. sic ignis rancoris in superbis. d. quid iste habet me arguere. Ideo Job.xi. Vir vanus in superbiam erigitur ⁊ tanq̄ꝫ pullum onagri se liberꝫ natum putat. quasi sub nullius ditione ⁊ ptāte esset vt dicit Aug. de ciuita. dei Omīs superbus cupit eminere solus Jō Grego. Quāto quisq̄ꝫ altius hic erigitur tāto ibi depssius īmergetur. Ideo recumbe ī loco nouissimo quia scribit' Job.xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Di. nanq̄ꝫ Cass. super psal.cxlvi. Suscipiēs māsuetos dñs. Mansueti suscipiūtur in celum superbi vero deijciūtur in terrā. Juxta illud Abdie.c. vnico. Si exaltatus fueris vt aquila ⁊ si inter sidera posueris niduz tuū. inde detraham te. di. dñs.

De eadem dominica Sermo.cliiij

Cum intraret ihesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panē. ⁊ ipsi obs̄uabant eum. Luce vbi supra J In summa euangelij duo innuuntur. Primo principis malignitas in inuitādo ibi. cū intraret. Scdo saluatoris benignitas in instruēdo ibi inuitatꝰ ꝛc. De primo di. in illo tpe di. Vincen. in spe. his. li. viij. ca. xxvi. s. xp̄i p̄dicatōis anno tercio post decollatōem Jo. postq̄ꝫ xp̄s reꝓbauit maliciā auaricie phariseoꝝ per tres parabolas. scilicet de diuite epulone ⁊ de villico iniq̄tatis. ⁊ aliā de denario diur. tūc princeps vnꝰ phariseoꝝ īuitauit eū. ñ amorose sz īuidiose. qꝛ cū ītraret domū ip̄i obs̄uabāt eū

Sermo

Dicit Constantinus sup metheororꝝ. triplices sunt stelle. alique vere ⁊ fixe in firmamento sicut clauus in rota. alie errance. id est planete qui aliū motum habent preterq̄ motum orbis alique vero sunt apparentes ⁊ sunt incensiones vaporꝝ que apparent stelle ⁊ nō sunt vt cometa. qui est ex vapore terrestri multū eleuato igne inflammato vbi aer ꝓcuitatem ignis ꝓtingit. Mozaliter. sic triplex est amicicia. que dam vera in firmamēto. id est necessitate Eccleſi. vi. Amicus fidelis ꝓtectio fortis. qz nō dimittit hominē in necessitate. Prouerbiorꝝ xvij. Omni tempe diligit qui amicus ē Alie sunt errantice q̄ aliū motum hñt p̄terq̄ orbis. ⁊ sunt amici qui leuiter mouēntur ad inimicicias Eccli. vi. Est amicus ſm tempus suum et illi non sunt ꝓstantes. de quibꝫ Salustius in iugurtino. Verus amicus nunq̄ fuit qui aliq̄n amicus esse deserit. Tercie sunt apparentes. que causant ex vapore eleuato ⁊ accenso. sic aliqui amici ex eleuatione ꝓsperitatis diuitarum ⁊ dignitatū. Eccli. vi. Est amicus socius mense ⁊ non ꝑmanebit in die necessitatis. et ibidē. Si possi des amicum in temptatōe pone si de illū alias falsus. Illorus li. iij. de sūmo bono. Amicicia in ꝓsperitate est incerta. quia nescit an diligatur ꝓspertas vel ꝓsona. et sic ille falsus amicus ꝛc. Quia inuitat eū sub specie amicicie ⁊ obseruabat eum. id est. insidiabatur. psalmi. xxxvi. Obseruabit peccator iustum. Bernbardus. Xp̄s habuit in factis obseruatores. in dictis ꝓtradictores. in tormentis illusores. O quot sunt hodie tales qui in puluis se ostendūt amicabiles ⁊ non sunt vbi impletur Lu. xxij. Manus tradētis me mecum est in mensa. Sed diceres. Cur intrauit respondet symon de Cassia. Non amore cōuiuij sed ratōne vocandi. Sed diceres. an conuiuia in se sint licita. vel an sint ꝓhibita. Respondit Greg. natali epo. ⁊ habetur. xliij. di. conuiuia. puiuia que ex caritate fiunt sūt laudanda R Nota ad hoc q̄ puiuia sint sine peccato requirunt multa. et notantur in hijs cōuiuijs in quibꝫ xp̄s fuit. Primo xp̄us fuit in puiuio nuptiarꝝ Johannis. ij. In chana galilee. Et in nuptijs fit vnio duarꝝ ꝓsonarum. in chana id est in caritate ad designāduz q̄ vbi vnio ibi est caritas Luce. x. In quācūq̄ domū intraueritis dicite. pax huic domui edentes ⁊ bibentes que apud illos sunt quia deo placet ꝓcordia. Eccli. xxv. In tribꝰ hñ ꝛc Ideo orauit xp̄s Johannis. xvij. Rogo vt sint vnum sint ꝛc. honestius ⁊ sanctius ē vnum ferculū cum caritate q̄ decem cum odio ⁊ rā core. Prouerbiorꝝ. xv. Melius est vocari ad olera cum caritate q̄ ad vitulum saginatum cum odio. nō vt absolon qui vocauit fratrem amon ⁊ interfecit eum. ij. Reg. xiij. Vbi pax ibi deus. ij. Corin. vltimo. Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectōnis erit vobiscum. Idē Corin. i. Non sint in vobis scismata. i. Corinthi. xi. Si quis videtur ꝓtentiosus esse nos talē ꝓsuetudinem non habemus neq̄ ecclia dei. ij Thimo. ij. Seruuz domī non oportet litigare sed mansuetū esse ad omnes. Secūm puiuiū in quo fuit xp̄s est cōuiuium quinq̄ panum. quos bñdixit ⁊ multiplicauit ⁊ saturauit quinq̄ milia hoium. Johannis. vi. ⁊ designat hoc esse xp̄ianum puiuiū vbi bñdicno ꝓtenia est. vt fecit xp̄s anteq̄ pauit turbam. Ideo mat. vi. Querite primum regnuz dei. Roma. xiiij. Si est regnū dei esca ⁊ potus iz iusticia ⁊ pax. iustitia requirit vt recipies cibum ab aliq̄ ꝓpetat vel salutet. nō statim vt ius adeat cibū ⁊ sic nos debemus laudare deuz. Martinꝰ papa. xliij. di. non liceat clericis nisi hymno dicto edere panez vt dicit ar. in glosa. Sicut tenentur clerici hymnū hinc bñdictōnem ꝑmittere. sic illiteran tenētur vnuz pater noster ad minimū orare. de quo apls. i. Thimoth. iiij. Sanctificatur cibus per verbū di ⁊ orationē oppositum faciens videtur locum dare diabolo ꝓut narrat beatus. Gregorius in libro dyalogorum de quadam moniali. que intrās orium ꝓmedit lactucam non premissa benedictione. et statim a dyabolo possessa est. Non simus igitur gulosi. de quibus dicitur Phi lipensium. iij. Quorum deus venter est. qui currunt ad prelibandum et nullam missaz audierunt. De quibus etiam dicitur ysaie. v. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et dei obliuiscuntur. et sic in fine obliuiscetur deus eorum. De quo dicit psalmista psalmo. xxvij. Secundum opera manuuz eorum tribue illis. redde retributionem eorum ipsis. Unde etiam dicit Augustinus. Hac animaduersione percuntur pctōr vt ne obliuiscatur sui qui in vita oblitus est dei

Multa dñmunt 2 gemma.

nã missam audire die dñico est p̃ceptũ de cõ se. dist. i. missas. missas totas die dñico p̃cipi mus audire. sicut dei verbũ ꝺ ꝓse. di. i. Sacer dote. Leo papa. lxxv. di. Quidquid a dño ẽ insigne ꝓstitutũ in but? diei dignitate sit ge stũ. in hac die mꝺ sumpsit exordiũ. in hac p resurrectionẽ a mors interimꝫ et vita accepit principiũ. ¶ L ¶ Terciũ quiuiũ in quo xp̃s fuit est vbi septẽ panib saciauit quamor milia hoim Mat. xiij. vbi di. Misereor sup mrbã qz nõ hñt qꝺ mãducent. si dimiſo eos ieiunos defici. in via. a significat q xp̃iani i cõ uiuĝ dñt exercere miam in paupes. Hec. viij Mittite p̃tes eis qui tibi non p̃pauerunt. Mozg. Dum sedes in mẽsa primo de paupe te pẽsa. Rõ. quia in oibꝰ talib vestitur xp̃us. Mat. xxv. Qꝺ vni ex mĩmis meis ꝛc. Ideo xlij. di. hospitalẽ opoꝛtet esse sacerdotẽ. Crisa. Oia que nobis dñs dat p nos alijs dat Jõ Thobi. iiij. Si multũ tibi fuerit abũdãter tri bue. Et ibidez. Panẽ tũ cum esurientibus a egentib comede. a Lu. xi. Qꝺ superest date elemosinã. i. Thimo. iiij. Pietas ad oia vtl est Eccli. iiij. Ne auertas faciez mã ab egeno Amb. li. ꝓfessi. Nihil ita ꝓmendat xp̃ianũ si cut opus pietatis. ecõuerso quid grauꝰ q̃ꝫ q supbꝰ oculo paupes frẽs respicim? Luce. vi Estote misericoꝛdes ꝛc. Rõ Aug. li. iiij. ome liaꝝ. Nñ fores gehẽne ita misericordiã nesciem mi sericordẽ ꝓmittat intrare. qz misericordes misericordiã ꝓsequẽtur. Hiero. Rõ memĩ me legisse mala morte morꝰ qui se in opib mĩe nouerit se dulũ. Quartũ quiuiũ in quo xp̃e fuit. fuit do mus Symõis pharisei Lu. vij. Qui ꝺtraxit xp̃o a marie magdalene. dicẽs. si hic esset ꝓ pheta sciret vtiq̃ quis a qualis est mulier que tãgit eum qz peccatrix est. cui xp̃s. Symõ ba beo tibi aliquid dicere a dixit ei iustũ a equũ Sic in quiuio xp̃ianoꝝ ꝺz fieri locutio ꝺ deo i. Petri. iiij. Si quis loquit quasi ꝓmones dei nõ detractoꝛie exẽplo beati Aug. qui nemi nem in sua mẽsa alijs detrabentez ꝓmisit. vñ est versus. Quisquis amat dictis absentũ ro dere vitã. hãc mẽsam indignã nouerit eẽ sibi Ideo ex. xci. Tol. a vbi. xliij. di. p reuerentia Pro reuerẽtia dei a sacerdotũ id vniuersa cõ stituit sinodus vt qz solẽt crebꝛo mẽsis ociose fabule interponi in omi sacer totali quiuio le ctio dĩnaꝝ scriptuꝝ imisceat. Sup quo di cunt doc. q nõ solũ sacerdotibꝰ sed etiã laicis est ab inutilib fabulis a detractõibꝰ abstinẽ dum. Rõ qz inter oia pctã vnuz de maximis est detractio. teste Alexãdro. vi. q. i. summa. Sũma iniquitas est detrahere. qz di. sanctus Tho. ij. ij. q. lxxiij. ar. iij. Detractio ẽm genus suũ est maius pctũ q̃ꝫ furtũ. qz magis nociuũ hõ esse ꝺz tria bona. s. bona aie. bona coꝛporis. a bona exteꝛioꝛa. a vt ꝺz Prouer. xxij. Melius est nomẽ bonũ q̃ꝫ diuine multe. io detractõ ẽ magis pctũ ꝛc. min? iñ q̃ꝫ homicidiũ vel adul teriũ. ideo Eccli. xli. Cura habe de bono no me. ideo p se loquẽ ꝺo est mortale pctũ ẽm q ꝺo ꝺinat ad denigrãdã famã alterius nisi ex leui tate eueniret tũc eẽt veniale. xliij. di. cõuiuia laudant dũ detractõibꝰ fabulis ludis mrpi bus nõ misceant. ꝓpter qꝺ nõ est libenter au diẽda detractio. Item. Detrahere a detrahẽ tẽ audire quid ꝺoꝛ dãnabili? sit nõ facile di xerim. Jo hꝺ in quinio ꝺz oĩdere verbo vl̃ fa cto q sibi displicet fratris detractio. Puer bi. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias. a facies tristis lingnã detrahentẽ. exemplũ pẽz in clau stris. i. Coꝛin. xv. Coꝛrumpũt bonos mores colloquia prana. psal. xi. Eloquia dñi eloq casta Math. xix. De oꝛe mo te iudico fue ne quã. Ideo Greg. de diuite epulone. qui pui uã ꝺo loquaciter peccauerat in lingua ardebat Quintũ quiuiũ in quo fuit xp̃us fuit quiuiũ matbei qui reliquit oia. Mat. ix. a zach. ij. Lu ce. xix. Si quẽ defraudaui reddo quadruplũ ad denotãdũ q in quinto homis xp̃iani nihil ꝺz esse male acq̃situm. nã oꝛam? Mat. vi. panẽ no. ꝛc. ysa. iiij. Panẽ nr̃m ꝓmedẽ? a vestimẽtis nostris operiemur. Crisosto. Qui panem in ste acquisitum manducat suum panem mãdu cat. psalmi. cxxvij. Labores manuum tuaruz ꝛc. non raptum nec ablatum Thobie. ij. Non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut con tingere. Sic Balthasar Danielis. v. Bibit et comedit de vasis raptis. et vidit manum scribentem. mane thetel phares. id est. numeꝛauit. ponderauit. diuisit. Quia scribitur Ec clesiastici. xxxiij. Panis egentium vita pau peris est qui defraudat illum homo sanguinis est. ¶ M ¶ Sextum autem conuiuium est illud pñs. De quo dicit. Intrauit domũ principis pharisei sabbato mãducare panẽ non dicit carnes vel delicata et varia fercula

ad tenotãdum q̃ in ꝓuinio xp̃iani dz gula ⁊ voluptas vitari ⁊ modestia in edẽdis ⁊ bibẽ dis haberi. Lu. xxi. Attẽdite ne grauent̃ cor da vestra crapula. Eccli. xxxvij. Propter crapulam multi obierũt Ibidẽ. Noli auidus eẽ in oĩi epulatõe. Galien⁹. Plures moriunt̃ gula q̃z gladio. Eccli. xxxi. Utere q̃si hõ frugi bis que tibi apponũt̃. nõ quasi bestia sicut filij ysrael in esu carniũ. Nume. xi. de q̃ psal. lxxvij. Adhuc esce eoꝝ erãt in ore ipoꝝ. ⁊ ira dei ⁊c. ⁊ ideo de ꝓse. di. v. c. ne tales. Nemo ocneretur cibis vsq̃ ad inflationẽ ventris. Augu. Non voluptas sed necessitas q̃renda est in cibo. Aug. de verbis dñi. ⁊. xli. di. nõ cogãmur. Non cogant̃ diuites pauper̃ vesci cibis. ſz doleant aliter se sustẽtari nõ posse. Sz sciendum q̃ qñ hõ esurit ⁊ in comedẽdo delectat̃ in cibo non est pctm̃ qz naturale. Itẽ si ꝑpat vt sumere possit nõ peccat sed vitet duo. ſ. guloſitatẽ ⁊ voluptatem. di. Gre. in moralibus Qui nũc in voluptatibꝰ se dilatat illuz pena in supplicijs angustat. Hiero. Impossibile ẽ pñãbꝰ ⁊ fumris frui delicijs. ⁊ di. Aug. Esau primogenita perdidit nõ ꝓpter gallinam sed ꝓpter lenticulã. Legimus xp̃um nõ de carne sed de pane tẽptatũ. Aug. de doctrina xp̃iana Sapiẽs ꝑcioso cibo sine vicio gule vt̃. insipiens aũt fetidissimo cibo inardescit. nam belias nõ reꝑhenditur in carnis esu. esau autez in lente. Eccli. xxxvij. Qui abstinẽs est adiciet vitam. ¶ H ¶ Septimũ ꝓuiniũ in quo fuit xp̃s fuit in vigilia palmaꝝ in bethania. ĩ quo ꝓuinio vt dicit Aug⁹. de verbis dñi fuit lazarus. cui xp̃s di. Lazare surge et narra que vidisti. ⁊ narrauit penas inferni que sunt formidande ad designãdum q̃ in ꝓuinio dz esse timor dñi. nam ibi dyabolus adest. ⁊ sicut primos parentes decepit in cibo. sic adhuc nitit nos decipere vt pz in filijs Job Job. i. Filijs ꝓuinãtibꝰ affuit satban. Si igit̃ volumus eẽ securi ⁊ deo accepti habeamus timorez. qz dr Ecclz. x. In omni gente qui timet deum et operat̃ iusticiã acceptus est illi. ⁊ Eccli. i. Timor dñi expellit pctm̃. ⁊ sic fecit Thobias thobie. ix. In timore dñi nuptiaꝝ ꝓuiniũ exercebant. xi. q. iij. Qui oĩpotentẽ deũ metuit nec ꝓtra euãgeliuz nec ꝓtra apl̃os nec ꝓtra ꝓpheꝰtas vel scoꝝ pr̃m institutа agere aliquid vllomodo cõsentit. Octauũ ꝓuiniũ est cena dñi Math. xxvi. Accepit panẽ grãs ⁊c. sic in ꝓuinio xp̃iani dz esse grãrũ actio. vñ Zacharias papa. xliij. di. nõ liceat. Nec opter aliq̃n clericos nisi hymno dicto comedere panez ⁊ pocula nisi hymno dicto comedere panez ⁊ pocula cibos grãm auctori deo referre. vbi etiã dicit de laicis ⁊ p̃sertim religioſ. Simon de cassia Sicut añ cibũ bñdictõ sic post cibũ dz sequi grãrũactio. Cirillus. Cibo illo tam corpus q̃z aĩa reficit̃ qui cũ grãrũactõe recipit̃ exemplo xp̃i. qui post cenã hymno dicto exiuit in mõtẽ oliueti. ⁊ sic laici dñt orare vnuz pẽnẽ ꝑ salute. aliud ꝑ retributõe grãꝝ. talis grãꝝ actio valde placet deo. Gre. Multiplicat̃ bñficiuz qui regratiat̃ deo post cibũ sumptũ. Itidem⁹ frequẽter q̃ hospes curialis refert hospiti grates. sed heu sunt aliqui qui grates ñ referunt nec gratitudinẽ oñdũt. vt porci qui sub q̃rcu glandes comedũt nec in arborẽ respiciũt vñ venerũt. psal. xxi. Edẽt pauper̃ ⁊ satiabunt̃ Aug. Nihil nobis fructuosi⁹ ⁊ deo acceptius q̃z q̃ de singul̃ donis grãs agim⁹. Dixi sc̃dꝰ subiũgit̃ xp̃i pietas in instruẽdo ibi. cũ inuitatus fueris. Nota triplices sunt nuptie. crimi se. gratiose. gl̃ose. prie sunt culpe q̃ inter aiaz celebrant̃ ⁊ dyabolum. ad illas inuitat nos dyabolus ꝑ nũciũ praue suggestiõis. ſz nõ recũbe in primo loco. ⁊ iste nuptie patẽt in sc̃dꝰ mone ist⁹ dñice. xvij. q̃ ẽ in ordie. cliij. ĩ pn.

De eadem dominica

Sermo. clv.

Ascice ascẽde supi⁹ ⁊ erit tibi gl̃a luxiij. ¶ O ¶ Glo. sup psal. ascẽsus spũalis nõ fit passibꝰ pedũ ſz ꝑmotione affectuũ vt de virtute in virtutem ascendatur vbi caritas mouet pedẽ. Ideoq̃z quanto quis plus diligit. tanto plus ascendit. Ideo glo. sup psal. xlv. Affectus bonus leuat aiam. aia ascẽdit amãdo. descẽdit negligendo stãs in terra in celo es si deũ diligis. si em̃ mo uetur cor sicut corp⁹. corpus leuat̃ mutatõe loci. cor vero mutatõe voluntatis ⁊ dilectõis hec ibi. Ad hũc ergo ascẽsum hortat̃ dñs quẽlibet fidelẽ. di. ei. amice ascẽde sup̃ius. Nõ. q̃ ad ascẽsum corpalẽ tria hoiem disponũt. ſ. leuitas in onere. agilitas in corpe. vigor ĩ robore. leuitatẽ spũalem cãt in hoĩe ꝓptus terre noꝝ. agilitatẽ generat appetitus eternoꝝ. vi-

CLV.

gozositatē augmitat intimus vel gust⁹ pmioz. Primo dixi q̄ ad ascēsum spūalem disponit lentas spūalis in onere quā cāt ꝓtempt⁹ terrenoz. ꝑz hoc exēplo. Videmus eīm q̄ symea bēs truncū collo suo alligatū ñ pōt hinc inde ad nutū suū ascendere. sed trūco soluta scandit ad libitū suū quo vult. Vozalr. Symea significat q̄libet hoiem qui sicut symea ñ ꝓtē tat videre facta hoim vel audire. sed ipa mittē eadē ⁊ facere. sic hō nō dēt ꝓtentari q̄ videat vel audiat bona opa ⁊ virtuosa ab alijs fieri sz p semetipm dz eadem p posse suo adiplere. vt dicat ei dēs Lu.x. Vade ⁊ tu fac silr. ergo hō bēs sibi alligatū trūcū. i. amorē terrenoz nō pōt ascendere ad ꝓpōsitū vel ꝓtēplā dum celestia ⁊ dīna. qz di. Augu. Nemo pōt ꝙplecti deū pfecte ⁊ mōm. Sz si hō a tali trunco. i. terrenoz amore est solutus pōt scandere sursum celestia meditādo ⁊ cōtemplādo. Vñ di. Aug. Illā spēm intueoz que oēm aiam attrahit sui desiderio. ⁊ tāto ero ꝓmptioz. q̄to fuero mōioz. ⁊ tāto ero mōioz. q̄to fuero ad spūalia ardētioz. ⁊ tāto ero ad spūalia ardētioz. q̄to fuero a terrenis ⁊ tpalibꝫ expeditioz ⁊ remotioz. hec ille. Hāc figurā hēmus Johan. xvi. vbi legit̄ q̄ dēs di. dis. suis. si nō abiero paclitus ñ veniet ad vos. si aūt abiero mittaz eum ad vos. Vozalr. Ibūs dz sumpt⁹ a terra. ⁊ pōt signare oīa q̄ in mōdo possidentur. qz oīa de terra oriunt̄ ⁊ in terram rediguntur. ⁊ hec oīa nisi cōtigerit ab appetitu nīo aliena ri. ⁊ reliquū nēm tota conamine supnis applicari dono celestis grē ñ poterimus votari. vñ Amb. li. de fuga seculi. Qui deo placere desiderat supa mōm ascēdat. q̄rat vz apud deum. hunc mōm relinquat. nō eīm pōt illud ꝓcipe nisi prius hīc relinquat. hec ille. Jō terrenoz ꝓtēptū optauit Aug. di. in quadā suarum oratiōnū. lxxij. Fac me dulcis ihū amore ⁊ desiderio tuo deponere onus carnalitū desideriozū ⁊ terrenaz ꝓcupiaz. dēs carni mee aīa. anime rō. cōni tua grā. ⁊ me me intus ⁊ exteri⁹ subde volūtati. da mihi vt te laudet cor meū lingua ⁊ oīa mēbra mea. dilata mentem meā ⁊ intimū cordis mei attolle. vt auida cogitatōe spūs meus attingat te eternā sapiam supa oīa manētē. Veni ergo dulcissime dēs ad me vt videā te. sz āgusta ē domus anime mee quō venies ad eā. dilatet̄ q̄so a te. tuino sa est refice eā q̄ in se hz q̄ offendat oculos tuos. scio dēs fateoz. sz qs mōdabit eā aut cui alteri clamabo ab occūus meis mōda me dēs. absolue ergo ozo dēs me a vinculis q̄bꝫ teneoz vt terrelinq̄ns oīa ista ubi soli intedā. ad te festinē ubi mgēo spū ⁊ anima sine fine eternaliter inhereā. Felix ē eīm anima q̄ terreno resoluta carcere libera celū pēnt. q̄rēs dulcissimū dēm facie ad faciē cernere q̄ nullo mortis metu afficit̄. sz de incorruptōe ꝙpeme gle letatur tranq̄lla est ⁊ secura ñ timet mortē nec hostez hymnidicis sociata chorīs. melliflua ꝙpeme felicitatis carmina ad tauū gle tue texꝛpe in eternū cātabit. inebriebit̄ ab vbertate domus me ⁊ torrēte voluptatis me potabis eam. hec ille. ℙ. Secōo dixi q̄ ad ascensuz spūalē dispōit hoiem spūal agilitas in corpe quā generat appetit⁹ eternoz. ꝑz hoc exēplo. Videm⁹ eīm q̄ auis q̄ nata est ad volādū ñ delectatur in terra. sz cupiēs delectari sursū volat. mō supi⁹ mō infer⁹ mō dextrorsum mō sinistrorsū mō in medio aeris se suspendit. ⁊ tremul alis ad lumē sol q̄si immobilit̄ se figit. Vozalr auis est q̄libet plona devota q̄ creata est ad volandū sursū ad deū ⁊ ad celestia desideria. hec ñ delectat̄ in terris. sz dulcedine ꝓtēplatiōis interdū suspēsa in aerē volat. i. oīm exterioruz et mōdanoz pfecta obliuiōe supgrediēs trānsitoria soli deo inardescēs. p supne pūie dilatiōe suspirās ⁊ gemēs. di. cū ꝑsal. cxix. Heu mihi qz inco. me. ꝛc. tal aīa frequēter desiderio sursum ad deū eleuata tāq̄ interna devotōis illustratōe ꝑfusa ac supnoz desiderio accensa mō sursum celi gaudia. mō dexterioz inferni supplicia mō a dextris scōz exempla. nūc a sinistris prauoz hominū pctā. ꝑspicit mō in se rediens et in medio ꝓscie sue q̄si in aere immobilit̄ exīs cū timore dei maiestatē ꝓtemplat̄. et⁹ pacīam admirās. ⁊ tali admiratōe et⁹ meditatō eleuatur. ⁊ ipe magis in dei amore ⁊ eternoz dēsiderio inflāmat̄. vñ Rich. li. iij. de ꝓtēplatione Debemus ad illud divine contemplationis speculum quod in futuro speramus animas nostras suspendere. et in eius expectatōne feruēti desiderio ālabelare. ad hoc eīm infundit̄ nobis eternoz intelligētia vt sciam⁹ q̄d indefesse p studiū dēamus q̄rere ⁊ p desideriuz scire ⁊ suspirare. alioquin frustra in nobis dine cognitionis abūdātia crescit si nō in nobis divie

dilectõnis flãma igneſcit. Dz ergo in nobis creſcere ſp ex cognitiõe dilecto. vt ex multo incremẽtis id qđ videm⁹ p ſpeculũ ⁊ ĩ enigmate. tãdẽ mereamur facie ad faciẽ videre. Hinc eſt q abrahã in oſtio tabernaculi ſui ſedebat. helias in ſpelũce ſue oſtio ſtabat. vterq ad egreſſum patuit. vterq ad aduẽtũ dñi eleuat⁹ hec ille. Et hoc merito nobis in exẽplũ fecerũt qz dicit. Bed. in ome. Ad verã ptẽplatiõem pertinet ab exteriorib⁹ quieſcere. ſolidi ꝓditoris deſiderio inhærere. vt nil agere libeat niſi calcatis curis oĩibus ad videndũ faciẽ ſui ꝓditoris animus inardeſcat. hec ille. tali aĩe ſic oĩa ptẽnẽti ⁊ ſoli dño intẽdenti põt dici illud Job. xi. Si ſerie obliuiſceris ⁊ quaſi aquaz que ꝓterierũt nõ recordaberis. ⁊ quaſi meridian⁹ fulgur cõſurget tibi ad veſpam. ⁊ cũ te ꝓſumptũ putaueris ozieris vt lucifer ⁊ hẽbis fiduciã ꝓpoſita tibi ſpe ⁊ defoſſ⁹ ſecur⁹ dormies. Requeſces ⁊ nõ erit qui te exterreat. Quarto dixi q ad aſcẽſum ſpũalẽ diſponit hoiem ſpũal⁹ vigor in roboze quẽ augmẽtat intimus vſ⁹ guſtus ꝓmiox. hẽmus but⁹ figurã Math. xvij vbi legit. q ſaluator ſumpſit ſecũ petz iohã. ⁊ iacob. qñ aſcẽdit in mõtẽ thabor. Mozaliter thabor interp̃tatur acceſſio lucis. ⁊ ſignificat beatitudinẽ eternã vbi eſt lux dña vera ⁊ infinita. qz dr Apoca. xxi. q ciuitas ſupna nõ indiget ſole neq luna vt luceant in ea. qz claritas dei illũiat eã ⁊ lucerna eius eſt agnus dei. Ad hãc beatitudinẽ ptẽplãdo accedere et aſcendere poſſumus qñ ſubtilia ⁊ celeſtia diligimus ⁊ diligẽdo ꝓguſtam⁹ cum Johã. vnde Richar. in quodã ſmõe. Qñ diuina dulcedine ſupra noſmetipſos rapimur quaſi mire ſuauitatis vinũ ſumẽtes inebriamur ⁊ hũanuz quodãmõ ſenſum excedẽtes in dinũ q̃ndam affectũ a nobiſmetipſis alienamur. Nihil enim in hac vita hac dulcedine iocũdi⁹ ſuauiuſq ſentit nihil audi⁹ ſumit nihil ſic aĩaz ab amore mũdi elõgat nihil ſic mẽtẽ ꝓtra tẽptatiões roborat. quẽcũq talis ſuauitas inebriauerit ad oẽm laborẽ ⁊ ad oẽ op⁹ bonũ hilareſcit. laborat ⁊ nõ laceſcit. feſtinat ⁊ nõ deficit. Quod aũt hec tria ſit diſponũt hoiem ad aſcẽſuz ſpiritualẽ. ſ. dñe ptẽplatiois ⁊ etene beatitudis figurat. ij. Re. xv. vbi legit q dauid aſcẽdebat clivũ oliuaz ſcãdens ⁊ flẽs. nudis pedib⁹ incedẽs ⁊ opto capite. Mozalr. dauid iterp̃tat vultu cõſiderabil⁹ ⁊ ſignificat pulcritudinẽ aĩe deuote. nã dicit ei dñs Can. ij. Surge ꝓpera amica mea ſpecioſa mea ⁊ veni. columba mea in foramĩb⁹ petre ⁊ in cauerna macerie. oſtende mihi faciẽ tuã. ſonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis ⁊ facies tua decoza. iſta aſcẽdit coopto capite ⁊ nudis pedib⁹. qñ oĩa trãſitoria ꝓpter deũ bũili mẽte ptẽnit. fleti aſcẽdit qñ ex deſiderio eternoz vehemẽt⁹ accendit ⁊ fardeſcit. di. cũ pſal. cxix. Heu mihi ꝛc. Dz tũc clivũ oliuaz aſcẽdit qñ future ẽtnitatis ſuauitatẽ p̃guſtãdo cognoſcit. di. illud Can. i. Trahe me p⁹ te current⁹ in odore ꝛc. vñ di. Bern. in ſmõe de aſſumptõne. tria ſũt q̃ ocl̃m intelligẽne ꝓfundũt atq eũ a ptẽplatõe veri luis excludũt. ſ. tenebre pctoz. recordatio prioz pctoz. cura terrenoz actuum cũ eñ luce iuſticie deſtituimur nichil aliud q̃ pctoz nõz tenebras ſuenim⁹. q̃cũq ergo mẽtis ocl̃m dñe ptẽplatõi vult intẽdere ꝓfecto eſt neceſſe vt eũ p⁹ ab hoc triplici impedimẽto ſtudeat purgare. qđ ſi q̃s facere ꝓtemptauerit. nouerit ꝓtra triplicẽ morbũ foze triplex remediũ. nã prim⁹ purgat p confeſſiõz vbi pctã dete ſtant. ſecũs p orõnẽ vbi celeſtia affectant. tercius p quietẽ vbi eterna ptẽplant. hec ille. ergo ad põdcm aſcẽſum hortat nos Bed. ſup il lud Lu. ij. Trãſeam⁹ vſq ꝛc. d. cũcti fideles exẽplo hoz paſtoz trãſeãt cogitatõe vſq bethleẽ. ⁊ incarnationẽ xpi dignis celebrẽt honoribus. Trãſeam⁹ aũt abiectis ꝓcupiſcẽtiis carnalib⁹ toto mẽtis deſiderio vſq in bethleem ſupnã. i. in domũ panis ⁊ vini. vt quẽ ipi alimẽtũ viderũt in p̃ſepio vagiẽtẽ. nos in ptis ſolio mereamur eũ videre regnãtẽ. qđ nobis ꝛc

Dominica. xviij.

Sermo. clvi

Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. Mat. xxij. R In ſumma verboz duo ĩnuunt. Prio dilectõis poſtulatio ibi diliges ꝛc. Secdo ſubiũgit⁹ eius modificatio. ibi ex toto corde. De primo dicit. diliges ꝛc. Bren. de hac virtute loqui ꝓpria dictat. caritas ſuggerit. ſpus ingerit. ⁊ tñ idigne de caritate põdicat qui ñ amat. ⁊ iõ ego vir videns pauptatẽ meam de hac ſancta materia alios audire mallem q̃ egoipſe loqui.

nam de dignitate huius laudabilis virtutis dicit Raba. in quodā sermone. Caritas ē ignis in meditatōe mētē purificās a sordib⁹ vicioꝝ. puerbi. x. Uniuersa delicta opit caritas Itē est lux in oꝛone mētē irradiās. eccliaci. ij. Qui timetis dñm diligite illū ⁊ illūinabūt coꝛda vestra. nā caritas est lux pducēs ad eternā claritatē. vñ Dioni. de dīnis nomīb⁹. Ad visionē celestis gl̄e necesse est vt hō se exerceat in dei amoꝛe. Gilbert⁹. nullū bonuꝫ pfecte cognoscit qđ nō pfecte amat. nā ꝑm amoꝛez bēbimus dei cognitionē. de quo Aug. viij. de trinitate. Quāto flagrātius deū diligim⁹ tanto serenius eū videbim⁹. ideo Hu. sup Job. dicit. Maioꝛ est dilectio q̄ intelligēcia. intelligēcia foꝛis stat vbi caritas intrat. Item caritas est lux in oꝛone. Greg. in regist̄o. Nichil impetrat qui sine caritate oꝛat. Itē est mel in grātīactōe mētē dulcoꝛās in dulcedie dīnoꝝ bñficioꝝ. Ideo epla est hodie pcoꝛdans cū euāgelio. grās ago deo meo sp⁹. s. dulciter ꝓpter dilectionē quā exhibuit in creatōne. redemptōe. beatificatōe. ⁊ hoc dulciter ⁊ amabiliter. Cassi. Nil⁹ stat foꝛe bonū nisi ab ipo collatū. Itē est vinū in pēplatōe mētē inebriās iocūda dilectōe. de quo Aug. xiij. cōfessionuꝫ Quāto amoꝛ plus accēdit tāto spūs magis sursum fert. nec quiescit donec ad locū veniat scz ad dñm in quo quiescat. ⁊ q̄to alt⁹ eleuat tāto nihil de inferioꝛib⁹ occupat. de quo Gre. vij. moꝛal. Sācti viri in tāta altitudine se subleuāt vt audire que mōi sūt graue on⁹ credāt. ⁊ pñs vita tedere incipit dū amoꝛ interior dulcescit. Gilber. sup canti. O q̄s duꝫ ē amanti animū cū mūdo diuidere ⁊ xpo peregrinas curas admittere ⁊ celeste secretū infestare. Idcirco dilige. nā dilectio tāta est virtus vt dicit Aug. q̄ nēo dānat cū caritate ⁊ sine caritate nēo saluat. Rōnē ponit Hug. de laude caritatis di. Caritas est fons ꝓpius de q̄ nō cōicat alienus. Idcirco deutro. xv. Audi ysrael quid dñs deus tuus petit a te nisi vt timeas dñm deū tū ⁊ ābules in vijs eius ⁊ diligas eū ex toto coꝛde tuo ꝛc. sup qđ verbum dicit Aug⁹. O pie dñe quid tibi ego sum vt amari iubeas te a me ⁊ minaris mihi ingentes miserias. iraſceris si nō faciā. ⁊ quid amoꝛ meus q̄ delectaris in eo. Rñdet Aug. nisi profecꝰ meū. Idē. Tāto bēmus deū principalioꝝ rem. quāto amoꝛē purioꝛē. Ideo dicit. ꝓpter ꝓfectū meū. de q̄. i. Coꝛ. ij. Nō oculus nō vidit ꝛc diligēdo se. Hu. Quātū potes tm̄ dilige ptās tua erit mēsura tua. q̄to plus amas tāto plus bēs. q̄to plus bēs tāto felicioꝛ es.

S. Sed di. libenter velle ꝓsequi caritatem nescio q̄o acquirā. Rñ. q̄ quatuoꝛ re q̄rūtur Primū est peccati depuratio. psal. xcvi. Qui diligitis dñm odite malū. i. pctm̄. nā sicut aq̄ ignis est ptraria ipm extinguens. sic pctā extinguunt caritatē. Judith. v. Deus ulloꝝ⁹ odit iniquitatē. Gre. Qui adhuc p illicita delectaria deflut ꝓfecto deū non amat. Figurat̄ in natura coꝛdis q̄ nō pōt pati dura. ⁊ sic caritas moꝛtale pctm̄. Aug. sup Joh̄. omelia. viij. Caritas ⁊ moꝛtale pctm̄ opponunt̄. nisi vnū radicitus euulsum fuerit aliud plātari non poterit. Ideo exquo tāta malicia est inter boies pauca inter eos dilectio est Matth. xxiiij. Ꝙ abundabit iniquitas refrigescet caritas mlt⁹ tū. Secūm est alienē caritatis exterpatio vt dilectio terrenoꝝ. i. Joh. ij. Si q̄s diligit mūdū nō est caritas patris in eo. Aug. ibidez supra ep̄lam Joh. Caritas est actio recētudinis sp⁹ bñs oculos ad deū. nā cum ꝓpius loc⁹ dīne caritatis sit coꝛ humanū ideo requirit tot⁹. Bern̄. Caritas ꝺstruit caritatē q̄ carnal̄ spūalem. terrena celestē. Figurat̄ leuīt. x. Filij aaron thuribulis imposuēt ignē alienū ⁊ incensū offerētes dño. egress⁹ ignis devoꝛauit eos ⁊ moꝛtui sunt. ⁊ sic aliena dilectio. Jō Augu. sup psal. Noli extra deū aliquid querere l̄ diligere. nimis est auarus cui nō sufficit deꝰ. Revocemus igit̄ nrās affectiones de rebꝰ et de amicis Mat. xv. Qui amat pārem aut matrez plus q̄ me non est me dignus. nam hoc intelligendum est de omnib⁹ qui in deo ⁊ cum deo ⁊ ꝓpter deum diligi non possunt. Ideo gre. Qui deum puro coꝛde diligere desiderat necessarium est vt aliena diligere non affectet. Tercium est mentis sursum eleuatio. Colloceñ. ij. Que sursum sunt querite. vbi est cristus in dextera dei sedens que sursum sunt sapite non que sunt super terram. Unde Bernhardus dicit. Anima ad ymaginem dei creata. quanto inferius attrahit tanto superius eleuatur. sicut aqua que naturaliter deoꝛsum fluit contra naturā sursū eleuat̄. sicut sol q̄to altioꝛ tāto clarioꝛ. ⁊ sic mens alta in dilectiōe

Quartū est bñficioꝝ dei recordatio. August. Ad dilectionē dei in nobis excitādā ⁊ nutriē dam nil melius cognosco q̄ bñficioꝝ dei recordatio. o q̄ta bñficia sunt nobis collata. de quibꝰ Hug. in li. meditationū. Quid āplius deus debuit tibi facere ⁊ nō fecit. cum nō eras creauit te. seruū peccati ⁊ dyaboli te feceras ⁊ redemit te. O q̄ dure redemit te. de q̄ bern. di. Plura fecit mira. ꝑtulit dura. non tā facile redemptus sicut factus. Hugo. in mdi periculis ambulabas angelū tibi dedit ꝑ se venit ⁊c̄ Aug. Nil ita hūanis affectibꝰ impssum ē q̄ vt diligas diligētem teipum. si pigeat amare nō pigeat reamare. T. Dixi scdo subiungit dilectionis modificationē. ibi ex toto corde qꝛ habet conueniētiā cū dilectōe Aug. de doctrina xp̄iana. Sic est vt oēm intellcm̄ affectū. memoriā. voluntatē in illū cōfers a q̄ habes que cōfers. hoc ē primū qꝛ radix Osee ix. Radix eoꝝ exiccata est fructū nequaq̄ facient. ⁊ sic Greg. Qd̄ p̄cipit̄ in dilectōe fundatur. ergo merito primū. primo qꝛ facile ad intelligendū ꝓuer. xiiij. Doctrina prudentū facilis. i. Johā. v. Mādata eius grauia ñ sunt. non est necesse phōs adire mare trās fretare. Deutro. xxx. Mandatū hoc quod ego p̄cipio tibi hodie non est supra te neq̄ ꝓcul positum ⁊c̄ Scdo ad portādum leue a paupe ⁊ diuite Math. xi. Jugū meum suaue est ⁊ onꝰ meum leue. Bern. O iugū sancti amoris q̄ gloriose illaqueas q̄ suauiter p̄mis. Aug. Omnia seua ⁊ immania caritas facit leuia. ⁊ Bern. super Cant. Ubi est amor ibi nō labor sꝫ sapor. Actuū. v. Jbāt apl̄i gaudentes ⁊c̄. ⁊ sic crux andree. ignis laurētij Greg. Qui deū veraciter amat oīa aspa equanimiter portat Aug. Amore dei nil suauiꝰ. psal. xxxiij. Gustate et videte. Hiero. Amātibꝰ deū nihil duꝝ nihil difficile Tercio est breue ad retinendū. Decuit eniꝫ verbū abbreuiatū in carne etiā abbreuiatā facere legē. Aug. Si non vacat tps omēs paginas ꝑscrutari. oīa volumina ꝑmonū euoluere. tene caritatē ibi pēdent oīa. Augu. Qui caritatē tenet in moribꝰ tenet oīa que latent ⁊ patēt in dīnis sermonibꝰ. Idez in li. de doctrina xp̄iana Ut nemo excusationē hēret ī die iudicij ⁊c̄ Quarto est vtile ad ꝑuandū in pñti ⁊ in futuro. In pñti ꝓpter ꝯmunionē. Grego. in pastorali. Pensent inuidi q̄te virtutis sit caritas que sine labore aliena opa facit nostra Bern. Caritas est virtus largit sua que oīa facit cōia etiā celestē glam. vnde Aug. Ad visiōꝫ celestis glie necesse est vt homo exerceat se in dei amore. Greg. in mora. O sanctū opꝰ caritas. quod in me nō habeo diligo in te qd̄ tuū est ꝑ laborē. meum ꝑ amorē. Bern. O caritas que neīem spolias. oīa rapis. nulli aufers sua. oīa facis tua in futuro

De eadem dominica Sermo. clvij

Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Math. xxij. U. In summa verboꝝ duo innuūtur. Primo legis dñice plenitudo. ibi diliges ⁊c̄. Scdo caritatis vnice latitudo. ibi. ⁊ ꝓxim. De prio dicit Diliges dñm deū tuū. Sāctus Tho. sup. iij sniaꝝ dis. xvij. dicit q̄ totalitas in dilectione dīna est duplex Prima ꝑm actū in qua nihil deerit in his que pōt hō expēdere ī amore dñi quin in dilectōe ponat. ⁊ hec totalitas nō potest cōpleri in via. sed magis oñditur vt sciat̄ quo ꝑueniēdū est ⁊ erit in patria vt di. Aug. qꝛ illa totalitas excludit oē illud qd̄ etiam ad tps actū intercipe possꝫ ⁊ hꝰ nō p̄t fieri. qꝛ scribitur sapie. ix. Corpus qd̄ corrūpit̄ aggrauat aīam. Alio mō capit̄ totalitas ꝑm habitū ꝑm quē homo nihil subtrahit de his que dꝫ ponere ꝑm tps illud in amore dei. sic q̄ nihil debꝫ esse in corde homīs qd̄ est ꝯtra dilectionē dei vel supra dilectionē dei. ⁊ sic est in p̄cepto. de quo magr̄ in. iij. di. ij. Jllud p̄ceptuꝫ non penitus implet̄ in hac vita sed in ꝑte. sicut eniꝫ ex ꝑte cognoscimus sic diligimꝰ. Jō Bern. infimum gradū caritatis attingimus dum nihil supra eū vel contra eū diligimus. sicut eī serpens moysi deuorauit serpētes magoꝝ. sic dilectio dīna oēm aliā dilectōeꝫ. Notāter dicit diliges ñ timeas nō scias sꝫ diliges. di. nāq̄ Aug. sup illo verbo apl̄i Ro. xiij. Plenitudo legis est dilectio. qui caritatē tenet in moribus. ille tenet qd̄ latet ⁊ patet in dīnis ꝑmonibus. Jdeo deus tria ponit de caritate ī scriptura. s. postulatōem. ꝓbationē. ⁊ remunerationem. Primo posuit de dilectōe postulationē Deutro. x. Audi ysrahel quid dñs petit a te nisi vt timeas dñm deum tuuꝫ ⁊ ambules in

vijs eius ut diligas eum. ac seruias dño deo tuo in toto corde tuo et in tota aīa tua. custodiasq; mandata dñi. vbi aug. O bone hiesu quid tibi sum ego ut amari te iubeas a me nisi faciā irasceris mihi minaris ingētes miserias q̄d ē tñ amor meus. Rñdit aug. nisi ꝓpt ꝓfectum meū. Idem. Quāto habem⁹ puriorez amorē tāto hēm⁹ deū principaliorē. i. Joh. iiij. Qui in caritate manz in deo manet ⁊ de⁹ in eo. Ideo dicit. ꝓpter ꝓfectū meū. dicit nāq; aplus. i. Cori. ij. Qd oculus nō vidit ⁊c. Ideo aug. li. viij. de trini. Quāto ardentius deū diligimus tāto serem⁹ eū videbimus

X Itē dignū ⁊ iustū est ut deū diligam⁹ Primo ꝓpter eius bonitatē. scdo ꝓpter dilectōis prioritatē. Primo q̄ summe bonus. Marci. x. Nemo bon⁹ ⁊c. De scdo. i. Joh. iiij. Nō quasi nos dilexerimus deū sz qm̄ ipe prior dilexit nos. Hiere. xxxi. In charitate ꝑpetua dilexi te. Joh. iij. sic deus dilexit mundū ⁊c. Aug. Dilige dñm deū tuū q̄ pctis tuis seruire fecit vnigenitū suū. q̄ dedit tibi in ministeriū angelos. aerē cū volucribꝫ. terraz cū germinibꝫ. aquā cū piscibꝫ. Aug⁹. Nihil humanis affectibus ita est impssum q̄ ut diligas diligentē teipm. si pigeat amare nō tedeat reamare. O si diligis corpalem patrem a quo habes corpus mortale. magis celestez a quo hēs immortale. Si mrez q̄ te ꝓduxit ī mundū miserijs plenū. q̄to q̄ te ducet in alium mundū eternis gaudijs plenū. Si intm̄ fratres carnales qui tecū hereditatē ꝑticipādo paupiorē te faciūt. q̄to xp̄m q̄ tecū diuidz hereditatē patris. et ditiorē te faciet. Si filiū diligis cū q̄ intm̄ laboras. nec scis si in aliquo ꝓficias. q̄to xp̄m qui in infinitū tibi benefacturus est. Si vxorē diligis que forte aliū pl⁹ te diligit q̄to magis xp̄m qui nūq̄ separabit amorē suū a te. Nā xp̄us ꝓ te reliquit et dedit aīam Hiere. xij. Dereliqui domū meā dimisi hereditatez meā. i. angelos q̄ sunt heredes celi. et dedi dilectā aīaz meā in manus inimicoꝝ. Et si diligis amicum q̄ ꝓ te effudit lacrimas. q̄to magis xp̄m qui ꝓ te effudit sanguinē. i. Joh. v. Tres sunt q̄ testimoniū dāt in terra. s. dilectōis spūs. i. aīa. sanguis et aqua s. lacrimaꝝ. Bern. O q̄ vehemēter amplexatus est me in cruce. in qua effluxit aqua de latere. manauit sanguis ex corde. recessit aīa ex corpe. Idem bern. Nō est passus ꝓ se q̄ non peccauit. nec ꝓ angelis bonis. q̄ nō nccē erat nec ꝓ malis. q̄ nō ꝓdest eis. exq̄ nunq̄ habebūt glam. sed ꝓ te. ps. lxviij. zelus domus tue. i. aīe fidelis ꝯmedit me. i. fuit cā passiōis Apoc. i. dilexit nos et lauit ⁊c. Si diligeres illū qui ꝓ te daret oculū vel manū. ipe totū corpus dedit ꝓ te in mortē. Ex his pz q̄ merito dēmus diligere xp̄m plus q̄ res tpales. plus q̄ amicos nr̄os. plus q̄ corpus ꝓpriū sic martires fecerūt. Si em̄ nō habes tantā virtutē et fortitudinē dilige tñ ita deū ut ꝓpter dilectionē relinquas vilissimū in toto mūdo. hoc est pctm̄. qd ē ita vile q̄ nulli ꝓdest. nec corpi nec aīe. et vilius q̄ serpēs et rana. Gāfre. in poetria noua. Pessima res viciū nil eque ꝑniciosum. et si nō dimittis hoc vile ꝓpt xp̄m quō tpe antixp̄i dares manū vel oculū. iō in vilissimū locū deputant pctōres. i. in īfernū psal. Pluet sup pctōres laqueos ignis ⁊c. nā sicut gutte pluuie sunt innumerabiles. sic pene damnatoꝝ. igit dilige deum et effugies. Hugo in li. de arra aīe. nihil possumus deo ꝓ bñficijs rependere q̄ reamare. Y Sed d. quanta debet esse charitas mea ad deū. rñdet Bern. modus diligēdi deū est sine mō. primo q̄ deus est infinitus ⁊ immēsus. ideo nō est finis amoris termin⁹ et mēsura. Scdo q̄ nos dilexit in infinitū. Bern. amat immēsitas. amat eternitas. amat deus cui⁹ magnitudinis nō est finis. Ideo ut infinitati corrñdeamus in infinitū diligere dēm⁹. Tercō q̄ infinita nobis bona tribuit. iō infinitos tenemur affectus charitatis. vñ sanc. tho. sup. iij di. ij. dicit. Causa diligendi deū est diuīa bonitas que est infinita. et sic nō est mod⁹ vltra quē nō optet ꝓgredi. Hugo. Quātū potes tm̄ dilige mensura tua sit ptās tua. Quarto q̄ īfinita vtilitas nobis eueīet. ps. xxx. Quā magna multitudo dulcedīs tue dñe ⁊c. Aug. Si timētibus q̄d tūc diligētibꝫ te cū seruorū est timere. filioꝝ diligere. Idcirco nota vtilitates charitatis. Prio valz ad pctōꝝ purgationē. ꝓuer. x. vniuersa delicta opit charitas. et. i. petri. iiij. Charitas opit multitudinē peccatoꝝ. Aug. qd gutta in camino ignis h̄ facit pctm̄ veniale in hoīe diligēte. de h̄ igne Lu. xij. Ignē veni mittere ⁊c. Leui. vi. Ignis ī altari sp ardebit. Scdo valet ad laboris alleui

ationē. Aug. Charitas oīa immania et difficilia facit lenia. Mat. xi. Tollite iugū meū ⁊c Hiero. Nihil amantib⁹ dur⁹ nihil difficile. i. Corin. xiij. Caritas oīa suffert Gre. mēs q̄ fortiter deū diligit dulce estimat q̄d amarum fuit. Actu. v. Ibant aplī gaudētes ⁊c. ps. xxxiij. Gustate et videte ⁊c. Gre. q̄ ve deū amat oīa equanimiter portat. Tercio valet ad oīm tpaliū despectōem. Sophonie. iij. In igne zeli mei devorabit oīs terra. i. omīs terrena dilectio. Ber. Affectāt celestia nō sapiūt terrena Gre. gustato spū despicit omnis caro. ita ut bō desiderat dissolutiōem a terreno corpe. Job x. Tedet aiam meam vite me ⁊c. et sic aplus ad philip. i. Cupio dissolui et esse cum xp̄o. Gilbertus. O q̄z dur⁹ est amāti animū cū xp̄o a mūdo dividere. Quarto valz ad oīm nām sanctificatōem et melioratōem. nā q̄d q̄d agimus in caritate meritorū efficit atq⁹ sanctuz vñ aur⁹ supductū nobilitat omne metallū. sic omnia opa nra caritas. Apoca. iij. Tua deo nihil mere a me aur⁹ ignitū, pbatum ut locuples fias. i. charitatē. Aug. Charitas si deest frustra assunt cetera. si affit habent omīa. pbūs. q̄ hz vnā virtutē hz omnes. Isido. Caritas oīum virtutū obtinet principatū. vñ sicut deus cōtinet oīa. et sic caritas omīs virtutes. Col. iij. Sup omnia hec caritatē hēte q̄d est vinculuz pfectōis. Aug. Tūc bō ē pfectus qū caritate plen⁹. iō. i. Cor. xvi. Oīa vra in caritate fiāt i. Cor. xiij. Si linguis hoīm ⁊c. factus suz ⁊c. Aug. nō numero sitas opum. nō diuturnitas tpm. sed maior caritas auget meritū et pmiū Ex illo sequit⁹ q̄ cū paucis opib⁹ bō possz magis mereri q̄z alter cū multis si maior adest caritas. Hilarius. Frustra erit omnis opatio si ñ adhibeat dei dilectio. i. Joh. iij. Qui nō diligit manet in morte Hugo. Dilige et fac q̄d quid vis. Quinto valz caritas ad omniū bonor⁹ participatōnem. nā ex vinculo caritatis colligamur et vnimur q̄ omnia nra mutuo cōmunicamus Ber. Caritas est vtus largiflua. nam omnia facit ꝯmunia. ps. cxxiij. Participē me fac deus oīm timentiū te. Greg. in pastorali. Hinc ergo pensent invidi. caritas quāte vtutis sit. q̄ alieni laboris opa nra sine labore facit. q̄d tuū p̄ laborē meū p̄ amorem Ber. O caritas. neminē spolias. omnia rapis nulli aufers sua omnia facis tua. de pfecta. di. iiij. eccle caritas. Ecclesie caritas que p̄ spūm scm̄ diffunditr in cordib⁹ eorū q̄ principes sui sunt pctā dimittit. eor⁹ q̄ sui nō sūt tenet. Secto caritas valet ad oīm malor⁹ nror⁹ ⁊ alior⁹ bonor⁹ cooperatōem Ro. viij. Scim⁹ qm̄ diligentib⁹ ⁊c. Si aūt omnia ergo nra et alior⁹ bona et mala. quō esm̄ mala mea nō cooperantur ex quor⁹ ꝯgnitōe hūilitatē teneo. et in patientia me affligo. aut quō alior⁹ mala nō cooperantur mihi in bonū quib⁹ ex corde ꝯpator. quē affectū aplus habuit. ij. Corin. xij. Lugeā mlt⁹ ex his q̄ peccauerūt et nō egerūt pñiam. et. ij. Cor. xi. Quis infirmat et ego nō infirmor Et sic patet quō ex fidelib⁹ nris affectib⁹ nra et alior⁹ mala p̄ueniūt ad salutē. Z.

Nota amor dei caret septimplici defectu quos hz amor carnalis. Primus ē q̄ diligit deū sp̄ hz eū bñe pñtem. ps. cxxxviij. Si ascēdero i celū tu illic es. si des. ad infernū ⁊c. mgr in. i. Deus est vbiq⁹ essentialiter. pñaliter et potentialiter. et sic nō est de amore carnali. Secūdus defectus est q̄z amor carnal nō diligit vaciter. q̄z si diligis aliquē nescis vtr⁹ te diligit. sed de deo nō est dubiū q̄n si eū diligis ip̄e te diligit. puerb. viij. Ego diligētes me diligo. Tercio amor carnal diligit aliquē et ip̄e nescit et facis aliq̄d aliq̄ in amore q̄ displiceat ei. sed si diligis deū certus sis eū non ignorare. Job. ij. Ip̄e sciebat q̄d esz i hoīe. Quarto amor dei nō invidet alīs simul amātib⁹. sed amor carnal invidet q̄ aliq̄s sit eidē familiaris quē amat. sed dei non. q̄z vellet q̄ oīs hoīes deū amarēt. q̄z p̄ hoc nihil ei deperit sed accrescit. Quinto q̄uis deū diligo super oīa. nō tñ voleo si aliquē plus diligit. tō q̄z scio q̄ iustus est et sapiēs. et oīa iuste facit et hoc amor carnal nō hz. Serto cuz ꝯsidero q̄ ip̄e tāms est ego tā modicus mihi sufficit q̄ inter extremos me ponat. dum tñ etiā sum de numero alior⁹ suor⁹. hoc etiaz carnal amor nō habet. Septimo etiā certus sum q̄ ei⁹ amicicia pdere nō possum nisi ex meo vicio. ip se enim in se est immutabil⁹ et moz⁹ me ei auferre nō p̄t. hoc etiā carnalis amor nō hz. si igitur seriosum se oīdat de⁹ nō voleas hz gaudeas Apoc. iij. Ego q̄s amo arguo et castigo

De eadem dominica

Sermo.clviij.

Diliges ꝓximū tū sicut teipm .matthei.xxij. (A) In verbis ꝑmissis duo innuunt. Primo dilectionis necessitas. Scōo diligēdi qualitas. primū ibi. diliges. qō sonat ꝓcipiētis auctoritatem. secōm ibi. sicut teipz. qō dēsignat diligē di qualitatē. De primo d. diliges ꝓximū tuum. Ecce ꝓcepit. qz in sacra scriptura ponitur frequēter sumꝫ indicatiui ꝓ imperatiuo more hebreoꝝ et grecoꝝ. Nota necessitas dilectōnis patz ex quatuor. ex scriptura. figura. natura creatura. Prio in scriptura ex eo q̄ crebrius monet ad dilectōem ꝓximi in scripturis. Leuitici.xix. Diliges ꝓximū tuum sicut teipm. Joh.xv. Hoc est ꝓceptū meū ut diligatis in uicē. Luc.x. Diliges ꝓximū tū sicut teipm Et hic in ꝓposito adeo necēaria est huius mādati executio q̄ deus seipm diligere nō reputat si nō et ꝓximū diligamus. i. Joh.iiij. Qui nō diligit fratrē suū quē videt deū quē non videt quō ꝑt diligere. Itē. i. Joh.iiij. Si q̄s dicit. diligo deū et frēm suū odit mendax est Et iterū. i. Joh.iij. Omis qui odit fratrē suum homicida est. ex q̄bus oib⁹ pz necitas dilectionis. Scōo patet ex figura. i. exēplo et regula qō deus in seipo nobis ꝓposuit ad imitandū. Nam deus intantū nos dilexit q̄ omnes homines vult saluos fieri. i. Thim.ij. et sic nos Idcirco ꝓximꝰ siue bonus sit siue malus est. diligēdus. de bono satis claret q̄ amandus est. qz talis filius dei nominat et est. i. Joh. iij. Videte qualē caritatē dedit nobis pater. ut filij dei nominemur et simus .et xp̄s reputat eū attinere sibi omni genere attinētie. Matthei.xij. Quicūq̄ fecerit voluntatē ꝑis mei q̄ in cel̄ est ipe frr meus soror et mater ē Si aūt malus ꝓximus est adhuc est diligēdus et ꝓpter deū. et ꝓpter seipm et ꝓpter te. Prio ꝓpter deū. qz si deū diligis z eius filiū amabis. cū sane mētis est. et ꝓpter deū debes amare ꝓximū cū insane mētis factus est. Scōo ꝓpter ipm. qz si fratrē amabas sanū. nihilomin⁹ debes amare egrotū. in tali eim statu magis indiget amore tuo q̄ in alio. Tercio ꝓpter teipm debes amare eū. magis eim lucraris amādo eū cū tibi nocet q̄ cū tibi bñficus erat. Inde ei efficiēm filij dei. Matth.v. Diligite inimicos ꝛc. ut sitis filij ꝑris vr̄i qui in celis est. nā xp̄s dilexit nos cū inimici essem⁹ sui. Ro.v. Cuz inimici essemus. reconciliati sumus ꝑ mortē filij ei⁹. et sic nos facere debem⁹ ex imitatōne et figura eius. Tercio necessitas hui⁹ ꝓcepti pz ex natura qua ꝓiuncti sum⁹ adinuicē. de quo aug. Voluit deus vnicū formare hominez in principio a quo oēs ꝓcederēt ut tanq̄ frēs oēs homines se amarēt. nec sic factū legimus in angel̄ et aialib⁹ brutis. nec solū frēs sum⁹ ꝼm hominem. sz eūā habem⁹ adinuicē ꝼnitatē spūalem. de q̄ aug. Omis frēs sumus ꝼm q̄ homines q̄to magis ꝼm q̄ xp̄iani sumus. nā rōne frēnitatis spūs est vn⁹ p̄ deus. vna mr̄ eccia. q̄ frēnitas tāto fortius stringit ad diligēdū quāto reuerētior p̄ deus est q̄ hō. et quāto reuerētior mater eccia q̄ carnalis. et quāto hereditas celestis melior q̄ tpalis. Quarto necessitas hui⁹ ꝓcepti pz ex creatura. oēs enim creature eiusdē ſpeciei mutuo se diligūt. Eccl.xiij. oē aial diligit sibi simile. nā lupus serpēs et crudeliora alijs animalib⁹ nō solēt malicia inferre in ea q̄ sunt sui generis. et sic ab oib⁹ monemur nos mutuo diligere. (B) Nota quinq̄ sūt diligēda ꝼm ordinē charitatis. Primo de⁹ q̄ est sup omnia diligēd⁹. de q̄ d. diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Aug. hec totalitas intēdit ut oēs motus anime ad deū referāt. ut cor tuū nō sit inclinatū ad aliq̄d q̄ sit ꝫ deū Nā cor hz quatuor affectus. s. dolorē. spem timorē et gaudiū. z omnia illa dēbent ꝓmaxime z sup omnia in corde tuo inclinata esse ad deū. Puer.xxiij. Prebe fili mi cor tuū mihi. nā dilectio hz similitudinez cū corde aliquale. Prio cor est calidū et siccū. z sic dei charitas inflamat ad amorē celestis glie z patrie. Aug. xiij ꝑfes. Quāto amor pl⁹ accendit. tāto magis spūs sursum fert. ps.lxxij. Inflamatū est cor meū et renes mei ꝓmutati sunt. i. cogitatōes a mūdo sepate. Ro.xij. spū feruentes dño seruientes. Sz cor est principiū vite et omnis motus. sic dei dilectio. Ephe.iij. In charitate radicati et fundati. ut possitis cōprehendere cū omnib⁹ sanctis ꝛc. nā caritas illa nutrit alias vrtutes sic mr̄ filias. iō ad gala.v. Fructus spūs sunt caritas. gaudiū pax. Tercio cor ē indigētis nature. qz nō ꝑt pati infirmitatē magnā sic alia mēbra. sic dilectio dei nō ꝑt pati vnū pctm̄ mortale. Aug. sup Joh. ome. xij

Deus q̄ caritas est et pctm̄ mortale opponū
tur. nisi vna euulsa radicitus fuerit alia plāta
ri ñ poterit. Pater aūt caritas venīale. sic cor
aliquā leuē distrahentā q̄ nō mortē infert. p̄
uerbio. xxiiij. Septies in die cadit iustus ꝛc.
Quarto cor inferius est acutū et supius latū
sic dilectio debet esse dilatata sursū. infra acu
ta et pua Gre. electi dei tāta latitudine cor in
dilectione dilatāt. ut audire q̄ mūdi sūt gra
ue pondus estimēt. Scdo tenemur diligere
hoc q̄d est in nobis. s. aiam ꝓpter
illū cuius est signū. sic crucifixū diligīt ꝓpter
xp̄m. nō q̄ lapis vel lignū. sz q̄ xp̄m repñtat
et sic diligere debes animā tuā et ꝓximi tui tā
q̄ imaginē dei. Itē diligere debes aiam tuaz
et ꝓximi tui sicut ꝓciosum thesauꝝ. p̄ q̄ xp̄us
omnia dedit Ihñ aug. Sic deus oēm creaturā
sic aīa oīe corporeū nature dignitate p̄cellit
Ideo bern̄. Totus mūdus respectu vni⁹ aie
p̄ciū estimari nō p̄t. nō em̄ p̄ toto mūdo ani
mā daret quā p̄ hūana anima dedit. Tō eā ita
dilige q̄ nō macules eā pctis. p̄s. x. q̄ diligit
iniq̄tatē odit ani. s. Tercō diligere teneīm corpus
pus ut ꝓfuet̄ in esse. et q̄ possim⁹ deo fruite.
ut in corpe mereamur vitā eternā ꝓmereri.
dādo ei cibū et quietē. Hen̄. Sic teneto cor
pus tuū sicut medicus egꝝ. Ro. xij. Rōnabi
le sit obseq̄ū vēm. Quarto teneīm diligere p̄
ximū q̄ ꝓpe nos est. Et primo debem⁹ dilige
re vxorē et ꝑentes. scdo amicos et filios. ter
cio domesticos. quarto extraneos. q̄nto ini
micos. Sz d. an magis teneat hō p̄tem vel ma
trē diligere q̄ vxorē. Richar. de media villa
ñdz. Ad q̄ hō ampli⁹ dilectionē et bñficia rece
pit et ꝑcuratōem. maiorē dilectōez impende
re dz. sz sic est de ꝑentib⁹ et nō de vxore. Hie
ro. memēto ꝑentū sub q̄ manib⁹ recepisti in
crementuz. sit tibi grata vita ipoꝝ quasi vita
ma. Eccl. xvij. Retribue illis quō et illi tibi.
Sz d. tñ dr Genē. s. ꝓpter ꝗ relinq̄t hō p̄tem
et mātem ꝛc. ꝗ intelligīt quo ad adhēsionē ha
bitatōis. nō q̄ ad amorē. Quinto diligere de
bemus q̄d infra nos ē. s. tpalia solū ad sustēn
tatōnem quo ad nos et elemosinaꝝ largitōez
quo ad alios Lu. xi. Quod supest date elemosi
nā et ecce oīa mūda sunt vobis. Crisō. Omnia
q̄ deus nobis dat ꝓ nos alijs dat. Tō Thob.
iiij. Panē tuū cū esurientib⁹ et egētib⁹ ꝓmede

De eadem dominica Sermo. clix.

Diliges dñm deū tuū ex toto corde
mo Matb. xxij. marci. xij. et Luc. x.
Theophilus in breuiloquio
diuersaꝝ arāū dicit. In parvo igne vitrū frā
gīt in magno p̄solidat. Rō. q̄ paru⁹ ignis
non est tante virtutis vt posset simul et semel
circūquaq̄ vim ignitiuā inducere. Sp̄ualit.
p̄ ignē intelligīt amor siue dilectio. de q̄ Lu.
xij. Ignem veni mittere in terrā. sed ꝓ vitruz
intelligīt homo ꝓpter debilitatē nature. Cuz
em̄ iste ignis dilectōis est paruus. tunc vitrū
i. homo frangīt tedio. et distrahīt et tepescit
in ope. s. q̄ orat sine deuotōe. dat elemosinā
et ieiunat cū attediatōe et murmure. Rō. q̄
sm̄ Aug⁹. talis vnusq̄sq̄ est qualis sua dilec
tio. si dilectio pua. sic et opa. si aūt ignis dile
ctōis est magnus solidat et roborat hominez
in bonis opibus. Can. viij. Fortis ē ut mors
dilectio. sic q̄ hō nihil timet aggredi. Ie q̄
hiero. Nihil amantib⁹ duꝝ nihil difficile. eo
q̄ caritas omnia suffert. i. Cor. xiij. Et qui ista
caret huic oīa sunt grauia. sicut em̄ rota ñ vn
cta sonū facit et cantū. et sic tales sunt i mur
mure sine caritate. Naz sm̄ gre. Caritas opa
tur magna vbi est. cessat operari vbi nō ē. Idꝰ
circo cū scriba siue legisdoctor interrogauit d̄
mandato magno. rñdit ibūs dicēs. Diliges
dñm deū tuū. In summa euāgelij duo innu
unt̄. Primo q̄stio legisdoctoris inuidenter
postulata. scdo rñsio saluatoris sapiēter decla
rata. Primū ibi. magīt q̄d est mandatū magꝰ
num ꝛc. scdm ibi. diliges dñm deū ꝛc. De pri
mo dicit. In illo tpe. s. feria scda post palma
rum. cū audissent pharisei q̄ ibūs imposuisset
silentiū saduceis qui negabāt resurrectōnem
accesserūt ad ihm̄ pharisei. Crisō. ut multitu
dine vincerēt quem rōe supare nō poterant.
et interrogauit eū vnus ex eis. licet essent mul
ti tñ ordinauerūt vnū dolose. Crisō. Un⁹ loq̄
tur ꝓ omnibus. et omnes loquunt̄ p̄ vnū. ut si
ꝓfusus esset solus videret̄ ꝓfundi. si aūt vin
ceret omnes viderent̄ p̄ eum vicisse. Et hic
fuit legisdoctor. temptās eū. q̄ putabat se sa
pientē. cogitabat velle seducere eternā verita
tem. interrogans. magīt q̄d est mādatū magnū

in lege. nõ erat eis dubiũ ꝙ tria mãdata ĩ pri
ma tabula fuerũt maxima. et putabãt xp̃m v/
nũ de his respondere. et deinde volebãt eum
trãsgressorẽ vniuscuiusq; ꝓbare. sed non est
sapiẽtia. nõ est prudentia. nõ est ꝯsiliũ cõtra
dñm. ꝓuer. xxi. qꝛ sciebat quid essꝫ in homĩe
Job. ij. Idcirco rñdit ꝓducẽs radicẽ p̃cep
torũ. s. dilectionez dicẽs. diliges dñm deuꝫ
tuũ (D) Hec est scd̃a pars in qua ut
dixi innuit̃ saluatoris rñsio sapiẽter declarata
dicẽs. diliges dñm ꝛc̃. s. qui ꝓ te seruus fac
tus est. ad Philip. ij. Exinaniuit semetip̃m
ꝛc̃. dicit deũ. q̃ ꝓ te incarnatus est. tuuꝫ. qꝛ ꝓ
te in cruce suspensus est. et dedit tibi corpus
suũ in eduliũ. et sanguinẽ in ablutõem crimi
nũ. Apoca. i. Lauit nos a pctis nr̃is in sangui
ne suo. et notãter dicit diliges et non ꝯgnos
ces. qꝛ noticia dei et ꝯgnitio alta ꝑ se non sal/
uat. Jacobi. iiij. Sciẽti igit̃ bonũ facere ⁊ ñ
faciẽti pctm̃ est illi. Ideo Isido. li. ij. d̃ sum.
bo. c. i. Melius est studiũ bñ viuendi q̃ mul
ta sciendi. ergo dicit diliges ñ ꝯgnosces. Nã
diligere deũ religiosi cordis est. Can. i. recti
diligũt te. sꝫ qui recti nõ sunt deũ nõ diligũt.
De quo habet̃ in cano. xxiij. q. iiij. c. hoc aũt
§. ex his. Oĩs iniquus bonoꝝ est inimicꝰ. seq̃
tur. cũ sit inimicus iusticie amatorẽ iusticie et
bonitatis q̃ est deus diligere nõ p̃t. Item nõ
Ideo subdit desideriū huius pncipis dicēs Veni et impone manū tuam sup eā et viuet. q. d. Manus tua est valida quadruplici mō. Prīo est oīm creatiua. de quo ps. xciij. Ipius est mare et ipe fecit illud et siccā ꝛc. Scđo oīm pseruatiua. de quo ps. cxxxviij. Manus tua deducet me ꝛc. tua sc̃z in esse. nā ꝝm Gre. Esse nostr ex nihilo est et in nihilū rediret. nisi deus manu regiminis cōseruaret. Tercō manus eius est oīm ꝓtectiua. de quo Isaie xlix. In vmbra manus sue protexit me. quia ꝝm Aug̃n. humana natura sic est ꝓdita vt necessario habeat ꝓtectorē quē habuit ꝓditorē et sic magna fatuitas est se erigere ꝓtra deum et ei ꝓtradicere. In sili ut scribit Isaie. x. nū q̃d gloriabit securis ꝑ eū qui secat in ea. aut exaltabit serra ꝓtra eum a q̃ trahit. quasi d. non. Sic nec pctōr exaltari dz ꝓtra deū. cuz sine eius adiutorio nihil agere pt saltē meritorie. ps. xciij. Si dicebā motus est pes meus ꝛc. Quarto manus est ē oīm saluatiua Isa. xlix. Nō est abbreuiata manus dñi ut saluare neq̃at. Idcirco dauid desiderauit hāc manū dicēs. ps. cxviij. Fiat manus tua ut saluet me. Hec est manus sub cui⁹ ditōe oīa sum⁹ iuxta illud Hiere. xviij. Sicut lutū in manu figuli sic vos in manu mea. Quito hec man⁹ est oīm remuneratiua. de quo ps. cxliij. Aperis tu manū tuā ꝛc. vnicuiq; eōm tribuet iuxta meritū bonis et malis. Isa. vltō. Cognoscet manus dñi in seruis eius ꝛ indignabit inimicis ¶ M Moraliter. filia pncipis est aīa et supior pars rōis est princeps. Filia. i. aīa est defuncta q̃n iacet in mortali. Ezech. xviij. Alia que peccauerit ipa morietr. nā sic mors ē sepatio aīe a corpe. sic pctm̃ est sepatio a deo. Isa. lix. Iniquitates vre diuiserūt inter vos et deū vr̃m. Illius mortis tria sunt signa. prīmū carētia anhelitus. i. cōfessionis defectus. Judit. vi. Gladi⁹ militie mee trāseat p latera tua. et ꝓfixus cades inter vulneratos isr̃l. et nō respirabis. Gladius est trīptatio dyabolica qua verberat aīa pctōris. et nō respirat emittēdo anhelitū in ꝓfessione. i. Reg. ij. Impij in tenebris ꝓticescēt. Scđm signū ē oīm mēbror frigiditas. ỽ quo Mat. xxiij. Oīm abūdabit iniq̃tas refrigescet charitas multorū. Charitas est q̃dam spūalis calor in aīa. quo extincto p venenū pcti remanet frigida. Hiere. vi. Sicut frigidā facit cisterna aquaz suā. sic frigidā fecit malicia suā. sic et malicia tua animā tuā. Terciū signū est pulsus defectus et carētia motus. s. pietatis et bonor̃ operū Exo. xv. Fiāt imobiles quasi lapis. Hec pōt dicere xp̃o. Veni et impone manū tuam ꝛ viuet. Reuera oīs nr̃a vita stat in eo. naz ipe est de quo ꝓuer. viij. Qui me inuenerit inueniet vitā. Haz ipe est lignū vite i medio paradisi sitm. i. vteri virginalis. Ipe est ỽbū vite qui oībus nobis dat vitā grāe ꝛ glorie Joh̃ā. x. Ego veni ut vitā habeāt. De q̃ i. Joh. iiij. In hoc apparuit charitas dei i nobis q̃m filiū suū vnigenitū misit in mundum ut viuamus p eū. Hā ipe dixit Johan. xiiij. Ego sum via ỽitas ꝛ vita. De quo act. xvij. Ipe dat oībus vitā et inspiratōnem. Dicamus igit̃ hūiliter adorādo. dñe filia mea ꝛc. ¶ A Pro quo sciendū. ad resuscitatōem hui⁹ puelle septē leguntr facta. prīmū q̃ pē p illa rogauit in quo notat̃. q̃ existēs in mortali necesse est oro alicuius iusti cū p se nō possit sibi gr̃am ꝓmereri. Cui⁹ quadruplex ē rō Prima est indignitas status. qz ille qui ē in mortali indignus est oīm bono. ut dicit augenā pane quo vescit̃. Job. xxx. Ipa vita putat̃ indign⁹. sicut miles q̃ denegat fuisse debitū dño suo regi. ꝛ vadit ad aduersariū regis sic pctōr q̃ se sepat a deo. Isa. lix. Iniq̃tates vestre diuiserūt ꝛc. Idcirco nō exaudit̃ a deo ps. lxv. Iniq̃tatem si aspexi in corde meo nō exaudiet dñs. Scđa rō. qz est in ira dei. ro. ij. Ira ꝛ idignatio. tribulatio ꝛ angustia i omnem aīam hois operātis malum. ꝛ est digna morte. Sapie. xv. Malorū amatores digni sunt morte. Tercia ratio. quia nō habet radicem meredi. i. caritatē. meritū eōm est seruitū cum dilectōne impensum. sed pctm̃ mortale ꝛ caritas ꝝm Aug̃n. directe opponunt̃. quapter si homo seruit dyabolo in mortali non pt seruire deo dilectōe filiali. Matb. vi. Nemo pt duobus dñis ꝛc. Quarta ratio qz nō

est dignus p se venire ante faciē regis. Unde Gre. Cū is qui displicet ad intercedendum mittit animus irati iudicis ad deteriora pvocat. ideo oportet q p mediatorē recōcilietur. sicut absolon recōciliatus est dauid mediāte Joab. ij. reg. xiiij. ppter qd ꝯsulit pctōri ad aliquod suffragiū sctōrum ꝯuerti. et hoc significat p patrem puelle qui vocat Jair⁹. qd interptat illuminatus. et significat virū iustuz gratia illuminatū. qui dz intercedere p pctōre. qz scribit Jaco. v. Multū valet depcatio iusti assidua. nā ad orationē Josue stetit sol vsqz vlcisceret se de inimicis. Josue. x. Itez ad orōnem ezechie reuersus est sol. x. gradib⁹ quib⁹ descēderat Isa. xxxviij. Itē ad ipi⁹ orationem vna nocte pcussit angelus dñi. clxxxv milia in castris Sēnacherib regis assiriorum iiij. Reg. xix. Itē ad orōem helye clausum est celū annis trib⁹ et sex mensib⁹. iij. Reg. xvij. et. xviij. Item ad orōem ecclesie. hoc ē xpi fideliū liberatus est petrus a carcere. Actu. xij. Idcirco ē multū necessaria et pficua orō iustoꝝ deuota p infirmo pctōre. dicēdo veni ⁊ impone manū tuā ꝛc. ¶ O ¶ Pro q sciēdum manus xpi hz quinqz digitos. i. v. bñficia quibus a morte pctī suscitat aīa. Prim⁹ digitus est pollex. et dr a pollicēdo qui tāgit aīam penitentis qñ pollicet a pctis de cetero abstinere. sicut dauid in ps. cxviij. Juraui et statui ꝛc. hic est digitus qui scribit in tra cordis ppositū nō peccādi dicēs. iniqtatē odio habui et abominatus sum. ps. cxviij. Scds digitus dr index ab indicādo. illo digito tangit pctōrem qñ p ꝯfessionē indicat actus suos. de quo Luc. xi. Si in digito dei eijcio ꝛc. Hic est ille digitus qui tetigit linguā muti et cepit loqui recte Marci. vij. Bern. Per ꝯfessionez remittit peccatū et dyabol⁹ amittit principatū. Tercius digitus est medius quo tūc tangit penitentē quādo seruat mediū. scz q nō nimis psumit de venia sed timet. neqz nimis timet sed etiā sperat. Gre. nihil securi⁹ spe. Et Eccl. v. De ppiciato pctō noli esse sine metu. Aug⁹. nemo secur⁹ esse debet in hac vita. puerb. xiiij. Sapiēs timet et declinat a malo. Exo. viij. Digitus dei hic est. Quart⁹ digitus dei est fidius siue anularis. et est ab anulo dictus. et significat opatōnem bonam Per hunc digitum sm Bern. opat q volumus. cooperatur q possumus. Philipp. iiij. Omnia possum in eo q me cōfortat. Quintus auricularis. et significat humilitatē. ut de bonis se non eleuet. Canti. v. Digiti mei pleni mirra pbatissima. mirra em vermes de corpe exterminat. et sic hūilitas vermē supbie. illa est manus. i. gratia adiuuās. Ezech. iij. Manus dñi erat mecū ꝯfortās me. Sequit i euāgelio. ⁊ viuet. ad Gala. ij. Viuo aūt iā ñ ego viuit vo in me xpus. et Rom. vi. Gratia dei vita eterna. Scdm qd factū est circa resuscitatōem huius puelle est pris et mris assumptio. Moraliter. prem et matrem assumit q se terrenū et mortalē ꝯgnoscit. iuxta illud Gen. iij. Terra es et in terrā reuerteris. Naz scdm Gre. nihil sic reuocat a pctis sic freqns mortis meditatio. Terciū est tibicinū exclusio. et significat vane leticie remotōem. Dicit nāqz aug. Quid est seculi leticia nisi impunita neqcia. nam est a deo maledicta. Luc. vi. ve vobis qui hic ridetis. qm lugebitis et flebitis. idcirco est excludēda. ut d. Hiero. Nō pōt h qs gaudere cū seculo et ibi regnare cum xpo Quartū est turbe eiectio. i. tumultuantiū cogitationū expulsio. De q aug. ad demetriad vginē. Est tutissimū atqz pfectū expellere tumultū malarū cogitationū. Nam sm Bern. Dū mīma nō spernim⁹ interdū labimur ad turpia Idcirco Isa. i. Auferte malū cogitationū vrarꝝ ab oculis meis Sap. i. puerse cogitatōes sepant a deo. Quintū est triū discipuloꝝ petri iacobi et iohānis susceptio. q significāt tres virtutes. p petꝝ significat pctī ꝯgnitio. qz dicit Isi. li. de sum. bo. Magnā partē iustificatōis habet qui seipm ꝯgnoscit. eo q inquit Bern. Neminē posse saluari sine cognitōne sue mētis. idcirco requirit petrus. i. ppria cognitio. Scdo p iacobū intelligit viciorum supplātatio. nam quid valeret pctā cognoscere si homo p displicentiā nō supplātaret Idcirco ps. xvij. Supplātasti īsurgētes ī me subi⁹ me. i. affectus vicioꝝ. nā pctm nō nocz dū displicet. s. p cordis cōtritōnem. cū in aīo cōtrito et spū hūiliato suscipiamur a te dñe. Dan. iij. Tercio p iohānē intelligit boni propositi cōceptio et voluntatis bone. eo q dicit Gre. Nō vacat manus a munere vbi archa cordis est plena bona volūtate. Sextum est manus puelle a xpo retētio. qz tenuit manuz

eius.et significat eius auxiliatõem. q2 hec oia nõ pñt fieri sine auxilio gre.iõ ps.lxxxviij. ve ritas mea et misericordia mea cũ ipo.manus eẽ mea auxiliabit ei.nã ẽm Bern̄.reditis ad pñam tria nccaria sunt. s.bñ nosse. bñ vel le et bñ posse.Primũ ẽ bñ nosse.q2 dic aug. Incognita amare nõ possumus.sz ognitõ bo ni nõ est a nobis sz a deo. Job.xxvij. Inspira tio omipotẽtis dat intelligentiã. iõ Sap.ix. Sensum mũ qs sciet nisi tu dederis sapiam et miseris spñm sctm mũ d altissimis. Secõm est bñ velle.et hoc nõ est a nobis.ut d.Aug.ne mo pt bonũ velle sine gra. nõ tñ est ex gra so la sed etiã arbitrio nõ.ut d.aug. de pfectõne iusticie.nõ q sine volũtate nra agat sed volũ tas nra nihil boni agit nisi diuinitus iuuetur Terciũ est bñ posse nã nõ sufficit bñ velle. vt habet.lxxxvi.di.nõ satis.Nõ satis ẽ bñ velle sz et bñ facere.neq3 sanꝰ est itez bñ facere nisi id ex bono fõte ꝓcedat.hoc ẽ ex bona volũtate pficiscat.sz bñ facere ñ est nẽm Ro.vij. Vel le adiacet mihi pficere aũt bonũ nõ inuenio. sed est dei gre.ut d.Aug. Gra dei opatur q velimus.cooprat q possumus.

De eadem dominica Sermo.clxxv

(P) Onfide filia.fides tua te saluã fecit scribit originaliter Mat.ix. (P) Ista est scda ps istius euãgelij.in qua diri. scdo subiungit mulieris emorroisse secreta sanatio.ibi. ecce mulier que patiebat fluxum sanguinis annis.xij. Marcus et lucas dicũt q medicis erogabat oia sua bona sz nõ ꝓfece rat.sz deteriꝰ bẽbat.vbi notat piculũ infirmi tatis que nõ potuit sanari a medicis terrenis ideo ꝯuata erat medico celesti xpo. Ecce scz miraculũ magnũ.mulier qdã.scz martha ac cessit retro.ꝓpter verecundiã.q2 immũda ẽm legẽ.tetigit fimbriã vestimenti ei⁹. ecce bũli tas.dicebat intra se.si tetigero tm fimbriã ve stimẽti ei⁹ salua ero.ecce fides.et ihũs ꝓuerſ⁹ dicũt lucas ⁊ marc⁹ q statim sanata est. xpus aũt ognoscẽs vtutẽ q de eo exierat. conuersus ad turbã d quis tetigit vestimẽta mea.cũctis negãtibꝰ d.mlier et q cũ ea erãt discipuli. ꝓ ceptor turbe te oprimũt.et tu dicis.qs me te tigit.qbꝰ ihũs ait. nã et ego noui de me vtu tem exisse.et circũspexit eã videre q hoc fecit.vt dens aũt mulier. q2 eũ nõ latuerat tremẽs ve nit et ꝓcidit ad pedes ei⁹.et ob quã cãm teti gerat eũ indicabat cotidiano.et quõ ꝓfecti lanata ẽ.tũc xpus d.illi.ꝓfide filia.q2 fides ma te saluam fecit.et statim sanata ẽ ex illa hora. Querit Crisost quare hãc mlierẽ laterevolẽtez xpus manifestauit.Rñdz prio ut nõ bret ꝓscie temorsum.q2 fecit ꝓ legis ꝓceptũ. Scdo vt ipam corrigeret.q2 xpm latere existimabat q est ognitor oim. Tercio ut fidẽ ei⁹ cũctis i ex emplũ onderet. Quarto ut fidẽ prncipis cõ fortaret. Amb.d.q fuit martha Euzebius i scolastica historia.li.vij.d.nõ.sz gẽtilis.ideo Crisost.Fit elior fuit hec mulier archisinagogo nã ille medicũ ducebat.huic tactus fimbrie sufficiebat.Et vocauit eã filiã.vñ ꝓuenit hec filiatio ut ognoscamus q2 a fide.subdit.fides tua te saluã fecit. Joh.i. Dedit eis ptãtẽ filios dei fieri ⁊c. Cri. dicit.Fides sanauerat eã ñ virtus sua.ad designandũ q bonorẽ deo de bem⁹. (Q) Moraliter.p hãc mulierẽ sig nificat pctor carnali vico sanguinolẽtus.ysa. i.Manus vre sanguine plene sunt ⁊c.tale.xij ãnis.i.supabũdãter peccat. Hec mlier multa ppessa est ut dr Marci.v.et sic huic vicio de diti amara verba.amaricata facta.s.molestias corpis cecitatẽ mẽtis.dãna rez.odia[boim. dispendiũ fame patiũt. Itẽ erogãt oia ꝓ vo luptate carnis.Greg.in moza.luxuria ebetat sensum.ꝓfundit intellectũ.maculat volũtatẽ obscurat memoriã.et si mentem occupauerit vix bona progitare pmittit.et substantiã ꝓsu mit tpalẽ sz nihil ꝓficit. Piero.sup osee.Lu xuria insatiabilis est voluptas.et q̃to magis capit tãto magis incentiuũ patit.vires i for nicatõe deficiũt.et fornicãdi desideriũ nõ de sicit. Qui vult ab hoc vicio mũdari tãgat fim briã vestimẽti xpi.i.passionẽ xpi in carne.vesti mentũ est hũanitas Philip.ij.habitu inuẽ tus ut hõ Hec est tunica talaris ioseph intin cta edi sanguine.q̃ est vestimentũ q̃ ꝓ redẽ ptõne hũani generis fuit rubricatũ in cruce. q̃ mirãtes angeli ẽm dño. dixerũt illi ysa. lxij. Quare rubra est indumentũ tuũ. tñdit. torcular calcaui solus. Fimbria vestimti ẽ ei⁹ passio.q̃ est finale ꝓciũ nre redemptiõis.hoc tangam⁹ philip.ij.hoc sentite in vobis ⁊c.dic Bern̄.Passio tua dñe sup sidera illumiat in

tellectū. sup ignē accendit affectū. sup aerē e/
mollit cor meū. et sup aquā fecundat. passio
vltimū et singulare refugiū. deficiēte iusticia
deficiēte sctitate et meriū succurrit passio tua

De eadem dominica Sermo. clxxvi.

Puella tibi dico surge et surrexit. ma
thei. ix. R Bern. sup cañ. ser
mone. xxi. d. In h nobilis creatura ad imagi
ne et silitudinē dei facta in se facit antiq̄ digni
tatis honorē receptare. eūq̄ recuperare se indi
cat cū se indignū ducit huic labēti seculo con
formari. reformari magis satagēs. iuxta apl'i
doctrinā. in nouitate sensus sui in eā silitudi/
nē in qua se ꝯditā nouit. Ac etiā p hoc cogēs
ut dignū est ipm seculū q̄d ꝓpter se factum ē
ꝟsauice mirū inmodū ꝯformari sibi. Cū oīa
ei opari in bonū incipiūt tāq̄ in ꝓpria et natu
rali forma abiecta de genere specie recognos/
cēdo dñm suū cui ad ꝯformādū creata fuit.
hec ille. De tali nobili creatura. i. aīa loquit'
euāgelista sub quadā silitudine dicēs. puella
surrexit. Nota q̄ a pctō est surgēdum cit' ꝓp
ter tria. Primo q̄ statū vilificat. scdo q̄ sub
iectū mortificat. tercio q̄ cruciatū perpetuat.
Primo dixi q̄ a pctō ē surgēdū q̄ statū vili
ficat. Dicit em̄ ꝯmētator q̄ q̄libz res sm no
bilitatē suā sortit' locū. pz h in corpe hūano.
vbi oculi q̄ sunt ceteris mēbris nobiliores in
supiori loco ut in frōte sunt positi. patet h ec
idē in mūdo. in q̄ inter om̄ia elem̄ta terra est
inferi' tāq̄ ignobilior. et ignis supi' tāq̄ no
bilior. et iō q̄ hō ē nobilior creatura deberet
supi' locari. sz p pctm̄ vilificat'. et quasi cū ig
nobilioribꝫ reputat'. vñ d pctōre d. ps. xlviij
Hō cū i bono. essz ꝛc. Cui' figurā hēm' dañ.
iiij. vbi legit' q̄ Nabuchodonosor rex ꝓpter
pctm̄ suum fuit priuatus sensibꝫ. et ab hoībꝫ
abiectus. ⁊ cū feris et bestijs reputatus. fenū
ut bos ꝯmedit. et rore celi corp' eius infectū
fuit. donec capilli ei' crescerēt in silitudinē aq̄
laꝝ. vngues ei' quasi vngues auiū. Sic mo
ral' fit homī. q̄ ꝓpter pctm̄ priuat' regio hono
re regni celestis. et priuat' sensibꝫ. i. meditati
one dei et ꝯtēplatōe. et abijcit' ab homībꝫ. i.
electis ⁊ sctis angel'. ⁊ reputat' cū bestijs. i. de
monibꝫ. iō d. dñs Mat. xv. Nō est bonū su
mere panē filioꝝ et mittere canibꝫ. i. nō ē bo
nū grām bonorē et salutē electis p̄paratā da
re pctōribꝫ q̄ bñ canibꝫ ꝯpant' ob pctī fedita
tē. puer. xxvi. Sic canis q̄ reuertit' ad vomi
tū suū. sic imprudēs q̄ iterat stulticiā suā. ber.
hāc stulticiā deplorās in semetipo d. in medi
tatōnibꝫ. Si me nō inspicio meipm nescio. si
autē me inspicio me tolerare nō possum. tāta
inuenio in me q̄ digna sunt rep̄hensione. ⁊ q̄
to sepius et subtili' meipm discutio. tāto plu
res abomīatōes i angulis cordis mei inueio
Exq̄ em̄ peccare cepi. nūq̄ vnū diē sine pctō
trāsire potui. nec adhuc peccare cesso. sz pctā
pctis addo. ⁊ ea p om̄ibꝫ habeo nec gemo. eru
bescēda video nec erubesco. ītueor dolēda nec
doleo. leuis sum ⁊ dissolutus nec me corrigo
sz ad pctā q̄ ꝯfessus sum redeo q̄tidie. vñ ñ ut
hō sz ut canis viuo et bestia. cūq̄ plorare de/
berē p mal' q̄ feci. ⁊ bonis q̄ facere neglexi. heu
ꝟsū ē mihi i ꝯtriū. nā tepui ⁊ frigui a feruore
orōis. nā sine sensu ut lapis inutil' frigid' re
māsi. et ido flere meipm nō possuz qm̄ grā la
crimaꝝ recessit a me. vñ ut lignum vile ⁊ pu/
tridū remāsi. hec ille. Vñ ad fugiendū ipius
pctī feditatē hortat' nos dñs Isa. lij. Recedi
te recedite exite ide. pollutū. i. pctm̄ nolite tā
gere. q̄ em̄ pollutū tetigerit. i. pctm̄ fecerit. in
quinabit' ab eo. vñ Hugo hāc pctī feditatē
statum hoīs vilificantē ꝯgnoscēs et ipm fuge
re cupiēs. dixit li. de arra sponse. c. xxxij. O v
tinā ad modicū ab oculis dilecti mei possem
abscōdi. donec maculas istas om̄s detergerē
et sic demū añ ꝯspectū ei' sine macula appare
rem. naz quō in hac difformitate illi placere
potero qui et mihi quoq̄ in illa vehementer
displiceo. O macule veteres. o macule fede
et turpes. q̄d tā diu heretis. Abite et discedi
te. et ne p̄sumatis amplius oculū mei dilecti
offendere. nā ipo iuuāte nō sp mecū manebi
tis. ego iuraui sup vobis. q̄ nec teneā nec di
ligam vos amplius. sed abominor ꝓrsus tur
pitudinē vr̄am. Jamq̄ deinceps et si possem
nō videri nollez tñ a vobis infici. q̄to magis
nunc. q̄ palam ipi sum. Et q̄ plus me con/
tristat eius offensio q̄ mea turpitudo. recedi
te ergo inuanū mihi adheretis amplius. q̄
et mecuz manētes mee nō estis. alienas a sor
te mea vos iudico. habeo em̄ aliud exemplar
et cui ꝯformari cupio et ad illud iugiter respi

cio. exquo ẽm hoc didici q̄ vos exterminare debeo .et qualiter ꝺ faciã iã agnosco. hec ille.

ꝺ . Scõ dixi q̄ debem⁹ surgere a pctõ. qz subiectũ mortificat. pz ꝺ qz d. aristo. q̄ corp⁹ bũanũ ꝓpomẽ ex quatuor. et añq̄ peccata essent. ipa elemẽta in tãto amore et ꝓportiõe iũgebanẽ q̄ nulla fieri poterat dissolutio. vñ si pctm̃ nõ fuisset adã nõ fuisset mort⁹ nec infirmatus nec sui sequaces. Sed cũ intrauit pctm̃ solutũ est amoris vinculũ. et iõ elementa cepẽt intra se repugnare. s. calidũ ℨ frigiꝺ siccũ ℨ humidũ. et ex hac pugna seq̃ resolutio corpis. languor. debilitatio et mors. vnꝺ ad Ro. viij. corp⁹ mortuum est ꝓpter pctm̃. imo et aia ꝓpter pctm̃ morit. Ezech. xviij. Alia que precauerit ipa morieꝫ. pz ꝺ exẽplo. dicit ẽm plin⁹ in speculo naturali. li. viij. ca. xviij q̄ natura q̄rũdã serpẽtũ ẽ q̄ vno interfecto incredibil' vltõis alter psequit interfectorẽ sui ꝓparis. ꝛ illũ solũ i magno ppli agmine agnoscẽs infestat. interrũpit oẽs difficultates donec vltio de morte ꝓparis capiat. Moraliter. serpẽs designat ihm̃ xp̃m ꝺi filiũ q̄ d. p ꝓphetã ps. xxi. ego sum vermis et nõ hõ. ei⁹ ꝓpar est aia. de qua Sap. viij. Hãc amaui et exq̄siui a iuuẽtute mea. et q̄siui sponsam mihi eã assumere. et amator factus sum forme illi⁹ Sed interfector illi⁹ est pctõr. q̄ dũ ꝑmittit pctm̃ aiam suã spualiter interficit. Thob. xij. Qui facit pctm̃ et iniq̄tatẽ hostis est aie sue. Volet aũt summe dei fil⁹ de morte ꝓparis sui In cui⁹ figurã vr Luce. xix. Videns ibũs ciuitatẽ ibrim. i. aiam pctis infectã fleuit sup illã Eius igit̃ interfectorẽ. i. pctõrẽ insequit̃ et infestat tribulatõibꝫ. egestate. corpis infirmitate. et tandẽ morte ut vltionẽ sui ꝓparis accipiat. Vnde vr ps. xxxv. Ibi ceciderũt q̄ operant iniquitatẽ. expulsi sunt nec potuerũt stare. Item. liij. Viri sanguinũ et dolosi non dimidiabũt dies suos. vñ dicit Aug. Deus fecit hominẽ ita q̄ q̄diu nõ peccaret immortalitate vigeret. et postq̄ p inobedientiã peccauit subtracta est ei gra. et expulsus de paradiso vt nõ posset sumere de ligno vite. ꝛ sic natura relicta p pctm̃. resoluit̃ naturaliter p mortẽ Istud sanus miserabiliter deplãgit Anſ. i suo plogion dicẽs. O misera sors hoim cũ ꝺ peruenit ad qꝺ factus est. O durus et dirus casus ille. heu q̄d pdidit. et q̄d inuenit. q̄d abscessit et quid remãsit. pdidit beatitudinẽ ad quã factus est. et inuenit miseriã ꝓpter quam factus non est. pdidit vitã inuenit mortem. abscessit sine quo nihil felix est. et remãsit qꝺ p se nõ nisi miserũ est. mãducabat tunc hõ panẽ angelor quẽ nũc esurit. mãducat nunc panẽ dolorũ quem tũc nescuit. heu publicus luctus hoim vniuersalis plãctus filior ade. Ille ructuabat satietate nos suspiram⁹ esurie. ille abũdabat. nos mẽdicamus. ille feliciter tenebat et misere deffuit. nos infeliciter egem⁹ et miserabiliter desideramus. et heu vacui remanemus. Cur nos non custodiuit cũ facile posset quo tã grauiter caremus. graue dãnum grauis dolor. graue totũ. q̄ suo casu miseriã et mortẽ nobis hereditauit. hec ille. T .

Tercio dixi q̄ debemus surgere a pctõ q̄ cruciatũ ꝓpetuat. patet hoc dicit Alan⁹ in maxis theologicis. Qui male agit in infinitũ magna puniẽdus est pena. et ꝓbat. q̄ male agẽs est deo iniuriosus. et tãto maiore dignus ẽ pena quãto maior est cui infert̃ iniuria Sed omnire in infinitũ maior est deus. ergo faciẽs iniuriã deo in infinitũ magna dignus est pena. et sic erit eterna. vñ d. Orige. sup illud Nũeri xiij. Ann⁹ ꝑ die imputabit̃. quasi q̄ die annũ recipietis pctã vra p. xl. annos. Timeo ꝺ misterũ discutere. Videor ẽm q̄ in ꝺ ꝓportionẽ rõ pctõr ꝛ penar. Si ẽm cuicq̄ pctõri annus ascribit̃ ad penã. q̄ vnius dici pctõ. ꝛ ẽm rõem diez quib⁹ peccat̃. totidẽ annor numerus in supplicijs ꝓsumit̃. vereor ne forte nobis qui q̄die peccamus nec ipa secula aut ec̃ secula seculor sufficere possent ad penas luendas. Et sequit̃. Sed hoc nullus ad integrũ nouit. nisi cui pt̃ oẽm iudiciũ tradidit. hec ille Sed istud videt̃ inconueniẽs cũ pena debeat corrũdere culpe. ꝛ cũ delectatio que est in culpa sit tpalis. efficit ergo penã tpalem et ñ eternam. Ad qꝺ dicendũ q̄ hoc fit iusto iudicio dei. q̄ iustũ est ut d. Gre. ut q̄ nũq̄ voluit carere pctõ nunq̄ carere debet supplicio. Sed posſz aliquis dicere. aliq̄s ꝑmittẽs homicidiũ nõ ꝓponit sp esse in pctõ. Ad ꝺ dico q̄ hõ cõmittens pctm̃ mortale in talẽ statum se ponit a quo surgere nõ valet a se sine gra Exemplũ de illo qui ꝓiecit lapidẽ in puteũ. qui añq̄ ꝓiciat hz ptãtem nõ ꝓiciendi. sed postq̄ ꝓiecit nõ pt eũ tã nõ proiecisse. Moraliz. sic pctõr añq̄ pctm̃ ꝑmittat ex libertate arbitrij habet voluntatẽ et ptãtem nõ peccãdi. q̄ nullus pt ei

facere violentiã. sed postq̃ peccauit tã nõ pt nõ peccasse. qz difficulter pt a pctõ resurgere et nõ sine gratia dei spãli. Dicit enim Isido. li. ij. de sum. bo. c. xxij. Istis hominib. i. quibus dã gradib. qualescit omne pctm̃. cogitatio p ua delectatõem facit. delectatio psensum. psẽ sus actõem. actio psuetudinẽ. psuetudo necessitatem. Sicq̃ duz bis vinculis implicat hõ quasi quadã catena vicioz teneat astrictu. ita ut ab ea auelli nõ pt. nisi diuina gra manũ iacẽ tis apphẽdat. hec ille. Jõ berñ. suũpius infirmitatẽ et a pctis rsurgẽdi difficultatẽ pgscẽs diuinã grã exposcẽs d. O bone ihũ duo in me pgnosco. s. aiam quã tu fecisti. et pctm̃ qd ego feci et adieci. fateor dñe q̃ culpã deforma uit natura. sz merito qso qz spũs sũ vadẽs et nõ redies. p me iut in pctm̃. p me redire nõ possum. Ex ya benignissime ihũ rogo te p pfusimã clementiã qua oẽs boies vis saluos fieri. ut tollas a me qd feci. et remaneat qd feci sti. ne peat qd tuo precioso sanguine in cruce redemisti. sz tibi gras referam tecũ pgratuler qd nobis pstare dignet.

Dominica. xxv.

Sermo. clxxvij

Quide emem̃ panes ut mãducent hi Joh. vi. ℣. In sũma euãgelij duo innuunt Prio xpi pietas i turbe passiõe. scdo subiũgit e ptãs in panũ multiplicatõe ibi. accepit g ihũs panes. Prio dixi innuit xpi pietas in turbe cõpassiõe d. In illo tpe. s. spacio vni ãni ante passiõem xpi qñ herodes decollasz iohez baptistã. pter herodiadẽ. venientes discipuli iohannis ad xpm narrauerũt q̃ fecit herodes iohãni. ut hẽt Mat. xiiij. Marci. vi. Luc. ix. tunc xps abijt a ibrlm in dertũ locũ ad mare tyberiadis. et erat ppe pascha iudeoz. cũ sublenasz ihũs oculos. z vidisz maximã mltitudinẽ venientẽ ad se. Nota tribus vicibus legit xpm leuasse oculos. Prio volẽs turbã esurientẽ pascere. ut h. ad dandum nobis exẽplũ q̃ oculos dirigere ad paupes dei. ut docem̃ Ecci. iij Ab inope ne auertas oculos tuos ut faciũt diuites. de qbus amb. sup illo ps. cxviij. increpasti superbos d. Nihil grauius q̃ ut paupes frẽs superbo oculo despiciam̃. tles pgscẽt iudicio d. illo sap. v. Hi sũt qs aliqñ habuim̃ i derisũ

2c. ecce quo ppu. sũt inf. di. qz dm gre. oculos qs culpa claudit pena aperit. io tuob. iij. Noli auertere faciẽ t. ab vllo pau. ita. n. fiet ut nec a te auertat faciẽ dñi Scdo leuauit xps oculos cũ voluit miracla facere ut lazar resuscitare. z sic nos qñ volum̃ aliqd boni facere dicam̃ cũ ps. cxx. Leuaui oculos m. i mõ. 2c. nã p nos nihil boni facere possum̃ Joh. xv. Sine me nihil po. fa. et. ij. Cor. iij. Hõ sum̃ sufficiali. cogitare a no. Dic nãq̃ duo. Oẽ qd tu nũ ẽ ẽ ab illo q̃ sol̃ boñ est. io oculos nros dem̃ ad eũ leuare. nã ipe ẽ de q̃ dr ad philip. ij De. opat in nobis velle et pficere. io. ij. pali po. xx. Cũ ignoram̃ qd agere debeam̃ b soluz hẽm̃ residui ut oculos nros dirigam̃ ad te. Tercio xpus leuauit oculos cũ voluit orare. Job. xvij. Subleuatis ihũs oculi i celũ dixit pr clari. fi. t. 2c. nobis i exẽplũ q̃ qñ orare volum̃ dem̃ leuare oculos. ps. cxxij. Sic occi suos i manib. dñoz su. ita o. nri 2c. Et si ñ oculos exteriores q̃ aliqñ sũt deprimẽdi pter bũilitatẽ et pter decũdiã clre ut fec publican̄ Lu. xviij. tñ oculos interiores. s. intellectũ et affectũ leuare dem̃ p intẽtoez et desideriũ. nã vbi amor ibi ocul̃. et celestia bona dem̃ amare sup oia. g̃ ibi dz esse ocul̃ desiderij leuat̃. Mat. vi. vbi ẽ thezaur̃ t. ibi ẽ z cor t. z plerũq̃ ocul̃. Crisz. Cũ oras nõ sit i corde tuo nisi quẽ adoras. z b est qd dicz dñs i euãgelio Mat. vi. Cũ oraueris intra i cubi. t. et clauso ostio ora pa. t. i abscõ. 2c. Cassia. Intra cubiculũ oram̃ cũ strepitu cogitationũ z solicitudinũ emouem̃. de q̃ d. Isi. Tuc tacite ora m̃ cũ aliude ñ cogitam̃. sz oculos mẽtis ad celũ hẽm̃ ℣ Tuc subdit. et seqbat eũ multitudo magna. qdã ut mirabilia viderẽt ut curiosi. de qbus Mat. xij. mgt volum̃ a te signũ videre. et figurat illos q̃ pdicatões audiũt ut aliqd noui sciãt ñ ut faciãt. Apls ad ro. ij. nõ auditores legis iusti sũt apd deũ. sz fac. le. iu. Jaco. i. Estote factores vbi dei z ñ audi. tñ Lu. xi. Beti q̃ audiũt 2c. Seqt in tertu. qz vidẽbãt signa q̃ faciebat sup his q̃ infirmabãt Crisz. magis mouebant signis q̃ doctrinis. Secũdi ut cibarent. de quibus Johan. vi. Queritis me nõ qz vidistis signa. sed qz mãducastis ex panibus et saturati estis. et fuerunt ociosi. Et sic aliqui intrant religionem et seruiunt deo pter victum. ad philipp. iij. Quoz deus venter est. quibz dr Matth. vi.

Sermo

Primū q̄rite regnū dei et iusticiā eius et hec oīa adijcient vobis. Tercij ut ditarent. de illis Mat. viij. Accedēs vn⁹ scribaꝝ d. mgr̄ sequar te q̄cūq; ieris. rñdit ei ihūs. Vulpes foueas hñt ⁊c. et significat auaros q̄ plus rogāt deū ꝓ tpalib⁹ diuitijs q̄ ꝓ eternis. mat. vi. Nō potestis deo seruire et mām̄one. aug. Si q̄s aliq̄d opaꝝ ut terrenū ꝓmodū adipiscaꝝ. nō est cor mundū q̄ in terra volutatur. Quarti ꝓpter infirmitates eoꝝ. Lu. vi. Dis turba q̄rebat eū tāgere. q⁹ vⁱtus de illo exibat et sanabat oīs. et sunt illi q̄ deū inuocāt q̄ infirmāt. et in sanitate obliuiscunt. Job. v. Ecce sanꝰ factus es iā noli peccare ne deteriꝰ tibi aliq̄d ꝓueniat. Luce. xi. Fiūt nouissima pe iora prioribꝫ. Quinti ꝓpter doctrinā sanctaꝝ ut discipuli Joh. vi. Ad quē ibimꝰ vⁱba vite eterne habes. Legit de natūris aīaliū q⁹ ele phātes q̄ egrotāt colligunt herbas saluīferas ut sanent. et sic nos dei doctrinā et verba Sap̄. xvi. Etenī neq; herba neq; malagma sanauit eos. sz tuⁿ dñe sermo q̄ sanat oīa. ps. cvi. Misit vⁱbū suū et sanauit eos. Beñ. Mella sequūt muſce ꝓpter dulcedinē. et sic nos dei vⁱba q̄ sunt dulciora melle. ps. cxviij. q̄ dulcia faucibꝫ meis eloqa ⁊c. Joh. vi. dñe ad quē ibimꝰ ⁊c. Sz heu alij nō sentiūt istā dulcedinē. q⁹ priꝰ saturati sunt auaricia superbia luxuria. et sic de alijs. Beñ. Dulcia nō pñt esse vⁱba dei in fauc̄ib⁹ aīe in q̄bꝰ ē amaritudo neq̄cie. corrupta iniq̄tatis febre. puer. xxvij. Alia saturata calcabit fauū. Tūc subdit. vidit multitudinē magnā vemētē ad se. vidit oculis miſericordie et pietatis. nā eⁱ videre ē misereri. Joh. xi. Veni et vide et lacrimatus ē ihūs. ecce pietas. dic ad philippū. vñ emem⁹ panes ut māducēt hi. ℣. Sz d. cur xp̄s de turba pascēda nō interrogauit iudā q̄ locul⁹ portabat sz philippū. Rñdeꝫ q⁹ philipp⁹ oriūdus erat de illa pria. s. de galilea. et iō notus erat turbis. q⁹ de bethzayda. ꝓpter hoc de turbis pascēdis magis erat solicitus. q⁹ hēt marci. vi. et Luc. ix. vespe facto accesserūt ad eū discipuli dicētes. desertus ē locⁿ hic et iam hora ꝓterijt. dimitte illos ut euntes in ꝓximas villas et vicos emāt sibi cibos q̄s māducent Et credendū est q⁹ philipp⁹ inter eos erat qui magis solicitabat xp̄m. iō xp̄s philippū req̄sivit dicēs. vñ emem⁹ panes. Hic xp̄us oñdit ꝓuidentiā et curā quā hz sup oēz creaturā. de qua i. pet. v. Oīez solicitudinē vram ꝓijciētes in eū ⁊c. Et oñdit in hoc. q⁹ nō dixit ꝓpter se. q⁹ in textu hz. hoc dicebat tēptās eū. Ipe em̄ sciebat q̄d esset facturus. q⁹ suos nō erat relicturⁿ sicut ⁊ hodie facit. ps. liij. Jacta cogitatū tuū in dño et ipe te enutriet. Hā ꝑplex est esse. s. nature gre et glie. iō dat triplicē cibū. s. naturalē spūalē et eternalē. naturalez et materialē ad ꝓpriatōez nature. ps. cxxxv. qui dat escā oīi carni. Hāc petim⁹ mat. vi. Panē nr̄m q̄tidianū ⁊c. Scdo dat cibū spūalem q̄ nutrit spūs. s. vⁱbū dei. Mat. iiij. Nō in solo pane viuit hō ⁊c. Tercio ꝓsiderat hō ꝑm vtrūq; s. p vnionē corpis et aīe pⁿ resurrectionē. et sic dat cibuz glie. s. visionē būanitatis et deitatis fruitōz ihū xp̄i. hic cibꝰ ꝓpriat oēs electos in esse glie eterne in celo. Vt aūt hoc posset nobis ꝓuidere eternus pⁿ misit filium suū qui ꝓposuit seipm nobis in sacramēto altaris cibū salutis eterne. Joh. vi. Ego sum panis viuⁿ ⁊c. et q̄ māducat hūc panē viuet in eternū. nā in hoc sacramēto tres sunt substātie ut corpⁿ aīa et deitas. a corpe habem⁹ corporatōem vite nature. ab aīa xp̄i in qua ē plenitudo grār accepim⁹ oīa necaria ad vitā gre ut est fides spes et caritas. et. vij. dona spūlisci Ideo de cibatōne panū legit ter euāgeliū in anno. ad denotandū q⁹ cibat nos triplici pane ut cibo naturali. spūali et eternali. Jō oēs debem⁹ fiduciā ꝓuidētie ponere in deū de tpali sustentatōe. De quo hiere. xvij. Benedictus vir qui ꝓfidit in dño. et erit dñs fiducia eius et erit quasi lignū q⁹ trāsplantat sup aquas q⁹ ad humorē mittit radices suas. et non timebit cū venerit estus. sicut em̄ ex aquis lignū humorē trahit. et ex humore fructum. sic homo ex deo victum. ℣. Et istam fiduciam ꝓuidentie debemus recipe ex tribus Primo ex pēna conditōne. ad patrē em̄ pūnz prouidere filijs suis. Luce. xi. Quis filⁿ patrē petit ꝓ pisce. nūquid ꝓ pisce serpentem dabit illi. aut si petierit ouū nūquid porriget illi scorpionē. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris. quanto magis pater vr̄ de celo ⁊c. Mathei. vi. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Ideo ps. cij. Quō miseretur pr̄ filiorum ⁊c. Scdo istā fiduciā debemus habere ex priori

euentõe. qz prius factũ est q̃ cibauit helyam p corũ circa torrentẽ Carith. iij. Reg. xvij. Desiccato vero torrẽte nõ reliquit eũ dñs. sed d. helye vade in sareptã sydoniox. p̃cepi eẽ ibi mulieri vidue ut pascat te. et factum ẽ ydria farina ñ defecit. nec lechitus oleo. Ter cio debemus recipe illã fiducią ex liberalitatis dispensatõe. qz ita liberalis est dñs q̃ nõ solũ rõnalibus sed etiã irrõnalibus puidet. mat. vi. Respicite volatilia celi quõ nõ serũt neq̃ metũt neq̃ congregãt in horrea ꝛc̃ Ideo ps. cxl iiij. aptis tu manũ tuã ꝛc̃. ꝛ alibi. i. Regum. ij. Dñs pauperem facit et ditat. humiliat et sublevat. ergo ponere debes in eũ fiducią. puerb. iij. Habe fiducią i dño ex toto corde tuo ꝛ ne inniteris prudẽtie tue. dicit nãq̃ aug. ad macedoniũ. Maxima insania est homiem erũnosã vitam ducentẽ mutabili carni ꝛ spũi p̃fidere ut aliqui faciũt qui ex diffidẽtia loquũt̃ q̃ bũ xpi. vñ ememus panes ut hij manducẽt. s. filij et familia. iõ ut mãducẽt emũt et vendũt cum pctõ et nõ cum iusticia. p vsuras. falsitates. mendacia. et sic de alijs dicẽtes. vñ eme mus panes vt hij manducẽt. Nota aliqui acquirũt et requirũt eorum panẽ p vsuram. et primi sunt hi qui emunt frumentũ ante tps messis dum est in agro p modico precio q̃ nõ dubitat̃ quin tpe messis plus sit valitrũ est vsura. Si aũt p̃babiliter dubitat̃ vtrum plus vel minus p̃t valere nõ est vsura. ut ptz extra de vsuris. c. in ciuitate. Secũdi sunt qui p̃pter dilatõem tpis carius vendũt q̃ valet. vel valere possit est vsura. ut patet extra de vsu. ca. Psoluit. Tercij sunt qui tpe messis vel post. vel tpe vindemie nõ p̃pter necessitatem sz cupiditatẽ annonã vel vinũ p̃pant. ut postea carius vendant. et vnus ex auaricia tm̃ p̃gregat ut alij omnes p̃pellant̃ ab ipo emere ad libitum suũ. tales grauiter peccãt. et tale lucrũ recipiũt. ut habet̃. xiiij. q. iij. quicũq̃. Si autem p̃pter p̃mune bonũ emeret ut ioseph. vt venderet pplis tpe necessitatis hoc esset meritoriũ. Si autẽ emeret ad suã necessitatem ne postea carius emeret. et si postea carius venderet sicut in foro vendit̃ qđ non indiget sic credebat. hoc etiã est licitũ duz nõ intẽdebat emere vltra necessitatẽ. Itẽ si aliq̃s emit ex pietate ut ex lucro venditõis habeat vñ subueniat pauprib9 dũmodo hoc moderate faciat sic q̃ p̃pter caritatem p̃munitas nõ ledat̃. Itẽ si aliquis ẽm iusticiã p̃mutatõnem faciat ut mercatores p̃nt p labore suo recipe. dũ nõ intendunt caritatã inducere. maxime cũ aliud genus mercãtie nõ nosciũt. Si aũt ex auaricia et cupiditate caritatie emat tũc peccat p̃ iusticiam et p̃munitatẽ. hec wilhelmus. Nota vsurarius est peior fure. ille recipit mobilia bona. vsurarius vero hereditaria. Secũdo peior ẽ inferno. qz infernus restituit que sua nõ fuerunt auarus audita passione xpi pon9 vult carere fructu passiõis ꝛc̃. Tercio peior est iudeo qui vsuram nõ recipit ab altero iudeo. Quarto peior est iuda qz reportauit pecuniã. Quinto peior est alijs pctõribus qz aliq̃n cessant ut in tpe festiuo et in loco sacro. vsurar9 omni tpe nõ cessat. iõ restituendus est gãa dei et suffragijs oim sctõrum. ¶ Ideo publici vsurarij a iure plectunt̃ quadruplici pena. Primo excõmunicatõe si monitꝰ nõ desistat. ut habet̃ extra de vsu. c. p̃terea. Secũdo sacramentũ eucaristie tam in vita q̃ in morte eis denegatur nisi restituãt. extra de vsu. c. qz in quibꝰ. Tercio denegat̃ eis sepultura. eodẽ. ca. Quarto oblata ab eis nõ recipit̃. ibidẽ. Decimũ. viij. Pecunia tua tecũ sit in pditõem. Et sicut ñ quiescit ab vsura hic. sic nec in futuro a pena Exemplũ de patre et duobꝰ filijs quoz vn9 reliquit hereditatẽ et intrauit heremũ ꝛc̃. Augu. Si tenes obolũ teneris a diabolo. Secũdi furant̃ eorũ panẽ. et sunt qui bñt falsa ponderа et mẽsuras et vlnas seu nõ recte mensurãt et sic furant̃ p̃rimo. qđ p̃hibet apls. i. Thes. iiij. Videte ne q̃s supgrediat̃ neq̃ circũueniat in negocio frem suũ. aug. Pctm̃ nõ dimittitur ꝛc̃. Lu. vi. eadẽ mẽsura ꝛc̃. Si iuste recipies mercedẽ iustoz. si iniuste. mercedẽ impioz. Dan. xi. Per q̃ quis peccat ꝛc̃. Si das pauperi aut diuiti malã cerevisiã punieris Matthei. xxv. qđ vni ex minis m. fe. ꝛc̃. Tercij autem q̃rũt panẽ p̃ pdã. tales peiores sunt furibꝰ. qz manifeste peccare pr9 ẽ q̃ occulte. de q̃ sanct. tho. ij. ij. q. lxvi. violẽta ẽ magis cõ volũtatẽ q̃ ignorãtia. Itẽ secũdo p rapinã ñ solũ infert dãnũ i rebꝰ sz eẽ in psona. iõ. xiiij. q. v. penale ẽ occulte auferre. mlto maioris pene ẽ visibl̃ eripe. est. n. rapina quasi homicidiũ. ecci. xxxiiij. q. aufert i fundo. panẽ q̃ q̃ occi. pri. suũ. raptor aufert vitã. homicida affert mortẽ. ysa. xxxiij

Ue qui ꝑdaris nõne et ipe ꝑdaberis. ſ. lenʒ cia eterna. cũ dicit Matth. xxv. Ite maledicti ꝛc. eſurui. vos rapuiſtis. Iſa. lxi. Ego dominus diligẽs iudiciũ et odio bñs rapinam. Gre. Si ĩ inferno ſepultus eſt diues qui ſua bona bene acquiſita pauꝑibus nõ dedit. qua pena multabit qui aliena abſtulit. Quarti panẽ ꝓ labore fidelẽ acquirũt Geñ. iij. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. nõ alieno. ps. lxxij. In labore hoim nõ ſunt ꝛ cũ hoibꝫ nõ flagellabunt. glo. ſed cũ demonibꝫ. Job v. Homo naſcit ad laborẽ et auis ad volatuʒ ps. cxxvij. Labores manuũ tuaꝝ ꝛc. ℟ Sequit. hoc aũt dicebat temptãs eũ. Nota dicit glo. ſup ps. xxv. Proba me deus et tẽpta. aliter temptat deus. aliter hõ. aliter dyabol⁹. tẽptat deus ſaluberiter. homo bonus ualiter. ſed dyabolus caro et homo malus hoſtiliter. De prio Geñ. xxij. Tẽptauit de⁹ abrahã. de ſcõo hic. hoc aũt dicebat temptãs eũ. de tertio gre. dyabolus ꝓpinue tẽptat. Sed d. tñ habet Jaco. i. De⁹ neminẽ tẽptat. Rñdet. temptatio eſt duplex. Prima eſt ꝓbatõis. ꝛ ita deus tẽptat ſctõs. nõ ut ipe deus ꝓ hoc capiat noticiã ſed vt ipi ſeipos ꝓbent ut ſibiipſis innoteſcãt. Unde aug. ſup ps. Tẽptaris ut exercearis. ꝓbaris ut qui neſciebaris a temetipo inueniaris. et hãc temptatõem ꝓphe ta penuit in ps. xxv. dicẽs. proba me dñe et tẽpta me. et taliter abrahã eſt temptatus. Deutro. xiij. Tẽptat uos dñs deus uẽ ut palã ſiat vtꝝ diligatis eũ an non. Alia ẽ temptatio deceptiõis. illa vnuſquiſqꝫ temptat a cõcupiſcentia ſua. et hac tẽptatione de⁹ neminẽ temptat. hec aũt temptatio deceptõis fit a tribus ſ. a carne mũdo et dyabolo. Primo a carne. ad Gala. v. Caro ꝛcupiſcit aduerſus ſpiritum Gre. in moza. nos gerimus laqueũ noſtrum Aug. Inter oĩa xpiano⁹ certamina dura ſunt caſtitatis ꝓlia. Scõo a dyabolo. i. petri. v. Aduerſarius uẽ dyabolus ꝛc. Tertiõ a mundo Joh. xvi. In mũdo ꝓſura bẽbitis. Aug. ſup ps. Nemo in hac pegrinatõe ꝑt uiuere ſine tẽptatione. Innocẽ. Si tẽptat⁹ eſt ſaluator nõ miꝝ ſi pctõr. Jaco. i. Btus vir q̃ ſuffert tẽptatõnem. qñ cũ ꝓbatus fuerit accipiet coronã vite.

De eadem dominica

Sermo. clxxviij.

Unde emem⁹ panes ut mãducẽt hij. Joh. vi. ℟ Nota ẽptio vendi tio et negociatio in ſe bona ẽ et hoĩ bus neccaria. de q̃ wilhelm⁹. Ordinauit enim de⁹ ut nulla terra ſibiipi in oĩbꝫ ſufficiat. ut cũ alia terra ſibi ſubuenerit eã cariore bẽat. Subuẽtio uo iſta mediãte fit negociatõe. ſz malicia hoĩm adeo impleuit fraudibꝫ negociatõem q̃ multi ſunt negociatores hodie nonnull⁹ mali raptoribꝫ uel uſuratijs. Uñ hodie adimpletũ eſt illud Apoca. xiij. de beſtia quã vidit Johes. et faciet inq̃t ne q̃s poſſet emere uel vendere niſi q̃ hẽat caracterẽ aut nomẽ beſtie. aut numez noĩs ei⁹. Spũal⁹. beſtia ꝺr a vaſtãdo. et ẽ dyabol⁹ cui⁹ caracter ſiue imago ẽ falſitas ſiue fraus. ipe em fuit prim⁹ mendax et pr ei⁹ Joh. viij. Ipe ẽ mẽdax et pr ei⁹ Ablq̃ iſta imagine ꝓfitẽt hodie multi mercatores q̃ ñ pñt vendere uel emere. et tñ apoca. xiij. legit. q̃ q̃ acceperit caracterẽ beſtie ĩ frõte ſua uel in manu ſua hic bibet de vino ire dei q̃ mixtũ ẽ mero i calice ire ipi⁹. et cruciabit igne et ſulphure i ꝓſpectu angeloꝝ ſctoꝝ ꝛ añ ꝓſpectũ agni Jõ nota. xij. gña mercatoꝝ q̃ dãnat. Primi ſunt q̃ cũ mẽdacio emũt uel vendũt. Sap. i. Os q̃ mẽt occidit aiam. dic em Ray. quoñes cã recipiẽdi ſciẽter q̃s mẽt peccat mortaliter et tenet ad reſtitutionẽ. ps. v. pdes oĩs q̃ loquunt mendaciũ. Uñ amb. xij. q. v. cauete. Cauete frẽs carissimi mendaciũ. q̃z oẽs q̃ amãt mendaciũ filij ſunt dyaboli. nõ ſolũ in falſis vbis ſz etiã in ſimulatis opibꝫ mendaciũ ẽ. Sz heu nõ ſunt ꝓtẽti q̃ falſuz loquũt ſz etiã iuramẽto affirmãt mẽdaciũ. Ꝺ q̃s d. ſaluator Mat. v. Ego dico uobis nõ iurare oĩno. ſz ſi iurare optz iurabis in veritate et in iudicio et iuſticia ut ꝺr Hiere. iiij. vñ Hiero. ad iuramentũ requirit tria. ſ. veritas iudiciũ et iuſticia. Aug. in li. Ꝺ mẽdaciũ. Nõ iurabis oĩno. i. nõ leuiter niſi magna neccitate ꝓpulſus ne bõ incurrat ꝑiuriũ. q̃ ſic diffinit Rm mgẽm. i. iij. di. xxxix. ꝑiuriũ ẽ mẽdacium iuramẽto firmatũ. Scõi ſunt q̃ i ſtatera et mẽſura deliquũt. ꝛ ſit ꝑplr. prio qñ q̃ſ bz diuerſa pondera. ſic q̃ emit ad maj⁹ et vẽdit ad min⁹. Ꝺ q̃s ꝺr deutr. xxv. ñ ſit i domo tua modi⁹ maior ꝛ minor. Scõo cũ hñt menſurã iuſtã

et pondus iustum et scienter male mēsurant. ut caupones q̄ replēt mensurā cū spuma et etiam qui digitū mēsure imponūt Silr pannici de qui pollice vlnā retrabūt ⁊ sic ꝺ alijs. Tercio fit cū quis habet iustā librā et mensurā et dat eandē. sed facit ut res ponderosior sit tē pore venditōis. ut qui lanā aspgit aqua vel piper vel crocū vel ad celariū portāt et voluunt de vno latere ad aliud ut eo ponderosior efficiat et vinū cū aqua miscēt. ¶ ꝺ Hoc magnum est pctm̄. Rō ex hoc q̄ pctm̄ istō dei abominatio est. puer. xi. Statera dolosa abominatio est apꝺ deū. Scꝺo ex hoc q̄ dupler damnū incurrūt spūale et tpale. de tpali habet Deutr. xxv. Nō habebis in sacculo diuersa pondera maius et min⁹. pondus habebis iustū et vez. et modius equalis et ver⁹ erit tbi. ut multo viuas tpe sup terrā quā dominus deus tuus dederit tbi. Et q̄ oppositū faciētes cito moriunt. Michee. vi. Nūquid iustificabo stateram impiā. et saccelli pondera dolosa. Et subdit pnā eius qui talia facit dicens. Tu seminabis et nō metes. tu calcabis oliuā et nō vngeris oleo. Itē pena falsariorū mensure habet de emptōne et venditōne. c. ut mensure. Ut mensure et pondera iusta fiāt qui hoc mutauerit. xxx. diebꝰ in pane et aqua peniteat. Item spūale damnū est qꝺ tāgit Michee. vi. Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis. et mēsura minor ire plena. ⁊ q̄tum mēsure subtrahit tm̄ ira et offensa dei acquirit. iuxta illud Sapie. xi. Per que quis peccat ꝛc. Unde cū in statera peccēt in statera beati michaelis punientur. Tercij mercatores sunt qui ꝓpter dilatiōem tpis res multo carius vendunt et maiori pcio q̄ valet vel valere posset. verbi gra. Si q̄s statuit in corde suo vendere equū vel stamē panni p. xx. florenis et si ꝓpter dilatiōem dat p. xxi. florenis vsurā cōmisit. extra de vsuris. c. ꝓsulnit. nisi dubiū sit q̄ tpe solutōis deberet pl⁹ vel min⁹ valere. Quarti sunt qui aliud oñdūt et aliud vēdūt ut sunt illi qui occultant malū sub bono. ⁊ supius ponunt illud quod bonū est in ꝓspectu hoīm et in medio illud qꝺ deterius est. et dicunt q̄ totū sit sicut supius apparet. ut sic mētiendo ꝓximos decipiant. Aplus. i. thes. iiij. Videte ne q̄s supgrediatur neq̄ circūueniat in negocio fratrē suum. Sicut legit exemplū in dyalogo cesarij. mulier quedā veniēs i quā dragesima ꝓfiteri flectēs genua corā sacerdote cepit narrare sua bona opa cū phariseo dicens se sextis feriis ieiunare. dñico die freqn tare ecclesias. et elemosinā dare. et sic de alijs. Cui sacerdos. nūquid p istis vultis recipe pñiam. quare nō dicitis peccata vrā. Illa tñ dit. nihil mihi cōscia sum. Cui sacerdos. cui⁹ estis officij. Rñdit mulier. ferrū vendere soleo. cui sacerdos. Soletis ne minores particulas maioribꝰ ligaturis immiscere. ut sic totum vendatis. rñdit illa. soleo. cui sacerdos. ecce criminale pctm̄. quia dolus et fraus. que nulli patrocinari dñt. ut pz extra de dolo ⁊ cōmacia. Scꝺo interrogauit sacerdos. soletis ne mēti et mentiēdo iurare. et alijs plus vēdentibꝰ inuidere. Rñdit illa. in illis sepe deliqui. et sacerdos. illa oīa sunt mortalia. nisi pñiam egeritis ꝛc. vnde pellifices maculāt cum creta ne videant̄ ꝓmissure. i. cōiuncture partiū. Quinti sunt mercatores q̄ vili⁹ solēt emere q̄ valeat. ut cū viderint aliquē i nccitate ⁊ optet eū cū damno bona sua vendere ⁊ multomin⁹ dāt ꝓ re aliqua q̄ valz. tale⁹ tenēt ad recōpensandū damnū ꝓximo. hoc isti nō aduertūt qui q̄q̄ si posset libēter emerēt ꝓ vno florено qꝺ valet duos. et de hoc sibi nullā ꝓscientiā volūt formare. heu nō ꝓtenti in isto sed vilipendūt rem quā sciūt bene valere. de quibꝰ puer. xx. Malū est malū est dicit oīs ēptor. et cū recesserit tūc gloriabit. sic carnifices faciūt dū pecora emere volūt. vbi primo vnus venit. deinde scꝺus. et vnus sp minus exhibet q̄ alter. et nullus emere audz carius q̄ prim⁹ exhibuit. Sexti sunt qui defectuosam rem vendunt pro bona. ¶ E. Sed diceres. vtrū venditor tenet dicere vicium rei. Respōdet san. Tho. scꝺa scē. q. lxx vij. Si vicia sunt occulta et venditor non detegit illa. dolosa erit illa vēditio. Si vero vicium rei sit manifestū. ut si equus essz monoculus. et venditor ꝓpter hoc subtrahit de precio quātum oportet non tenet ad manifestandum vicium. Septimi sunt qui q̄ prompta pecunia emunt. et in cōmūti illud alteri vendūt ecōuerso. et ꝓpter dilatiōem dāt car⁹ q̄ valere pt. et nullū laborē vel aliqꝺ dubium vel superfluas facit expensas. rem suam habeant qui emunt vinum vel bladum dum crescit.

Sed d. vtꝝ negociatores possint licite lucrū recipe et carius vendere q̄ꝫ est emptū. Rñdet wilhelmus. cū laborāt ꝓ om̄ibꝫ et quasi cō/mune negociū in mercibꝫ gerūt pñt moderatum lucrū recipe. ut patet extra de emp. ⁊ vē. c. placuit. et notāter si rē meliorauit aut etiam si p̄ciū rei mutatū est ꝑm diuersitatez loci vel tp̄is. vel ꝓpter p̄iculū cui se exposuit trāsferendo. ut est de loco ad locū p̄t carius vendere. dū hoc moderate fiat. Octaui mercatores q̄ tenebrosa loca querūt ⁊ lucē diei vel solis obtenebrāt. et hoc ideo faciūt ut res aliter appareat q̄ꝫ sit. sicut pānicide faciūt. et iō in h̄ ostēdunt se esse filios tenebraꝝ. vñ dñs merito dicet eis illd̄ Mat. xxij. Mittite eos in tenebras exteriores. qꝛ dilexerūt tenebras. iō habebunt tenebras. et in hoc oñdunt se velle male agere. ut habet̄ Joh. iij. Oīs q̄ male agit odit lucē. et nō venit ad lucē ut ñ arguāt̄ opa eius. Qui aūt facit veritatē venit ad lucē ut manifestent̄ opa eius qꝛ in deo facta sunt. Et tales mercatores q̄ causa decipiēdi hoc faciūt q̄ꝫtum in eis est oculos xp̄i conant̄ velare in hoc ꝙ malū ꝓ bono nitunt̄ vendere. dare. mutare vel mutuare. Noni sunt qui cū mechanicis dādo ꝓmptā pecuniā negociant̄. ut sibi sup̄ terminū assignatū tot paria p̄parent. vel tot res. et sciunt ꝙ tp̄e illo mechanico multo plus soluerēt. et sic nimis grauāt paupes mechanicos ꝙ vix ex grauibꝫ laboribꝫ nutrimētum habere pñt. Decimi sunt qui illas vendunt que ad nulluz vsum sunt vtiles nisi ad peccandū. ut qui vendunt falsos tasseres. sagittas intoxicatas et venenū. Itē mercatores q̄ inter se ꝯueniunt ut certo p̄cio vendant. de talibus dico ꝙ pactū p̄cij est illicitum. Undecimi sunt qui diebꝫ festiuis mercimonia exercent. ut pꝫ extra de ferijs. c. omnes. Om̄s dies dñicos obs̄uare p̄cipimus ut mercatuz in eis mīme fiat. F. Sed d. an tales peccāt mortaliter. Rñdet wilhelmꝰ. Si aliq̄s hoc facit ꝓ sua necessitate. et ante audiuit diuina nō credo ꝙ peccet mortaliter. secꝰ qui ex consuetudine vel lucrādi cupiditate et maxime si se subtrahit a diuinis. Et si tunc emit victualia vel necessaria ad diē. non credo illicitum. Hoc nō curāt institores qui in diebꝫ dedicationū totuz officiū negligūt. et nō audiūt missam vel sermonē. in hoc grauiter delinquunt. imo ꝓhibet̄ eis om̄is ꝯmunio in festo pasche nisi penituerint. Duodecimi sunt qui emunt rapinā vel furtum. Pro quo sciendū. ꝙ q̄ scit vel ꝓbabiliter credit rē esse furatā ⁊ emit peccat grauiter quinq̄ꝫ modis. Prīo qꝛ semp̄ tenet̄ rē reddere siue ignorāter siue violēter auferat̄. etiā si ante. x. annos emisset aīal. et eod̄ die sibi mortuū fuisset. adhuc tenet̄ restituere si vult veraciter penitere. nisi in vno casu si obtulisset rē dño et noluissꝫ. Scd̄o qꝛ tenet̄ reddere omnes fructus p̄ceptos. et q̄ medio tp̄e p̄cipi potuerāt. Tercio qꝛ restituēda ē res ꝑm eius statum. ut si res tp̄e venditiōis esset vel fuisset melior. Quarto qꝛ nō pōt repetere ab illo p̄ciū qd̄ dedit cuiꝰ res est. nec etiam p̄t agere cōtra venditorē de p̄cio soluto. obstat em̄ sibi sua turpitudo. Quinto qꝛ expensas etiā p̄dit voluntarias. Si autē emat fide bona. et sic bona fides quatuor sibi ꝯfert. primo nō tenet̄ rē restituere durāte bona ꝯscientia. sed si postea sciuerit rem esse furatā tenet̄ restituere. Scd̄o pōt rem alienare et vendere stante bona ꝯsciētia. Sed si aliquod lucrū ex venditōe huius consequit̄ illud dꝫ dño restituere veniēti. Tercio nō tenet̄ restituere si p̄ierit durāte bona ꝯscientia. Quarto post restitutionē rei pōt agere ꝯtra venditorē de precio et venditor tenet̄ restituere p̄ciū. Leo papa. Difficile est inter ementis et vendentis ꝯmerciū nō interuenire peccatū. Ideo ꝓhibet̄ clericis. lxxxviij. di. cōsequens est. Eccī. xxvi. Difficile exuit̄ negociās a negligentia Ideo. lxxxviij. di. c. eijciēs d̄r. Quēadmod̄ em̄ si triticuz aut aliud tale cernas in cribro. dū huc et illuc iactat̄ om̄ia grana deorsū cadunt. ⁊ tandē in cribo nil remanet nisi stercꝰ. sic de substantia negociatoꝝ nouissime nil remanet nisi solum peccatū. A quo nos liberet dñs noster ihūs xp̄us qui sine fine viuit ⁊ regnat. faciatq̄ꝫ nos veros et iustos negociatores regni celoꝝ. similes homī negociatori q̄renti bonas margaritas. Inuēta autē vna p̄ciosa margarita. abijt et vendidit oīa que habuit et emit eā.

¶ Opus p̄utile sermonū dñicalium totius anni. Thesaurus nouus nūcupatum. imp̄ssum argentine Anno dñi. Mcccclxxxiij. Finit feliciter.

20707




colorchecker DIGITAL SG
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
calibrite
X-rite ColorCheckerSG S/N:151021-1259 Data 15.10.21 Item No.:MX-7181
mm
0
1
2
3
4
5
6